CYNOSURA ADUOCATORUM AC PATRONORUM, CAUSARUM...

Giovanni Battista Magone, Giovanni Battista Coccini

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
6 A
30

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

M

13.6.6.42

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

CYNOSVRA

ADVOCATORVM AC PATRONORVM, CAVSARVM TAM CIVILIVM, quàm Criminalium;

Bibl: Coll: Rom: Soc: Jesu

SEV

DE RECTA IVDICIALITER PATROCINANDI RATIONE,

Tractatus Aureus,

PERSPICVE DOCENS, AC RIGIDE EXAMINANS, QVID AB ADVOCATIS, CAVsidicis, sollicitatoribus, res agentibus, tam senioribus, quam iunioribus, cum in foro fori, tum in foro poli sit obseruandum ac fugiendum,

VT SIBI HONOREM, PARTIBVS VERO victoriam comparent ac concilient,

IOANN. BAPTISTA MAGONIO,
I C. Papiense Authore.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Cum Summariis, epitomis, ac Indice rerum locupletiori: necnon Magistratus sui licentia ac gratia.

Ex Legato Ill.mi Coccini

FRANCOFVRTI,
Ex Officina Ioannis Saurii, Impensis Francisci Nicolai Rothii.

ANNO MDCX.

ILLVSTRISSIMO

AC REVERENDISS. D. D. IANNETINO AVRIÆ,

S. R. E. CARDINALI AMPLISsimo & Panormi Metropolitano, patronoq; colendiss.

ITA pol, qui dixit neminem esse, cui maxime scire liceat, quam Principi (Illustriss. ac Reuerendissim. Cardinalis) cum vere dixisse, tum præclare sensisse mihi semper est visus; hac de causa Iupiter interroganti Prometheo, quare Solem, & Mercurium præ cæteris Planetis tam propinquos, assidueque in cœlesti orbe comites inter se ab ipso rerum initio statuisset, respondisse fertur, vt quicunque Solem, syderum Principem, viderint à Mercurio seiunctum, in cœlo nusquam incedere, plane intelligant, in terris etiam potentiam sine sapientia nunquam, vel concedi debere, vel concessam diu regnare posse; vnde Philosophus in Politicis asseruit, propriam Principis virtutem esse Prudentiam, cuius quidem virtutis actiones, si vllo vnquam in Principe extiterunt, in te potissimum ipso (Cardinalis sapientissime) constant omnes; De hoc testis sunt literati quamplurimi, eruditique viri, qui eximiam tuam in omnibus rebus, & prudentiam, & sapientiam admirantes, atque vna voce summis ad cœlum laudibus extollentes, sua vnanimes scripta singulari, quasique diuino iudicio tuo permittunt, eademq; Illustrissimi nominis tui fulgore ac splendore illustrari desiderio ardent: ego autem tali fretus exemplo omnium

licet infimus, lucubratiunculas hasce meas, quales ea cunq; sint, Amplitudini tuæ dedicare constitui Enim vero, (Boni Deus) eas ipsas cuinam rectius decentiusque cõsecrare potuissem, quã tui nominis Amplitudini: quis enim nostra ac Patrũ memoria doctrina, aliaue ingenii laude vnquam enituit, quin maiorum tuorum opibus sit adiutus? gratia subleuatus? authoritate insignitus? quæ pars tam remota in hac terrarum orbe inueniri potest, quam animi tui cãdidissimi altitudo (vt sol mundum) non illustret? quæ gens, vt non te obseruent ac colant? quæ ciuitas, vt non te amet? non solum ob tuorum, verum etiam Atauorum Illustriss. meritorum multitudinem? hoc dicat Genua Patria Illustriss. cui ex tuis vnus, & solus, tanquam alter Horatius, & Cicero libertatem summa non sine perenni laude restituit; Ecce statuæ Patribus Patriæ erectæ, summum tuæ clarissimæ familiæ decus, ac ornamẽtum, omnes Principes Orthodoxi, te venerantur, & barbara corda à tuis abauis domita, tum infortunium, tam graue dolentia suum, te collaudant, & magis in posterum, te timent. Excipito igitur (Illustriss. & Reuerendiss. Cardinalis) & vt alter IANNETVS, cuius excelsitatem adæquas tuæ Amplitudinis radiis, quod humiliter do, dono, illustra, vt in omnium oculos atque manus, illustrius clariusque apparere queat. Coriphæus valeas, mundi splendor atq; gloria. Dat. Ticini Pridie Calend. Octobris, M D C V I I I.

Celsitudini tuæ valde obstrictus,

Io. Baptista Magonius.

Ad humanissimos Lectores,

AVTHOR.

CVM (vt ait Cic. pro Q. Roscio) turpe sit scribere, quod non debeatur, sic improbum non referre, quod debeas; æque enim partus condemnantur eius, qui verum non retulit, & eius, qui falsum perscribit; Sed ego copia, & facultate virorum laudatissimorum confisus onus suscepi, magnum quidem opus omnino, & mihi perarduum esse sentiebam, at quo magis ab illo me subtrahere conabar, eo magis ad idem summus in familiares amor, tantæq; rei expectatio impellebat: quare contexui hanc legis tractationem, non eam quidem, quæ vel amicorum desiderium, vel tanti, tamque magni negocii exæquet, sed vt animi mei propensionem in illos significarem: qualis tamen ea sit ipsorum impulsione ductus, eam (quo ad eius fieri potuit) dolatam in medium proferri volui, quamuis cum iis nulla ratione minime sim comparandus, qui per honestissimum legum ocium penes se honeste viuunt, nimium fortasse inter illos audax habebor, qui longe me præstantius illam subire potuissent, sed quid ego nimium audax? hoc profecto audaciæ genus vitio nunquam, virtuti semper est, (meo quidem iudicio) vtpote honestum adscribendum, quæcunque enim in honestate posita sunt, ea in virtute quoque collocari necesse est. Suscipite igitur candidissimi Lectores, hos meos perarduos labores, vobis enim futurum confirmo, vt hoc præsidio huius artis laboriosos canones breui, ac tuto percursuri, & in huius professionis studio mirabiles progressus facturi sitis, valete, & incorrupti sermonis flores colligite.

LAVDANTVR. PERSARVM. MAGI.
COLVNTVR. MAGIS. MAGORVM. OPIFICES.
MAGONII.
ILLORVM. ENIM. ERAT. SCIRE. HORVM. EST.
DOCERE.
ITAQVE. *MAGONIVS*. HIC.
CAVSIDICIS. LVMEN. FVNDIT. PRVDENTIÆ. ROBVR
NE. SPE. AVT. METV. DE. VIA. DEFLECTANT
MINISTRAT. ANIMI.
QVARE. *HENRICVS FARNESIVS* VIRTVTIS. ERGO
OPVS. HOC: AMO. DIGNVM. CEDRO.

Ad Authorem

IAC. GVIDOTTI LVCENSIS
Philosophiæ Doctoris
TETRASTICHON.

Si quisquam exornans doctrina dignus honore
Extat, & nulli sceptra secunda tenet,
Floribus inseruit MAGONIVS *arte corollas;*
Sume tibi Lector, tempora cinge tua.

Eiusdem Distichon.

Ille vt Ioannes Italis est notus, & Indis,
Posteritas omnis, sic tua facta canet.

Cabalisticum Anagramma.

HIERONYMI BOSSII TICINENSIS
Ad Operis Authorem.

IOANNES BAPTISTA MAGONIVS.
IN ASIA TANGES OPTIMA BONVS.

Sunt homines Asia longo sermone per orbem
Nonnullis grati, queis quoque longa placent.
Hic tamen ipse probos, dicent qui iura, docebis,
Inq; ASIA TANGES OPTIMA quæq; BONVS

Octoastichon non sine Rhythmo,

Eiusdem Bossii de eodem Magonio, in Patrio Ticinensi Foro æque lingua eloquentissimo, ac Iurisprudentia sapientiss. Causarum Patrono.

Mentis habes acrem, causas qua sæpe togatus
Acter in arte fori dicendo vincere gaudes,
Gnauus & ad lites multis, Baptista, rogatus
Ora tenes: iuris primas ab iudice laudes
Nec non ipse meres, iusto cum Marte iugatus;
In mundo solo dum quassas nomine fraudes,
Viuis & aularum splendor, dux magna parentum:
Sicq; doces artem dicendi iura clientum.

COM-

COMPENDIARIVS INDEX EORVM OMNIVM, quæ in hoc opere habentur.

CAPVT I.

ACtvs hominis abſque Prudentia, & maturato Conſilio geſtus, fruſtratorius, & conſideratione indignus dicitur eſſe; Ideoq; Prudentia quid ſit: quænam ſint illius partes, & demum ad hoc vt actus ille pfectus reddatur, à regulato conſilio principaliter proficiſci debere, ex Philoſophorum demonſtratione indicat Author.

CAPVT II.

Conſilii quotuplex ſit genus, & pro ſententia ſeu opinione ſumptum, quomodo definiatur, & tandem huiuſmod Compendii ordinem congeſtum breuiter lectori inſpicere difficile non erit.

CAPVT III.

Aduocatus quomodo togatus incedere debeat multaque circa & habitum,& colores,cum fructuoſe tum curioſe eleganti breuitate edocentur.

CAPVT IV.

Artis Oratoriæ Aduocato neceſſarium exercitium à genere demonſtratiuo,vno exorandi modo Rhetorice patefacto, & ex Philoſophica demonſtratione deſumpto, ſumma cum breuitate manifeſtatur.

CAPVT V.

Iudicialis Rhetorici generis ab Aduocato diligenter ſeruandi partes panduntur, nonnullaq; Iudici in eodem genere neceſſaria ſalubriter explicantur.

INDEX

Capvt VI.

Quid sub Deliberatiuo genere secundum Rethoricos obseruaturus Aduocatus siue Patrocinans, iuridico demonstratur modo. Aduocati quoq; exercitium nobile, ac necessarium esse, legenti videre facilimum erit.

Capvt VII.

Quid circa consilium verbotenus præstandum, & impartiendum Aduocatus Patrocinansue, obseruare debeant, diligenter explanatur. Quædam vero circa memoriam vtilia, accurate interposita, oculatim dignoscuntur.

Capvt VIII.

Aduocati siue causarum patrocinium suscipientis salarium, quo iure petatur, quomodo, & quando debeatur, & demum, an & quando pactum, de quota litis concessum dicatur. Aduocato tandem à duabus partibus quotannis stipendiato, quas inter sese litem mouere contingat, quomodo succurratur distinctionum medio patefacit Author Alæ suffragio.

Capvt IX.

An & quando salarium in casibus infirmitatis, Absentiæ, propriæ causæ, diuersæ instantiæ, capitulorum, & præexistentis potentiæ Aduocato debeatur: mortis autem causa, an illud heredibus deuictum censeatur: hoc idem animaduersionis dignum diligenter examinatur.

Capvt X.

Gratuitum an esse debeat pro paupere patrocinium, aliquantum disceptatur.

Capvt XI.

A munere postulandi, quænã interdicantur personæ, nec non, & quid à Postulante effugiendum, atq; amplectendum sit, demum quibus Patrocinans impius subiaceat calamitatibus, vnica mixtura contexitur.

TRA-

Digitized by Google

TRACTATVS, DE RECTA PATROcinandi ratione à Causidico præmeditanda, Compendiarius Index.

CAPVT I.

POSTVLANDI, & seu causas dicendi nobilitatem in se continere officium ipsum edocetur, postmodum nomine & effectu, cum separatim tum mixtim dignitatis atq; officii habita consideratione, Causidicorum differentia designatur.

CAPVT II.

Mulieribus an & quando postulandi exercitium concedatur, non ab re prætermissionis id dignum iudicauit Author.

CAPVT III.

Priusquam de Causidici exercitio atque officio memoretur Author, aliqua circa prolixitatē verborum effugienda, atque alia circa ordinem veridice obseruandum, breuissime non prætermittuntur.

CAPVT IV.

Malitiam malitia quando repellere liceat, fraudis autem nonnullæ, aliquando obseruatæ species à Causidico euitandæ, & specialiter docentur & particulariter breui modo enarrantur.

CAPVT V.

Repugnantiam allegare an liceat, & qua pœna fraudulenter contraria dicens plectatur, huiusmodi continet Caput.

CAPVT VI.

Præoccupata ne sit ante tempus partis Oratio, sed tunc demum responsio admittatur fine dicentis expectato.

CAPVT VII.

Voto communi, circa praxim, & iudicialem obseruantiam, quomodo, & quando sit acquiescendum & pertinaciæ vitium, omnino aufugiendum inconsulto non prætermittitur.

CAPVT VI.

Quid sub Deliberatiuo genere secundum Rethoricos obseruaturus Aduocatus siue Patrocinans, iuridico demonstratur modo. Aduocati quoq; exercitium nobile, ac necessarium esse, legenti videre facilimum erit.

CAPVT VII.

Quid circa consilium verbotenus præstandum, & impartiendum Aduocatus Patrocinansue, obseruare debeant, diligenter explanatur. Quædam vero circa memoriam vtilia, accurate interposita, oculatim dignoscuntur.

CAPVT VIII.

Aduocati siue causarum patrocinium suscipientis salarium, quo iure petatur, quomodo, & quando debeatur, & demum, an & quando pactum, de quota litis concessum dicatur. Aduocato tandem à duabus partibus quotannis stipendiato, quas inter sese litem mouere contingat, quomodo succurratur distinctionum medio patefacit Author Alæ suffragio.

CAPVT IX.

An & quando salarium in casibus infirmitatis, Absentiæ, propriæ causæ, diuersæ instantiæ, capitulorum, & præexistentis potentiæ Aduocato debeatur: mortis autem causa, an illud heredibus deuictum censeatur: hoc idem animaduersionis dignum diligenter examinatur.

CAPVT X.

Gratuitum an esse debeat pro paupere patrocinium, aliquantum disceptatur.

CAPVT XI.

A munere postulandi, quænã interdicantur personæ, nec non, & quid à Postulante effugiendum, atq; amplectendum sit, demum quibus Patrocinans impius subiaceat calamitabus, vnica mixtura contexitur.

TRA-

Digitized by Google

TRACTATVS, DE RECTA PATROcinandi ratione à Causidico præmeditanda, Compendiarius Index.

Caput I.

POSTVLANDI, & seu causas dicendi nobilitatem in se continere officium ipsum edocetur, postmodum nomine & effectu, cum separatim tum mixtim dignitatis atq; officii habita consideratione, Causidicorum differentia designatur.

Caput II.

Mulieribus an & quando postulandi exercitium concedatur, non ab re prætermissionis id dignum iudicauit Author.

Caput III.

Priusquam de Causidici exercitio atque officio memoretur Author, aliqua circa prolixitatẽ verborum effugienda, atque alia circa ordinem veridice obseruandum, breuissime non prætermittuntur.

Caput IV.

Malitiam malitia quando repellere liceat, fraudis autem nonnullæ, aliquando obseruatæ species à Causidico euitandæ, & specialiter docentur & particulariter breui modo enarrantur.

Caput V.

Repugnantiam allegare an liceat, & qua pœna fraudulenter contraria dicens plectatur, huiusmodi continet Caput.

Caput VI.

Præoccupata ne sit ante tempus partis Oratio, sed tunc demum responsio admittatur fine dicentis expectato.

Caput VII.

Voto communi, circa praxim, & iudicialem obseruantiam, quomodo, & quando sit acquiescendum & pertinaciæ vitium, omnino aufugiendum inconsulto non prætermittitur.

CAPVT VIII.

Veritatis maximum est fundamentum, hanc autem negare an liceat, & quando, absq; difficultate defenditur.

CAPVT IX.

Vtrum secreta Iudici facta locutio suspicionem redarguat.

CAPVT X.

Iudici, quando arbitrariæ præter legales dilationes dandæ, concedantur, eas autem superflue petenti de calumniaque præ umpto, quomodo concedantur, & grauissime peccare, qui indebite illas postulat, celeberrimi Doctoris traditione, apertissime hæc eadem collecta referuntur.

CAPVT XI.

Argumentationes Sophisticas euitandas esse, quænam Sophistica dicatur ars edocetur, & contra Sophistas nonnulla exponuntur quæ ab aduersario præmeditanda atque obseruanda, iuridice proponuntur.

CAPVT XII.

Fidem violare graue quā sit delictum demonstratur eandemque non seruanti quænam imponatur pœna, factaque verbis potentiora, vtiliter denunciatur

CAPVT XIII.

Actis occultatis seu subreptis, an vel actorum magistro, vel parti culpæ adscribatur, quomodo autem omissio probetur, & occultantibus scripturas quænam infligantur pœnæ, succincto denotatur modo.

CAPVT XIV.

Veritatis immutatio, per cancellationem scripturæ de communi consensu, altera partim inscia secuta, an & quando falsitatis vitio, etiam minime nocibilis pœnalis dicatur, an autem quis per occultationem siue lacerationē iurium, etiam protestatione præueniente de vtendo ipsis iuribus productis vel id minus, excusetur, hæc omnia distinctionum medio prospiciuntur.

CAPVT XV.

Scriptura in Iudicio producta etiam priuata, cui nil per

partem

partem respondeatur, an fidem faciat breuiloce narratum

CAPVT XVI.

Publicarum sessionum, quoad audientias ab officialibus præstandas, de consuetudine fori Papiensis ordo manifestatur mixtim quoque aliqua scitu digna, circa decretorum publice factorum cancellationem, siue interlineaturam, proficuo documento aperiuntur.

CAPVT XVII.

Falsus, se verum procuratorē asserens, quomodo puniendus, multaque circa reuocationem mandati prænarrantur, postmodum autem denunciatus a procuratore, an in mora constituatur, donec de mandato doctum sit, recto modo remittitur articulus ille.

CAPVT XVIII.

Vera quænam dicatur, & effectualis productio iurium, & an sententia super non productis lata, nullitatis vitio laboret, studiose indicatur.

CAPVT XIX.

Iudex, circa subscriptionem seu actuum expeditionem quidnam præuidere debeat, & subscriptum illud, diuersum autem a Sollicitatore Iudici significatum, an Iudicis vel partis culpa secutum censeatur, & qua pœna Iudicem seducens plecti debeat, patefacere arbitratus est Author.

CAPVT XX.

Partes componere patrocinantis interest, & quando id liceat non omittitur, & an concordia suaderi, & imperari possit diligenter obseruatur.

CAPVT XXI.

Prorogationis instantiæ seu suspensionis inter patrocinantes seu partes ipsas, absque impensa facilis esse debet assensus Charitatis ideo, & Odii deinde effectus, succincto modo non subticentur.

CAPVT XXII.

An & quando promissio futuræ prorogationis siue instantiæ suspensionis, à parte obtinenda, promittentem obliget, & in Praxi, & in Theorica curiosa demonstratione panditur.

CAPVT XXXI.

Dolus, aut malitia quomodo in aliquem redarguatur, ad hoc vt quis de dolo siue malitia teneatur, iuris medio deducitur.

CAPVT XXXII.

Imprudenter, imperiteue ex patrocinantis, vel sollicitatoris latere quidquam parti noxium secutum, animaduersionis quando sit dignum.

CAPVT XXXIII.

In negligētia deprehensus quis dicatur, postmodum autem negligentiæ effectus nonnulli describuntur, demum, an negligētia pręcise probari debeat rotundo demōstratur ore.

CAPVT XXXIV.

Quibus negligens subiaceat pœnis demonstratur, & an ob dolum, imperitiam aut negligentiam, in causa quidq; præiudiciale secutum, ratione damnorum per partem passorum, contra patrocinantem, an autem contra sollicitatorem causæ, actio sit danda, breuiter enarrat Author.

CAPVT XXXV.

Iustum, & æquum quomodo differant, Iudex autē, quando modo vnum, modo alterum, ac interdum vtrumq; seruare debeat, & ad hoc vt Iustum quidquam dicatur, quænam concurrant hilari fronte denodatur.

CAPVT XXXVI.

Æquitas quotuplex, hæc autem quando rigori præferenda sit, & è conuerso: apparens autem seu sophistica æquitas omnino fugienda & demum Iudici principaliter necessaria, vnico hæc omnia disponuntur contextu.

CAPVT XXXVII.

Actus licitus secundum honestatem, quæ pars Iusti dicitur esse declaratur, at cum honestum sub se æquum, & bonum contineat, ideo nonnulla de æquo, & bono curiose recensentur.

CAPVT XXXVIII.

Vtile Iusti membrum quotupliciter sumatur, sine honesto an esse possit, demum quotuplex dicatur vtilitas, & quando spectanda, hæc non ab re deducuntur.

CAPVT XXXIX.

Causam iniquam, & desperatam non esse suscipiendam, susce-

CAPVT XLVII.

Procrastinationem dolosam, iurgiumque immoderatum collusionis, & calumniæ suspicionem inducere, proindeque nonnulla aduersus calumniosos & præuaricatores, breui modo panduntur.

CAPVT XLVIII.

Procrastinata causa, interueniente dolo, & palleata inter patrocinantes præexistente inimicitia, ad restitutionem, atque damnorum refectioné ipsos teneri non ambigitur. Successiue aũt, nonnulla contra quosdam sollicitatores, atque scriptores absurda, prorsus euitanda declarantur.

CAPVT XLIX.

Iniuriarum distinctiones hoc in capite considerantur, in quo pariter articulus ille, an scilicet conuicium verum in aliquem prolatú, admittat actionem iniuriarum, vel id minus diligenter examinatur. Quomodo demum, & quando animus iniuriandi adesse vel abesse dicatur, id vtique non ab re prætermittitur.

CAPVT L.

Iniuria, an & quando etiam quo ad interesse remissa censeatur, denuo an & quando illa eadem sit remittenda breuiloquio attingitur.

CAPVT LI.

An actione iniuriarum, ciuiliter, & criminaliter agi possit, & quam malum dicatur, aliquem afficere iniuria, breuiter astruitur.

CAPVT LII.

Iniuriarum actio, an & quando perpetua detur, & an remissio præsumpta quandoque consideretur, id in medium, eleganti doctrina traditum reperitur.

CAPVT LIII.

An, & quando quis & quanti iniuriarum actionem æstimet, punctualiter significatur.

CAPVT LIV.

Vni ex collegio subdito: & vni ex familia irrogata iniuria, an Collegio, Domino, aut familiæ detur iniuriarum actio.

CAPVT LV.

Iniuriarum pœnæ distinguuntur, & an in scriptis redacta iniu-

Iniuria maioris inflictionis sit digna, quam verbotenus irrogata, hoc breuiter demonstratur, an denique remittenda iniuria, iuris & doctrinæ Iodoci medio, apertum id traditur.

CAPVT LVI.

An quis, per instrumentum, & quando pacem facere teneatur.

CAPVT LVII.

Charitatem amplectendam, indebitumque lucrandi desiderium, procul arcẽdum, postmodum quotidiani quidam illegitime auidi lucrandi vsus, clare ab Authore vtiliter significantur.

CAPVT LVIII.

Lucri auiditas, interdum patrocinantis non mediocrem præ se fert suppeditationem, quam ideo à causarum Patrono fugiendam, cum exemplis, tum adminiculis apertissime demonstrat author.

CAPVT LIX.

Miserabilibus personis quibusue, & quando gratuitum sit præstandum patrocinium recitando, id Lector videre poteris.

CAPVT LX.

Sexui fœmineo in miserabilitate constituto, promptum patrocinantis absque reprobo carnali desiderio debet esse obsequium. Sed quænam calamitates ex luxuria resultent, ea ex Margaritæ Philosoph. traditione aperte recensentur.

CAPVT LXI.

Animam vti corpore præstantiorem ab omnibus, & præcipue à Causidico circa causarum susceptionem esse præferendam, & quam periculosum sit patrocinantis officium, atque exercitium, id ex doctrina Iodoci tandem eruitur.

FINIS.

IO. BA-

Digitized by Google

IOAN. BAPTISTÆ MAGONII CAVsidici Papiensis,

DE RECTA IVDICIALITER Patrocinandi ratione ab Aduocato intuenda,

COMMENTARII.

Actus hominis absque prudentia, & maturato Consilio gestus, frustratorius, & consideratione indignus dicitur esse; Ideoque prudentia, quid sit; quænam sint illius partes, & demum, ad hoc vt actus ille perfectus reddatur, à regulato Consilio principaliter proficisci debere, ex Philosophorũ demonstratione indicat author.

CAPVT PRIMVM.

SVMMARIA.

1 Prudentia quid sit, variis definitionibus declaratur.

2 Prudentiæ partes, quotuplices dicantur, eæque declarantur.

A 1 Pru-

3 *Prudentiæ potentiales partes, quænam sint.*
4 *Prudentiæ partes subiectiuæ, quotupliciter designentur.*
5 *Patrocinandi rationem à prauio consilio, & ab opere subsequenti deriuare indicatur.*
6 *Prudentiæ principalis actus, quisnam dicatur.*
7 *Prudentia quomodo accipiatur.*
8 *Artificem quando laudet opus.*
9 *Intellectus practicus quomodo consideretur.*
10 *Ars quid sit.*
11 *Facere quid sit.*
12 *Agere quid sit.*
13 *Ratio operibus, & opera ratione indigent.*
14 *Mentis possessor qui est, custos Prudentiæ dicitur esse.*
15 *Humanorum actuum virtus, in quo consistat.*
16 *Philosophia, circa quænam versetur.*
17 *Anima sicuti regit corpus, sic mens dispositionem.*
18 *Actus ex præambulo maturo consilio secutus, maxime laudandus.*
19 *Consilio bono fretus, si quandoq; falli contingat, mitius leuiusq; puniendus est.*
20 *Consilium quomodo extendatur.*
21 *Consilium sui ipsius vnde deriuet.*
22 *Monastica Prudentia quid sit.*

1 QVONIAM Prudentia, quæ † recta est ratio à nobis agibilium, secundum Philosophos: vel quæ iuxta diu. Augustin. Sententiarum libr. quæst. 83. est rerum appetendarum, & fugiendarum cognitio: quod idem lib. 1. de liber. arbitr. per omnia alludit: vel quæ (vt ait Tull. Rhetor. lib. 2.) est rerum bonarum, & malarum ve-

garum-

rarumque ſcientia: vel quæ tandem (vt tradit Iuriſconſultus *in l. Iuſtitia. §. iuriſprudentia. ff. de iuſt. & iur.*) eſt diuinarum, & humanarum rerum notitia, iuſti atque iniuſti Scientia. Quoniam (inquam) Prudentia, triplices † ſub ſe continet partes, integrales, ſcilicet potentiales, & ſubiectiuas, quæ ſunt; 2

Memoria,
Intellectus,
Ratio,
Solertia,
Docilitas,
Providentia,
Circumspectio, &
Cautio.

Tria etenim Prudentiam integrant, vt eſt præceptiua, reliqua vero, vt eſt cognoſcitiua. Potentiales ideo † ſunt, 3

Eubulia,
Synesis, &
Gnomi; ideo,

Primum ad Eubuliam, quæ rectitudo conſilii ad finem bonum, per vias congruas, & tempore conuenienti dicitur eſſe, ſpectat.

Secundum vero pertinet ad Syneſin, quæ ſecundum leges communes de conſiliatis recte iudicat, cuiuſq; iudicium legalis exequitur iuſtitia.

Tertium vero Gnomin amplectitur, quæ deficientibus legibus, de conſiliatis rectè iudicat; hu' autem iudiciũ exequitur Epiikeia, vt puta ꝙ furioſo depoſitus gladius reddendus non ſit. Subiectiuę tandem † quintupliciter ſunt diſtributæ, & q̃ ſunt, 4

Prvdentia Monastica
Oeconomica,

POLITICA,
REGNATIVA,&
MILITARIS.

Prima necessaria est homini, quantum ad se.

Secunda homini, vt familiam suam gubernet.

Tertia homini, vt politiæ Rectori debitè se subiiciat.

Quarta, vt quis Rempublicam strenue regat.

Quinta vero, vt ciuis bonum commune strenuè defendat.

Huius diuisionis substantiam te videre, ne pigeat ex Aurea quidem Margar. Philosoph. *sub titul. de Princip Philosoph. moral. cap. decimo tertio. decimo quarto. & decimo quinto. libr. duodecim.*

5 Iure igitur merito † patrocinandi modum duplici super base, consilio nempe, & opere firmare existimaui; à consilio itaq;, & ab opere subordina-
6 tè patrocinandi rationem deriuare non est ambigendum, quia secundum Philosoph. † Prudentiæ principalis actus est, rectè præcipere, de præcipiendis autẽ primũ consiliari, dehinc iudicare oportet.
7 Hinc est, quod propriè Prudentia † pro voluntate regulata, & maturo consilio accipitur, vt colligitur *ex c. statutum §. notarium. de rescript. in sexto. & in §. & cum sacratissimas. in Proœ. Instit.* quod idem
8 sentit Dec. *in c. ne innitaris. in secunda lectura. num. 6. de Constitut.* qua de re † tunc artificem laudat opus, quando ab opere artifex commendatur Spec. *in §. hic dicendum. in princip. tit. de Aduoc.* quod equidẽ ab intellectu practico circa considerationem veritatis
9 robur desumit; quoniam † is intellectus ex Philosophorum demonstratione duplici via incedit.

Prima scilicet via vt opus tantum sit perfectum

ex re-

ex recta ratione,ex huiuſque frequentatione habitus generatur, intellectum ad operationem habilem promptumq; reddens, & hunc artem nominant.

Secunda via eſt,qua intellectus,veritatem ad opus ordinat, vt ipſe ordinans perficiatur, & in ſuis actibus ordinetur;& hinc generatus habitus, intellectum ad huiuſmodi habilitans, Prudētia dicitur: ad quorum veram cognitionem definiendo ex Ariſtotel. *Ethic. libr.6.* quem ſequitur memoratæ Margar. Author, *allegato libr.12. cap.* 10.intellectus magis ſic dilucidatur.

Quoniam † ars ſecundum Philoſoph.vt ſupra, 10
eſt recta ratio rerum factibilium; Facere † autem, 11
vt idem teſtatur *Metaph. libr. nono*, eſt actus tranſiens in exteriorem materiam,ſicut ędificare,ſecare, ſcribere,ac huiuſmodi. Et ideo Ars dicitur habitus factiuus cum recta ratione,id eſt,ratio directiua factionum in rebus exterioribus: non igitur,artis eſt artificem bonum facere, ſed opus: Ideò cum Prudentia conſilium regulatur; Quandoquidem recta,vt ſupra, agibilium ratio dicatur.

Agere † autem ex allegato Philoſopho, vbi ſu- 12
pra, eſt actus permanens in ipſo agente, vt intelligere,velle conſiliari,& huiuſmodi.

Qua de re,ſi omnia à Prudentia,quæ ratio eſt directiua actionum in ipſis operantibus, & virtutis perfectè habet rationem,dependeant,conſequenter in omnibus peragendis, conſilium præcedere debere dicendum erit. Nec à me ipſo hæc dixiſſe putes, quin etiam ſuffragio memoratæ Philoſoph. Margar iimvſus. *in d.cap.decimo, allegato lib. duodecimo.*

Quò fit vt attendamus ea quæ de veste sacerdotali scripsit Diuus Hierony. *in Epistol. ad Fabiolam.*
13 scilicet: ratio † enim operibus, & opera ratione indigent, vt quod mente percipimus;, opere perpetremus. Et qui tantum verba sectatur, nihil habe-
14 bit, qui autem † possessor est mentis, est custos Prudentiæ, *Prouerb. cap.* 19. Ideoq; inquit Felin. *in cap.*
15 *ad audientiam. el prim. col.* 3. *de rescript.* quod † virtus humanorum actuum non stat in modico atramēto, id est, in verbis, sed in eo, quod maximum est, scilicet, in hominis mente, late Barbat. *in c. primo. col.* 10. *de iuram. calum.* & Paul. de Castr. *in cons.* 380. *incip. Iudex est minister Dei. in princip. libr. primo.* & Seneca quem refert Barbat. *in repetit. rubr. C. qui admitti.*
16 *col.* 44. dicit quod † Philosophia non est populare artificium, neque ostentatione parata, non in
17 verbis, sed in rebus consistit Philosophia, † & sicut anima regit corpus, ita mens regit dispositionem, Curt *in cons.* 44 *incip. statuto colu.* 6. Calcan. *in cons.* 1. *colu.* 18. hæc prudentissimè afferuntur per Neuizan. *in Sylu. nupt. in ritu Quomodo iudican. num.* 14. *in fin. &* 15 *in princip.* Et quod cum præambulo consilio sint dirigendæ actiones, vide quæ scripsi *in tra.*
18 *de fidel. notar. cap.* 21. *num.* 5. Qua de re est † dicendum eo magis opus laudabile dici debere, quo magis à maturo, & deliberato consilio proficiscitur, iuxta illud Senecæ dictum, scilicet: Prudentis proprium est examinare consil ia, & non cito facili credulitate ad falsa prolabi; de dubiis non definias, sed suspensam tene sententiam: & vt Salustius, Priusquam incipias consulito, & vbi mature cōsulueris opus est facto; hæc si feceris non te pœnitebit (inquit Salo-
19 mon) & si postea † te fretum bono consilio succum-

cum-

cumbere, & falli contingerit, certe tũc falleris leuius, & prudentius. Iodoc. *in praxi rer. ciuil. c. 27. n. 20.*

Veruntamen, quia † consilium homini necessa- 20
rium, primo à se ipso incipit, deinde ad alios regulatiue se extendit, Charitas etenim ordinata, quo ad humanos actus à se ipso principium sumit, vt notat glossa valde commendabilis *in c. bona. el primo. in versic. rationem. de postul. prælat. cum simil.* necessario igitur de consilio sui ipsius differendum esset, quod quidem † à Monastica prudentia deriuat, & 21
quæ scientia est, † quæ sui curam gerens, cunctis se- 22
se erigit, & exornat virtutibus, nihil in vita admittens pœnitendum, & quod ex Græco Sermone in templo Apollinis descripto, vt scribit Helinandus, desumitur, scilicet, NOSCE TE IPSUM, ex hoc nempe homo se humiliat, & vnicuique quod suum est reddit, iuxta legis naturæ, atque Decalogi præcepta, quorum essentiam explanant Theologi. Ideo cũ sui ipsi⁹ cognitio sub dicto breui, mysterioso tamen cõpendio, clare cõtineatur, super hoc assumpto insistere superuacaneũ mihi videtur, & ad alia q̃ non mediocrẽ afferunt vtilitatẽ me accingo.

Consilii quotuplex sit genus, & pro sententia seu opinione sumptum, quomodo definiatur, & tandem huiusmodi Compendii ordinẽ congestum, breuiter lectori respicere, difficile nõ erit.

CAPVT II.

Svmmaria.

1 *Loquenti propriam ignorare vocem & prius determinare, quam terminos intelligere, irreprehensibile dicitur esse.*

2 *Vocabulorũ virtutes qui ignorant de facili decipiuntur.*

3 *Definitio perfecta quænam dicatur.*

4 *Distinguere ignorans disputare nescit.*

5 *Consilium, quotuplici genere constitutum dicatur.*

6 *Perfectionis consilium quodnam sit: Et an illi standum.*

7 *Reuerentiæ consilium quodnam dicatur esse: & quando ex tali consilio quis ligetur.*

8 *Præceptum, & mandatum an differant.*

9 *Principis hortatio, vinculum necessitatis habet.*

10 *Actus non à verbis, sed secundum subiectam materiam inducitur, & ab effectu rei denominatur.*

11 *Verba à Principe per modum rogationis prolata, Imperatiua dicuntur, atq; præceptum inducunt.*

12 *Consilio vtilitatis, an quis stare teneatur.*

13 *Vtilitatis consilium qui præstat, veritatem significare debet.*

14 *Consilium interdum pro sententia, & opinione accipitur.*

15 *Definitio secundum Philosoph. quænam sit.*

16 *Definitio in iure valde dubitabilis, & periculosa est.*

17 *Definitio ad hoc vt perfecta dicatur, quænam requirantur, remissiuè.*

18 *Consilium pro sententia seu opinione sumptum quid sit.*

19 *Opus subsequens, consilium præcedens, siue bonum, siue malum declarat.*

IRREPREHENSIBILE (vt inquit Angel. *in*
1 *cons.* 10. *incip. Sanctissima. circa princ.*) est † loquenti
propriā vocem ignorare, & prius determinare, quā
2 terminos intelligere, & qui † virtutes vocabulorū
ignorant de facili decipiuntur, vt tradit Aristot.
li. 1. *Elenchor.* ac deniq; vt sententiose profert Isidor.
Etymol. li. 1. quē refert Neuizan. *in Sylu. nupt. sub rubr.* *nō est nu-*

*est nubend. num.*171.nisi nomen rei sciueris, cognitio rei perit.

Quoniam autem quęlibet † perfecta definitio ex genere & differentia constare debet, vt notat Bar. *in l. 1. ff. de testam.* Consilij igitur genera enucleare, & breuiter declarare, dehinc definire necessarium videtur, quia qui † distinguere ignorat, disputare nescit, Neuizan. vbi supra *sub d. nu.*171.*in fin. &* Decij vestigia sequendo *in c. canonum. lectura prima. sub numero* 46. *de Constitut.* sub † duplici genere consiliũ esse constitutum refero, vnum scilicet ꝙ perfectionis, alterum verò quod reuerentiæ denominatur. 3 4 5

Quò igitur ad primum, illud † dicitur perfectionis consilium esse, quod à lege siue constitutione, de honestate, consulente proficiscitur, & huic nemo, nisi ad libitum, stare tenetur, glos. *in c. 1. de Constitut. & in c. quod præcipitur,* 14. *quæst.* 1. Abb. *in c. omnes vtriusq; sexus. de pœnitent. & remiss.* & Innoc. *in c. primo, de vit. & honest. cleric.* 6

Quod tamen limitatum tripliciter producit effectum, prout docet Felin. *in d. c. 1. col. 8. vers. Primus est. de Constitut.* tale namq; consilium, non adstringens sed suadens, continentiæ consilium pariter vocatur, *vt ex c. integritas.* 32. *quæst.* 1.

Alterum verò reuerentiæ † consilium dicitur esse, quæ quidem Principi, & superiori debetur *c. Math. de Simon. c. testamentum. & c. ad aures 6. destinct.* & hoc necessitatis consilium nuncupari dixit Boer. *in 2. additio. ad Tract. Ioan. Montaignæ de Author. Magn. consilij. sub numero* 163. & de quo narrant Abb. Sicul & Zabarell. per eum relat. *in Clem. de testib.* 7

Sed an ex tali consilio quisquam ligetur; Ideo respondendo dicas, quod, aut verba consilij subie-

ctam præceptiuam habent materiam, & tunc per importantiam verborum, quæ de sui natura præceptum inducunt verbum illud *consilium* impropriatur secundum Abb. *in c. nam ad concupiscentiam. de Constitut.* & optimus est text. *in c. rogo. & ibi glos. 11. quæst. 3.* Dec. autem *in allegato c. nam ad concupiscentiam. sub numero* 11. id impugnare videtur, quod scilicet, & si materia subiecta præceptum contineat, non ob id verbum illud *consilium*, improp riari, ea præcipua ratione fretus, quia inconueniens dici non debet, id quod quis hortetur ad illud quod facere tenetur *ex c. peruenit. 84. distinct.* Quinimò verbum *rogo*, & verbum *hortamur*, ex per eum iuribus adductis, in proprio significatu consilij & non præcepti sumi debere attestatur sed per alia iura ibidem allegata, materia præcepti dicitur esse. Quare Alex. *in leg. more maiorum. Digest. de iurisdict. omn. iud.* respondendo, & glossæ ad ipsum tex. quæ differentiam facit inter mandatum & præceptum dicit, ipsius glossæ dictum non esse verum, quoniam quouis modo, à superiore quidquam fieri vel non fieri mandetur, illud præceptum dici debere, iuris comprobatione interueniente in medium attulit: quam tamen glossæ differentiam distinctionis medio saluat Dec. *in d. leg. more maiorum. numero* 51. dum † præceptum necessarium,
8 mandatum autem voluntarium appellat; licet quandoque considerata personę qualitate mandatum pro iussu accipiatur, prout ibidem cauetur.

9 Attamen quidquid sit, Principis † hortationem, vinculum necessitatis annexum habentem, inuiolabiliter seruandam esse fateor, vt etiam ex professo

professo tenet Felin. *in memorato c.1. versic. tertius est casus. n.23. & in d.c. nam ad concupiscentiam. n.3. de Constitut.* Idem pariter concludit Dec. loco de quo supra *sub numero* 23 dum † non à verbis, sed secun- 10
dum subiectam materiam, actum induci, & ab effectu rei denominari voluit ex Bald. *in l.2. versic. sed iuxtà hoc quaero.* C. *commod. per text in l. Insulam. ff. de praesc. t. verb.* ac Abb. *in c. constitutus per illum textum. de relig. dom.* Et quòd † verba à Principe per modum ro- 11
gationis prolata, Imperatiua dicantur, atq; praeceptum inducant, glossa habetur notabilis *in leg.1. §. si iussum. ff. quod iussu.* Sic tradit idem Dec. *in c. clerici. in princip. de iudic.* Diffusius igitur à te ipso videre poteris ea, quae circà praedicta enucleãtur ex authoritatibus deductis, plenè, & ad saturitatem pro articulo pdicto discutiendo disceptantibus.

Additur etiam † aliud consilium, quod vtilitatis 12
dici fertur, sic dictum à Luc. de Pen. *in rubr. de silent. libr. Cod.* 12. & huic nemo credere cogitur, quamuis vtile dicatur *l.1. ff. mand. in fin. & in l. consilij non fraudulenti. ff. de reg. iur.*

Ad huiusmodi † praestandum consilium veritas 13
potissimũ est attendẽda, ad hoc vt fidele praestetur: quoniam qui bonus praestiterit praesentis vitae habet subsidium & aeternae remunerationis consequetur praemium. Boer. *supra citato loco per tex. in c. bona. 12. quaest. 2.* nec omittas ea que egregiè atque prudenter scribendo collegit D. Menoch. *de arbitr. iud. cas. 380. libr. 2.*

Quandoq; tandem † consilium pro sententia, 14
& opinione accipitur, de quo *in §. responsa prudentum.* & ibi Angel. Arer. Instit. *de iu. nat. gen. & ciuil.* & hoc est de quo pariter verba sũ facturus & explicaturus.

Porrò

Digitized by Google

Porro cum omnis, quæ à ratione suscipitur de aliqua re institutio, à definitione ꝓficisci debeat, vt intelligatur quid sit id, de quo disputatur, iuxta Ci-
15 cer. *Offic. li. 1.* sententiā: ideo à definitione, q̃ † vt ex Philosopho Metaph. patet, quē refert Bal. *in Decret. proœmio.* est propositio substantiæ ꝓpriam qualitatem comprehendens, exordiri est necesse; Sed quia
16 pariter in iure valde † dubitabilis & periculosa est definitio ipsa, *vulgata l. omnis definitio. ff. de reg. iur.* & ex Panormit. *in rubr. de sentent. excommun.* multaque
17 ad hoc † vt perfecta dicatur, requirantur, de quib9 latissime disserit Neuizan. *in memorata rubr. non est nuben. sub num.* 174. 175. 176. *& seq.* Idcirco quid sit cōsilium definire meę ad id vires non se extendunt imbecilles, sed amplissimorum Patrum adiumento suffultus adduco, consilium pro sententia, seu opinione acceptum ad materiam nostram sic definiri posse, videlicet:

18 Consilium † est aliquid faciendi vel non faciendi excogitata ratio: hanc definitionem ponit Tull. *Rhetor. li.* 1. vel vt colligitur ex text. *in l. furti. §. recte. ff. de furt.* est persuasio vel instructio ad aliquid faciendum: aut quod suasio quædam ad alium bene regendum dici potest *l. is qui. §. diuus. ff. de tutor. & curat. dat. ab his:* Ideoq; dicto consilio esse annuendum dixit Boer. *loco de quo supra nu.* 162. *per text. in l. consilio. ff. de curat. furiosi.*

At secundum diuum Thom. quem sequitur Syluester *in Summa,* dupliciter sumitur. Primo pro cōclusione facta per dicursum rationis circa res agendas aut vitandas, & hoc modo dicit 12. *q.* 4. ꝗ est inquisitio eorum tātum, q̃ sunt ad finem operabilium à nobis, non minimorum nec differentium, & etiam

iam ex allegata Summa Syluestr. cauetur quòd sumitur pro re vel actione, ad quam faciendam vel fugiendam consilium inducit, ad corroborationẽ supra deductorum.

Sed quoniam recta patrocinandi ratio à præambulo consilio, opere mediante, deriuat, vt in proximo cap. præcedenti deduxi, & ab † opere subsequenti consilium siue bonum siue malum declaretur argumento eorum, quę ponderat Spec. *in Procem. versic. nouissimè. propè finem*: Meæ igitur erit industriæ nonnulla circa Patrocinium recensere, quæ in foro practicantium valdè sunt necessaria; non profectò vt doceam, cum ab alio edoceri sim paratus, sed tantum vt fructus aliquos diuersimodè dispersos, cùm ad salutem, tùm ad ocii perniciem, collectos afferam. Idcircò, principaliter valdè necessarium tum quid ab Aduocato, tum etiam quid à Causidico sit diligenter obseruandum, proponẽdum censui. 19

Ab Aduocato igitur initium sumamus, exinde verò quid Causidico spectet, verba faciamus, atq; prout infrà dicamus.

Aduocatus quomodo togatus incedere debeat, multaque circa & habitum & colores, cum fructuose, tum curiose eleganti breuitate edocentur.

CAPVT III.

Svmmaria.

1 *Doctrinam alterius, sibi ipsi non esse adscribendam.*

2 *Ratio naturalis quænam dicatur.*

3 *Aequitas quid sit.*

4 Natu-

4 Naturalis ratio per se sola, lex dicitur esse.

5 Naturalis ratio vbi adest, legem quærere, infirmum alicuius intellectum denotat.

6 Aduocatum, literis imbutum esse oportet. & num. 10.

7 Aduocatus contrariorum scientiam habere debet.

8 Aduocatus an, & quando arrenghando leges, & decreta in indiuiduo allegare teneatur.

9 Aduocatus, rationem, & factum, leni & non tumultuosa voce proponere debet.

10 Iuris notitiam habere debet aduocatus.

11 Leges aut doctorum falsas allegans apostillas, falsi pœnam incidit.

12 Aduocato quænam spectent.

13 Aduocati atq; Iudices quid obseruare teneantur.

14 Diuisio maximam affert vtilitatem.

15 Diuisio perfecta, quænam requirat.

16 Aequiuocum, indistinctum ordinem perturbat.

17 Confusio procul arcenda.

18 Habitus, verbum hoc quotupliciter capiatur.

19 Animi habitus qui sint.

20 Habitus qualitatis species quot in partes distribuatur.

21 Habitus ad animum relatus quid sit.

22 Habitus corporis, qui dicantur esse.

23 Habitus corporis per exercitia acquisitus, sine animi applicatione esse non potest.

24 Verbum ad habendum, tenendum, & gaudendum in instrumentis appositũ, quomodo accipiatur.

25 Regressus, à priuatione ad habitum non datur.

26 Habeo, verbum, ex necessitate dominiũ non importat

27 Habeo, verbum, quotupliciter sumatur remissiuè.

28 Habitus pro indumēto acceptus, in numero prædicamētorum consistit.

29 Habitus monachum non facit.

30 Habi-

30 Habitum nouitiorum deferens extra claustrum, an ob id professio inducatur.

31 Sacerdotem, vita & mores faciunt, non habitus.

32 Mores incessus, & habitus, personam concomitantur.

33 Corporis incompositio, mentis qualitatem indicat.

34 Præsumitur quis talis, qualis vestes illum indicant.

35 Qualitas personæ ex signis arguitur, qualis. & nu. 60.

36 Aduocatus, honesto vestimento indui debet

37 Aduocati habitus qualis esse debeat.

38 Color verbum quotupliciter sumitur.

39 Color, dum vestis petitur in libello exprimi debet.

40 Color, quare sic dictus.

41 Colorum species quotuplici numero designentur.

42 Induendi Color iuxta regionis consuetudinem Aduocato conuenit.

43 Lucis medio, perspicua redduntur diaphona.

44 Color quid sit.

45 Omnia fecit Deus, propter bonitatem suam, vt eis honeste potiamur.

46 Terreni aliqui colores, ad aliqua sunt reducti.

47 Colores ex herbis vestibus attinguntur.

48 Colores (impropriè loquendo) interdum ad bonum, aliquando ad prauum sensum accipi possunt.

49 Ignis, verbum, quotupliciter sumatur remissiue.

50 Aduocati siuè patrocinantes more Italico, quonam colorato induantur vestimento.

51 Aduocati Itali quare indumento colore nigro contexto vtantur.

52 Niger color quodnam signum præstet.

53 Clerici ex consuetudine vestimento colorato vtentes, habitum clericalem non amittunt.

54 Clerici vtentes vestibus coloratis, extra consuetudinem, arbitrio iudicis puniri possunt.

55 Aduo-

Digitized by Google

55 *Aduocato virilis conuenit induendi modus.*
56 *Aduocati vestis qualis esse debeat.*
57 *Tunica atq; Toga quotuplex dicatur.*
58 *Regalia insignia quid significent.*
59 *Personæ qualitas ex signis deducitur.*
60 *Habitus nō consideratur circa personam, quando effectus illam demonstrat.*
61 *Habitum votiuum absq; contemptu, & ex humilitate differre potest aduocatus.*

ADEO facundè, sic subtiliter atq; copiosè de Aduocati patrocinio, erudito modo locutus est Spec. *in tit. de Aduoc.* vt profectò mihi labores subtraxerit, atq; sic, ne vt verbum quidem de ipsius Aduocati officio verba facere sese offerat occasio, verum tamen ne sicco pede id, de quo agere ꝓposueram, silentio sic prætermittam, quin etiam de eo ratiocinari animum penitùs abstractum, & imbecillem habere videar; breuiter ideo, & summatim ea quæ ipsi Aduocato, & circa illius officium principaliter necessaria existunt, fideliter præexistentium auctoritatum medio recensebo: neque hoc in opere à me ipso quicquam dicendum putes, quin † illud scribentium tutamine traditum
1 tibi præstem, ne vt inquit Ioseph. Lud. ab Assisio *Decis. Lucens.* 21. *nu.* 23. Cornicis in fabulis Aesopi descriptæ similitudinem habere videar, quæ vt asserit ex relatione Cagnol. *in l.* 2. *num.* 198. *ff. de iust. & iur. ac per text. in c. Apibus prim. quæst.* 1. dum inter aues regni principatum versutè obtinere studeret ab illarum vnaquaq; plumas mutuo accepit, qua de re variis coloribus atque plumis diuersimodè circūdata cæteras pulchritudine antecellere procul dubio

culdubio

Digitized by Google

euldubio videbatur: quo factum fuit, vt cæteræ aues delusionem Cornicis motæ aduersus hanc eandem insurrexerint, plumasque eidem mutuo datas, vna illarum quæque violenter abstraxit, sic itaque vt misella Cornix, derisionis digna fuerit effecta. Sed si quandoque leges aut Doctores non allegabo, ex quo non reperiantur in terminis, rationem adducam naturalem, quæ † quidam motus 2
animi visum mentis acuens, vera à falsis distinguens dicitur, ad differentiam æquitatis, quæ † re- 3
ctitudo est iudicii, naturalem sequens rationem, Bartol. *in cons. 50. incip. sanctissimum. col. 2. libr. 4.* quem refert Sylu. *nupt. in ritu quom. iudic. num. 23.* adducens illud Card. dictum *in c. deniq. 4. distinct.* post alios ibidem allegatos, quæ scilicet ratio naturalis † per se sola est lex. Indeque mox allegato ritu, 4
sub num. 21. habetur, quod vbi † rationem naturalem habemus, quærere legem, est infirmitas intellectus; quod equidem dictum quam plurimis authoritatibus munitum tibi repræsentat. 5

Ab Aduocato igitur exordium capio, & sicut A principium est Alphabeti, & secundum Grammaticos litera dicitur esse; sic igitur principaliter ab Aduocato inchoare duxi, & quem † literis imbutum esse denotat glos. *in l. 2.* & ibi Bald. 6
C. de postul. & Abb. *in rubr. extra. eod. titu.* quos refert Dec. *in c. si scripturam. num 69. de fid. instrum.* hoc pariter innuit Spec. *in § post hoc autem.* Rei Aduocatus, contrariorum † scientiam habere debet, vt principali suo consulere possit, sic attestante Lud. Rom. 7
in singular. 15. num 4.

Verumtamen quamuis literatus esse debeat, non tamen † in arenghando leges & Decreta in 8

 indiui-

indiuiduo dicere cogitur, prout nec titulum, seu Decretum deducere tenetur, sat enim est mentem legis, id est, hoc lex dicit proponere, ad ea quæ tradit Spec. *in §. porro Aduocatus. num. 3. tit. de disputat. & allegat.* quod tamen verum intelligitur, quoties quidquam secundum ius commune allegetur, secus vero quando contrarium & à iure communi exorbitans aliquid proponatur, quoniam eo casu allegranti non esse credendum nisi de relato ostendatur eo loci, hoc idem Spec. adduxit; neque Aduocatus aliquid ex suo sensu, & marte proprio contra veritatem, sed purum scripturæ sensum proponere debet, *c. relatum. 37. distin.* & † rationem, leni, non
9 autem tumultuosa voce factumque proponere debet. *c. duodecim. in fin. 5. quæst. 4.*

Ad hæc faciunt notata per Iodoc. *in sua praxi ciuil. cap. 124. numero 27. & seq.* dum Aduocatum ne-
10 cessario † literatum esse, atque iuris notitiam habe-
11 re debere defendit: Caueat † tamen ne falsas leges aut Doctorum apostillas alleget, quoniam falsi pœnam incidit, de quo quidem dicto differit Bal. *in l. si quis la. 33. ff. ad legem Cornel. de falsi.*

12 Quæ autem Aduocato † spectent, & hunc eundem ornent; tria potissimum esse in iure cautum reperitur, scilicet:

Honestus induendi habitus.

Congrua dicendi oratio: ac deniq;

Fidelis & consilii, & patrocinii præstatio.

Idcirco non minus subtiliter quam vtiliter deduxit Archid. *in cap. non licet. 11. quæst. 1.* Aduoca-
13 tos † videlicet, atque Iudices, in consilio cautos, in patrocinio fideles, & in iudicando iustos esse oportere: horum autem declarationem celeri documento attingamus.

Sed

Sed priusquam ad vestimenti decorem ratiocinium præparemus, quid hoc verbum Habitus importet, operæ precium pręciose existimauimus, cum vti æquiuocum atque analogum verbum multa sub se contineat, maxima † enim ex diuisione innotescit vtilitas, vt significauit Ias. *in rubr. Instit. tit. de action.* & *Galliau. in l. stipulationum quædam. notab. 2. ff. de verbo. obligat.* & Doct. *in l in re coniuncti. ff. de leg. 3.* quam bonam † si facere cupis, tibi abscondita non sint, quæ à Neuiz. *in Sylu. nupt.* facunde traduntur *in rubr. non est nuben. num. 21. libr.* 1. Alias etenim æquiuocum † indistinctum (vt dici solet) ordinem perturbat, & parit confusionem, † quæ communi doctissimorum consensu à disciplinis procul arcenda venit, vt in puncto deduxit Guilhelm. Lapidan. *in sua Dialect. Methodo. Can. 4. diuis. 9.* 14 15 16 17

Ideoque non te lateat hoc † verbum, Habitus, relatiue ad multa proferri, scilicet, quandoque ad 18
animum, aliquando ad corpus, vt plurimum, ad professionem, conuersionem, & probationem, sæpenumero ad reputationem, seu quasi possessionem, interdum ad veram possessionem. Et denique ad indumentum, dupliciter, vel vt ecclesiastice, vel vt sæculariter consideratum; quorum omnium explanationem præsentialiter nostrum intueri non interest, ne à propositione inchoata, recessum parare videamur, solum autem relatiuo modo, circa habitum animi & corporis, vna cum nusquam à me satis laudato, integerrimo atque prudentissimo D. Præside Menochio, *de præsumpti on. quæst. 14. libr. 4. num. 23.* dicas, quod habitus † animi sunt, vt 19

artes siue scientiæ virtutes, sicuti Iustitia, Fortitudo, Temperantia, Prudentia & Scientia, & tunc adiicias quod habitus qualitatis species dicitur esse, quæ in † quatuor partes secatur videlicet: In habitum, & dispositionem: in naturalem potentiam, vel impotétiam: in passionem, seu passibilem qualitatem, & denique in formam ex aliqua figura cõstantem: Sic eruditè in medium attulit Gregor. Reisch. *de prædicam. cap.* 7. Et ideo habitum † ad animum relatum definiendo deduxit, qualitatem esse benè radicatam in subiecto, à quo non nisi difficulter remoueri poterit, vt scientia quæ non remouetur à subiecto nisi grandis fiat permutatio proueniens vel ab ægritudine, vel ab alio huiusmodi & quomodo allegatæ species declarentur ad memoratum Gregorii locum te remitto.

20 (at "se, quæ in † quatuor") · 21 (at "Reisch.")

22 Habitus † verò corporis (iuxta sententiam & distinctionem d. D. Menoch. præcitato loco) sunt quæ crebra exercitatione membrorũ parantur, vt ars currẽdi, equitandi, pondus ferendi, aut etiam robur quęsitũ natandi, cedendi & luctandi peritia, quæ ibidem cùm prudenter, tùm eleganter tradita affert.

23 Iterum dicas, quod & si † habitus corporis vt ars palæstrica, saltatoria, gladiatoria & q̃ per corporis exercitium acquiruntur, non sine tamen animi applicatione esse nõ potest, sic tradit allegat. Lapidan. *in tractat. Dialect. in verbo, habitus, fol. mihi* 64. quo loci habitus animi & corporis infusi, Acquisiti intellectualis, Theorici, Practici, Moralis virtutis & vitii definitiones ordinate ponit.

Sed circa habitum pro reputatione quasi possessionem denotante sumptum, vide quæ scripsit

Alber.

Digitized by Google

Alber. de Rosat. *in suo Dictionario, in verbo, Habiti, id est, reputati.*

Si vero † in instrumento proferatur vt quotidie seruari videmus, sub his verbis scilicet, *ad habendum, tenendum, gaudendum & possidendum*, tunc quando effectualiter intelligitur, id est, quando ad effectualem possessionem refertur, iuxta dispositionem text *in l. nomen filiarum. §. habere. ff. ne quid in loco pub.* eo casu pro veræ, & effectualis possessionis intellectu accipitur, vt dixit Bal. *in addition. ad Spec. versicul. vnde hic dicitur in praeiudicium venditoris. tit. de empt. & vendit.* & de quo verbo sic sumpto concludenter proponendo affirmant Philosophi, scilicet † à priuatione ad habitum non dari regressus, quod quidem ad punctum innuit legislator *in text. incip. manumissiones. ff. de iust. & iur. ac in l. decem. ff. de verb. obligat.* quoniam secus hoc † verbũ, *Habeo,* ex necessitate dominium non importat ad ea quæ notat Bart. *in l. 1. §. potestatis. ff. de pecul.* 24 25 26

Et quotupliciter † idem verbum *Habeo* accipiatur tibi occurrant relata per d. Albert. *in Dictionario, de quo supra in verbo, Habere quis dicatur.* 27

At demum quando † pro indumento, id est, vestimento vt ad rem nostram circa aduocationem necessario accipitur, tunc in numero prædicamentorum habitum esse prospicimus, quo casu est habitus corporum & eorum quæ circa corpus sunt adiacentia, id est, habitus, est respectus in corpore habituato ex adiacentia habitus causatus, ad quorum essentiã videas ea quæ ex doctrina antedicti Gregor. *loco de quo supra c. 14.* prudenter colliguntur. 28

Sed ecce dum circa habitum seu Aduocati indumentum eloquium dirigere festino, titubantẽ

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

 atque

Digitized by Google

29 atque dicentem audio, Habitum † ſcilicet non facere monachum *ex* §.1. *Auth. de monach. & ex Clem. prima. vbi Card. de ſtat. monach* hinc autem eſſe quod ſumma prudentia conſuluerit Felin. Sand. Habitũ
30 † nouitiorum deferentem extra clauſtrum, quantocunq; tempore, ob id profeſſionem non inducere, vt diffuſius colligitur *ex ſuo conſilio* 29. quoniã
31 reſpondeo veridicum eſſe, non † habitum ſed vitam & mores ſacerdotem facere vt habetur *ex c.* 1.
32 40. *diſtinct.* non tamen inficiari poteſt, quin † mores, inceſſus & habitus concomitentur. *c. at clerici. de vit. & honeſt. cler.* ac ex aliis optime congeſtis à Dec.
33 *in c. cum in cunctis. num* 8. *de elect.* incompoſitio † enim corporis, qualitatem mentis indicat. § *fin.* 41. *diſtin.* idem colligitur ex ſacr. Concil. Trident. *ſeſſ.* 14. *ca.* 6. *in princip. iuncto Spec. in* §. 2. *tit. de Aduoc.* quo loci non ab re hos tradit verſus, videlicet:

Vir bene veſtitus, pro veſtibus eſſe peritus,
Creditur à mille, quamuis idiota ſit ille:
Si careat veſte, nec ſit veſtitus honeſte,
Nullius eſt laudis, quamuis ſciat omne quod audis.

Quos pariter refert Ioan. de Montaigne, *in tra.*
34 *de Author. magni conſil. ſub nu.* 150. enarratq; Luc. de Pen. *in l.* 2. *C. de veſtib. oleb. libr.* 11. talis enim † præſumitur qualis veſtes illum indicant, text⁹ eſt ad hoc ſingulariter allegatus. *in l. item apud Labeonem.* § *ſi quis virginem.* & ibi Alex. *ff de iniur.* Abb. *in c. ſi vero. el ſecundo. de ſentent. excommunic.* ad id facit, quod habetur *in c. ex parte. de priuileg in* 6. & Puteus *circa hoc in cap.* 1. *verſic. matri. in tract. de Syndic.* ad quorum confirmationem dixit Bald. *in c. cauſam matrimonii.* quem i-
35 bidem ſequitur Dec. *num.* 5. *de probat.* quod ſcilicet ex ſignis † perſonæ qualitas arguitur, nã Stigmata mili-

militem, Habitus clericum, Stola sacerdotem, & Cuculla monachum ostendit. Habitu † igitur ho- 36
nesto Aduocatus se induere debet, quod ex Spec. *in d.tit.de Aduoc. in rubr.* quales vestes debent habere Aduocati desumitur, dum eo loci salubriter affert Aduocatum ad iudicis conspectum nisi in habitu ornato accedere minime debere per text. *in c. penult. in fin. 24. distinct. & in c sine ornatu. 21. quæst. 4.* Ideoque optime dixit, quem iudex magis ornatum inspiciet, maioris existimabit esse authoritatis, & ei assurget salutatione delata, dicens ei apud me in nobiliori sedeas parte, illumq; p̄ aliis honorabit.

Breuiterque igitur habitum † Aduocato con- 37
uenientem ad tria principaliter reduxit, videlicet:

Ad vnici coloris absque mixtione texturam.

Ad congruam Togæ breuitatem, vel longitudinem. Et demum ad regionis formam atque stylum. Primum desumit à *c. fin. 20. quæst. prima.* Secundum à *tit. de vit. & honest. cler.* Tertium & vltimum à *c. quisquis. 41. distinct. ac ab aliis per eum congestis.* Et ad primum redeundo, maximæ vtilitatis medio, sciendum est, quod ex allegato Alberic. *in Dictionar.* hoc
verbum † *Color* vario accipitur modo, id est, Quan- 38
doq; vti ad ius relatū ex text. *in l. fallaciter. ff. de abolit.*

Aliquando pro verborū venustate, ex quo illud scilicet, Rhetorici colores, *& ex l. 2. ff. de inoffic. testa.*

Interdum pro colore quæsito, in sinistrum tamen sensum interpretato. de quo in *c cupientes. §. veterum. de elect in 6.* & de quo pariter idem Alberic. *in l mulier. ff. de donat. int. vir. & vxor.*

Sæpenumero ꝓ fictione, sicut de colorata donatione de qua *in l. Publ ff. eod tit. & in l. vlt. in princ. C. mād.*

Et deniq; hucusq; vti ad vestimentum reporta-

Digitized by Google

tum, & sub cuius vestimenti nomine illud omne quo induimur continetur *c. vlt. 21. quæst. 1. l. si cui. §. vim. ff. de leg.* 3. & quod de necessitate † color dum
39 vestis petitur libellando exprimi debet, textum habemus *in l. rem actio. ff. de rei vendicat.* & de quo i-
40 gitur vltimo nunc agimus. Sic † autem color dictus quasi calor, quia à calore ignis vel solis perficitur, vel quia in initio colebantur Colores: vt dixit Luc. de Pen. *in l. 3. §. in princip. d. tit. de vestib. Oleb. Cod. libr.* 11.

Sed cuiusnam coloris Aduocato vestimentum
41 erit necessarium? siquidem colorum † species numero designantur, septem enim sunt ex sententia Margar Philosoph. *titu. de potent. animæ sensit. capit.* 8. *in fin. libr.* 10 *tract.* 1. *scilicet:*

ALBVS,
FLAVVS,
CROCEVS,
RVBEVS,
PVRPVREVS,
VIRIDIS, &
NIGER, ad quos cæteri reduci debent secundum naturæ participationem.

At iuxta Aristot. sententiam *de sensu, & sens.* nec non & Cardinal. *in Clem.* 1. *de stat. Monach.* principales Colores, numero, quatuor reperiuntur esse: videlicet,

ALBVS,
NIGER,
CITRINVS, &
RVBEVS.

Horum autem nonnulli, cum separatim, tum mixtim inueniuntur: Idcirco responsum dare conue-

conueniens eſt, quod induendi † color, iuxta regionis conſuetudinem Aduocato ſiue Patrocinanti conueniat, & ſic primum hoc à Specul. caput inductum: tertium, & vltimum ſuperius relatum amplecti videtur. 42

Sed magnus quidem apparatus, quæſtio valde dubitabilis conflictuſque admirabilis neu hic ſeſe offerunt, quoniam ſi benè proſpiciantur ea quæ circa colores ſcripſerunt nonnulli dùm colorem nigrum in ſiniſtrum ſenſum recipi affirmant.

Id quidem vt plurimum in malam partem adductum, & interpretatum eſſe proſpicimus, quam tamen interpretationem, ſic in medium deductam, & in ſiniſtrum ſenſum metaphoricè prolatam, impropriè accipere debemus, & hoc à natura eorum quæ D. O. M. creauit, probatum dilucidè tibi affero, & quæ à viſione, & à luce robur deſumũt, cuiuſque lucis † medio, perſpicua redduntur 43
diaphona, hæc nãq; & perſpicua, & opaca, colorata facit. Huius aũt intellectus, ex coloris definitione & generatione fit planior. Color † autem ſecun- 44
dum allegat. Margarit. *cap. 8. in princip. de potent. ani. ſenſit.* ſic definitur, videlicet: Color eſt extremitas corporis perſpicui in corpore terminato, id eſt, Color eſt qualitas in extremitate corporis terminati ſiue opaci, quæ perſpicuum tangit, ita tamen, vt Color quoad eſſentiam, non autẽ ad extremitatem perſpicui per inhærentiam, ſed per qualitatiuam contingentiam, referri intelligatur prout Philoſophicè demonſtrando hoc idem eò loci manifeſtatur.

Nonne igitur ea quæ ex Omnipotentis Dei manu per creationem data ſunt nedum valdè bona,

ſed imò optima exiſtunt? inſanus herclè is dicen-
45 dus eſſet, qui negatiuam partem tenere ſtuderet: Deus † itaque propter ſe, id eſt, bonitatem ſuam, omnia fecit, vt eis honeſte potiamur *ex lib. Prouerb. c.*
46 *16.* & vt dicit Card. *in Clem. exiui. §. quamuis. de verb. ſignificat.* ex terra † igitur hi producuntur colores particulariter ad infraſcripta redacti, videlicet:

Viridis color ad herbas, vnde Cicero de ſenectute. Terræ ſemen tepefactum vapore, & complexu ſuo diffundit, & elicit herbeſcentem ex eo viriditatem.

Rubeus ad Cynorrhodon, rubentis Lilij florem, de quo Plin. *lib. 21. cap. 5.*

Niger ad muris, & ouis nigræ colorem. Quare Virgil. *libr. 4. Georgic.* & nigram mactabis ouem: hinc pariter vua nigerrima ſecundum Catullum *Epigram. 17. ad Coloniam.*

Albus, id eſt, candidus, quoniam inter ſe ſimpliciter ſumpti differunt: Albus itaque color, pallori coniunctus eſſe videtur; quale eſt plumbum; Candidus verò ſplendori, qualis in niue dignoſcitur, vt aſſerit Calepin. *in ſuo Dictionar.* Candidus ideo color ad Lilia, Niuem, & Gelſeminos.

Croceus, de quo Virgil. *Aeneid. libr. 1.* & circũtextum Croceo velamen acantho, qui etiam Citrinus vocatur, à Citri ſimilitudine, vt Plin. *libr. 19. cap. 5.* & hic ad domeſticas violas.

Incarnatus, id eſt, Heluus color, inter ruffum, & album medius, de quo Varro *lib. 1. de Re ruſtica. cap. 5.* hic ad Roſas.

Purpureus autem, quem Cremeſinum vocat Plin. *libr. 10 cap. 32.* & de quo pariter idem Plin. *lib. 1. cap. 36.* & Virgil. Aeneid. *lib. 11.* ſcilicet, Purpureus quoni-

quoniam color ora relinquit, hic ad Hiacynthos. Flauus autem color ſic dictus, quaſi color auri, mellis & ariſtarum, cùm iam maturuerunt. Hinc flaua mella? ſic Martial. *libr.* 1. flauaque de rubro promere mella cado, hinc flauus crinis. Virgil. *li.* 4. *Aeneid.* nondum illi flauum Proſerpia vertice crinem abſtulerat, & hinc flaui capilli. Ouid. *libr.* 2. *faſtor.* niueuſque color flauique capilli; & hic ad hæderarum flores, & ſic de ſimilibus, ac alijs quorum infinitum eſſet memorari, de quibus tamen nos viſiua docet experientia.

Ne igitur (inquam,) colores, tam ſimpliciter quàm mixtim diſtinctos ac à natura productos ad
ſiniſtrum ſenſum trahere liceat, ſiquidem † ex her- 47
bis colores veſtibus attingantur, teſte allegato Plin. *de hiſtor. natur. cap.* 2 *libr.* 22.

Hoc tamen quidem fateor, colores † metapho- 48
ricè atque translatiuè, & impropriè loquendo, quandoque in bonum, quandoque verò in prauũ ſenſum accipi poſſe, quod videmus in Albo colore per metaphoram ſumpto, vt is ad bonum inducatur, ad malum autem niger dirigatur. Hinc dixit Perſ. ſint omnia protinus Alba. Horat. verò,

Hic niger eſt, hunc tu Romane caueto.

Diem ſiquidem boni ſucceſſus, lapide albo, mali verò ſucceſſus diem, nigro lapide numerabant antiqui. Vnde allegatus Perſ. quem refert Azo *in Sũ. C. ſub rubr. de erro. calcul.* ſic ſcribẽdo ꝓtulit, videlicet,

Hunc Macrine diem, numera meliore lapillo.

Hoc enim clarè in ſcribendo colligitur, atramento ſiquidem nigro, vt plurimum ſcriptura cõficitur, quæ quãdoq; ad bonum, & pluries ad malũ dictatur, nigrũ tamẽ dicitur eſſe atramentũ: ſicq; ſigillatim

ſigillatim de alijs coloribus dicendum foret, pro-
utq; ad translationem deductum videtur id, quod
Fuluius Mantuanus authoritatibus confirmatum
tradidit: quoniam ſi verſa vice, colores ad bonum
ſenſum reducamus, vtiq; per eundem explanata
attendi non debent: ideò præter authoritatum cõ-
firmationem & ex vulgi opinione Album colo-
rem, ſimplicitatem, & cordis puritatem denotare
videmus: Viridem autem, ſpem reportare, hoc ab
omnibus prædicatur: Sed rubeus ad diuini amoris
flammam vt plurimum relatus ex profeſſo decla-
ratur: & ideò ignis dicitur internæ deuotionis,
ca. cum ſcriptura 1. quæſt. 1. & quotupliciter hoc ver-
49 bum † ignis ſumatur, vide Luc. de Pen. *in l. 1. C. de fa-
bricen. libr.* 11.

Vnde, cùm per ſenſuum variorum tranſmutatio-
nem, diuerſi attribuantur ſignificatus; nimirum
igitur ſi ex conſuetudine habitus coloratus deferri
debet.

50 De more † autem totius Italiæ, & præcipuè in
Gallia Ciſalpina, veſte ex colore nigro contexta v-
51 tuntur Aduocati; & hac † præcipua ratione, iudi-
cio meo tutiſſima: quia ſicuti niger color variari
non poteſt, prout eadem variatio in cæteris colo-
ribus adeſſe vel abeſſe contingat, ſic etiam ideò il-
lorum mentem firmam, immutabilem, nec à re-
cto ſenſu variabilem effici poſſe, omnibus patefa-
ciunt, ita vt Iuſtitiæ fundamenta præ ſe ferentes, per
petuò animum immobilem, & iniquo procella-
rum impetu inconcuſſum optimè demonſtrent.

Hoc idem ſignificauit Pierius Valerian. *in ſua
Hieroglyphica, ſub demonſtratione de Columba. libr.* 12

circa.

circa medium dicens ſcilicet:Niger † color firmi- 52
tatis & perſeuerantiæ ſignum : colores enim (inquit)alij ex vno in alium tranſeunt,obſcuriorîſque corporis admiſtione denſi ores fiunt:ſed vbi ad nigrorem peruentum eſt: ibi conſiſtitur:hæc ille.Hic autem color hodierna die adeò magnificatus reperitur , vt non ſolum Notarii , Cauſidici,Aduocati, ſed & Religioſi , Principes, atque Reges eodem ſe induendo vtantur,prætermiſſis tamen ijs religioſis qui ex inſtituto ſeu regula , quæ ex Spiritus Sancti inſufflatione cuique religioni particulariter, eſt demandata habitum deferunt: habitu etenim nonnulli albo ſimpliciter: alij nigro ſimpliciter:alij colore diuiſim tamen mixto,& alij iuxta illorum regulā induuntur.Sed profectò adPræsbyteros,Religioſoſque ſacerdotes id refertur , quorum habitus ad colorem nigrum tendens,& maximè hac in regione ab eis deferri ſolet , nec non & colorato habitu pro nunc omiſſo , quo Eccleſiaſticæ perſonæ ac in dignitate conſtitutæ vtuntur.

Quare vt ad rem de qua agimus , Principaliter reuertamur , non immeritò veſtimentum coloratum ex conſuetudine loci cuique ſecundum qualitatem competere attulit Spec. & ſic † vtente veſte 53
rubea vel viridi clerico, ex conſuetudine patriæ, vt Cataloniæ ſeruatur,non ob id habitum clericalem eundem amittere dicendum erit ad ea quæ tradit Ioan de Turre Cremata *in clem. fin. §. fin d. tit. de vit. & honeſt. cleric.* aliàs † Iudicis arbitrio , clerici veſti- 54
bus coloratis vtentes puniri poſſunt. D.Menoch. *de arbitr. iud caſ. 392. n. 22. lib. 2. centur. 4.*

Hoc illud tamen animaduertēdum eſt, quod ex ſupra relatis, honeſtus induendi Aduocato Patrocinan-

cinantiuè conuenit habitus, tã respectu qualitatis, quæ ratione texturæ construitur, quàm etiam circa formam: vestimentorum etenim alia virilia, alia puerilia, alia muliebria, & alia cõmunia esse dicuntur, de quibus agit text. *in l. vestis. ff. de aur. & arg. leg.*
55 Aduocato † autem virilis conuenit induendi
56 modus, proutq; † nec nimis longa, nec nimis breui veste, Tunica siue Toga vti debet, ad ea quæ recitantur in sępius allegato *tit de vit. & honest. cler.* sicuti nec nimis sordida, nimisuè preciosa veste, sed ad medium, & potius ad vtilitatem, quàm ad pompam tendente est vtendus, *c. 1. & 2. 41. distinct.* & de quo recitato fit mentio *in l. vnica. & ibi glos. in verbo. clamis. C. nulli licere in fræn. libr.* 11. & de habitu clericali cautũ reperitur. *in c. clerici. sæpius recitato tit. de vit. & honest. cleric. de monachali* verò *in clem.* 2. & ibi Card. *q. 2. eod. tit.* ex quibus vtrumque habitum Talarem esse debere colligitur, quibusq; adijcitur text. *in c. pen. 23 distinct. & glos. in §. dignitatem. d. clem.* 2. Sed de Sacerdotali habitu, copiosè loquitur diu. Hieron. *in Epistola ad Fab. olam:* & de Sacerdotum qualitatibus exuberanter disserit Luc. de Pen. *in le. vnica. C. de pericul. success. parent. libr.* 10.

Concludamus ergo, atque dicamus, quod cõsuetudinarius habitus seruandus est & præcipuè ab Aduocato siue Patrocinante qui tunicam seu Togam ac indumentum iuxta ritum, & consuetudinem deferre debet & quæ † Tunica seu Toga se-
57 cundum Luc. de Pen *c. de vestib. Oleber. libr.* 11. multiplex dicitur esse, videlicet:

AVT TALARIS,
AVT MANICATA,
AVT PECTORALIS,

AVT

Avt Locvlata,
Avt Rosata,
Avt Coccinea,
Avt Serica.

Aut Bombicina &c. & successiuè vestes vti signa aliquem præsumptiuè demonstrare: ideò dixit Idem Luc. de Pen. *in l. 4 tit. mox allegato.* Regem scilicet signatũ esse, id est, signa habere debere, q̃ sũt

Pvrpvra,
Fibvla avrea,
Sceptrvm, & Diadema.

Vel ex doctrina Hugõ. *li. 2. de Sacra.* sex sunt insignia quib. Excellentia Regalis ordinis ostenditur, scil. Sacramentum † iustum figuratur: puta Annulus, per quem designatur fides. Armillia per quã bona operatio. Sceptrum, quo Iustitia. Gladius, quo vindicta. Purpura, per quam Reuerentia. Et Diadema per quod designatur in Rege gloria, ad cuius propositionis adiumentum deduxit idem Luc. de Pen. *in leg. 3. titul. de fabricen. libr. eod.* quod Proconsul per signa consularia, & ex pallio Archiepiscopus cognoscuntur, per habitum seruus à liberto dignoscitur, per eundem ancilla à libera, & meretrix à matrona distinguuntur. At † si ab effectu quisquam non ab habitu cognoscatur, tũc monachum habitus non facit, neq; eo casu de habitu curandum est, vt ex doctrina Diu. Hierony. *in Epist. ad Sabinam. sic deducentis* colligitur, scilicet, nihil ꝓdest iube palliolum, alijs fusca tunica corporis illuuies, & simulata paupertas si nominis dignitatem operibus destituant.

58

59

Si autem † ex humilitate, voto, vel corporis necessitate, habitum defert Aduocatus, Patrocinãsue 60

vtique

vtique poteſt, nec ob id contemnendus: ad ea quæ tradit Spec. *d. tit. de Aduoc.* §. *ſequitur videre. in fine.* ad quem circa reliqua recurſum pro voluntatis libito habere poteris.

Artis Oratoriæ Aduocato neceſſarium exercitium, à Genere demonſtratiuo, vno exorandi modo Rhetoricè patefacto, & ex Philoſophica demonſtratione deſumpto, ſumma cum breuitate manifeſtatur.

CAPVT IV.

SVMMARIA.

1 *Rhetorica Oratio, Aduocato eſt neceſſaria.*
2 *Oratoris officium quodnam ſit.*
3 *Orandi modus, ſuper triplici genere conſtituitur.*
4 *Demonſtratiuum genus, quemnam Orando effectum producere debeat.*
5 *Iudiciale genus quidnam requirat.*
6 *Deliberatiuum genus quid præ ſe ferat.*
7 *Orator quænam obſeruare debeat.*
8 *Orationem expolitam quænam reddant.*
9 *Generis demonſtratiui partes, quid reſpiciant.*
10 *Aduocatus inter cætera, quid euitare debeat.*
11 *Laudatio nimia immoderataq; vituperatio procul arcenda.*
12 *Blanditias, & adulationem prorſus euitare debet Aduocatus.*
13 *Demonſtrationis ex genere vituperium non prohibetur.*
14 *Demonſtratiuum genus à parte meliori laudatiuum dicitur.*
15 *Proteſtatio ab Aduocato præmittenda.*

16 *Proue-*

Digitized by Google

16 *Prouocatus non respondens famam suam denigrare videtur.*
17 *Honor sibi ipsi optatus, alteri impendendus est.*
18 *Bonorum genera, circa narrationem, seu aliquorum factorum, aut gestorum expositionem, quotuplicia sint.*
19 *Externa bonorum genera, quænam dicantur.*
20 *Animi bona quæ sint.*
21 *Corporis bona declarantur.*
22 *Orandi partes propriæ, in quo consistant.*

Mirifico quidem ordine, proficuo herclè documento, saluberrima tandem demonstratione, Rhetorico modo, Aduocati partes orando, patefecit Spec. *sub tit. de Aduoc. in* §. *nunc. & sub rubr. de exord. & arengh Aduoc.* ne vtiq; dicendum quidquam prætermiserit: is enim orationis Rhetoricæ partium optimus fuit cognitor, dum etenim Oratoris officium Aduocato necessarium esse defendit.

Et quæ † Aduocato necessaria est secundum 1
Luc. de Pen. *in l. 1. C. de stud. liberal. libr. 11. col. 3.* Etiam Lancellot. Politus *in tract. de offi. aduo. in rubr. penult.* quos refert Neuizan. *in Sylu. nupt. in ritu quomodo iudic num. 41. vltra medium libr. 5.* Cuius † etenim Ora- 2
toris (inquam) officium est de his rebus posse apposite dicere, quæ in quæstionibus sic ciuilibus, secundum mores, & instituta patriæ comprobantur, an scilicet turpe aliquid, an laudabile, vtile, vel honestum, æquum, vel iniquum sit: Et ideo ipsi Aduocato siue Patrocinandi, ratiocinandi atq; orandi modum super † triplici genere firmatum consti- 3
tuit, sub genere scilicet Demonstratiuo, † per quod 4

 Orator

Orator audienti delectationem præponit; atque
5 Iudiciali in quo † Orator sæuitiam, aut clementi-
6 am Iudicis perquirit; & denique sub genere † Deliberatiuo, in quo Orator spem aut reformidationem liberantis prætendit.

7 Hæc namque ab † Oratore sunt obseruanda, vt Procemietur, scilicet,

NARRET APERTE,
PVGNET ACRITER,
COLLIGAT FORTITER,
ORNET EXCELSE,
PRONVNCIET LVCIDE,
TENEAT FIXE,

Postremo doceat, delectet atque afficiat: in his autem oratorium munus expletur, vt inquit Gregor. Reisch. *de part. Orat. cap. 1. tract. 1. lib. 3.*

8 Nec pariter † ea quæ orationem reddunt expolitam omisit, & quæ sunt hæc, videlicet:

INVENTIO,
DISPOSITIO,
ELOCVTIO,
PRONVNCIATIO, &
MEMORIA.

Quorum primæ tres arte & præceptione percipiuntur; postremæ duæ partim à natura contributæ, partim exercitatione, & assiduo vsu comparari possunt: hæc autem singulatim ex d. Spec. prospiciamus.

A Genere demonstratiuo itaque exordium ca-
9 piamus, cuius † partes laudem vel alicuius personę vituperationem respiciunt. Idcirco dixit Spec. *in* §.
10 *Iam nunc dicam. in principio*. abstinendum † esse ab Aduocato, ne scilicet, quidquam contra partis Ad-

uersæ

uersæ Aduocatum proferat, sed eum benigne tractet (nisi tamen alter eundem ad aliqua minus decenter prorumpat,) quo casu, honesto quidem modo indecenter contra eum deductis ad respondendum admittitur, & cum eius dictis responsurus erit, eum commendet superficialiter, & non 11
nimis: Vnde ex glossa eo loci cauetur, quod † reprehensibilis est nimia laudatio, sicut immoderata vituperatio, illa quidem adulatione, hæc autem malignitate suspecta est, idem confirmatur *in Auth. quib. mod. nat. effic. sui. circa medium Constitut. col. 7.*
dum ibidem dicitur, à blanditiis † abstinere Philosophicum est temperamentum, & sic adulationibus vacare reprehensionis dignum iudicauit, Idem Spec. *in §. hic dicendum. versic. Aduocatus igitur actoris*. ex dispositione iuris ab eo tradita: non tamen † prohibitum dicitur vituperium, ex demonstrationis genere, quod ad laudandos claros viros, & improbos vituperandos suscipitur, & in quo magis quam cæteris in virtutum vitiorumuè cognitione oratio versatur atque consumitur; hoc igitur in narrandis exponendisque factis & rebus gestis, bonis aut malis, inquit dictus Reisch. *allegato tract. 1. lib. 3. capit. 2.* 12 13

Quo fit vt etiam Demonstratiuum genus † laudatiuum dicatur à parte meliori, quia laudare honestius est, quam vituperare: Sicq; igitur hortatus est Spec. *in d. §. iam nunc videndum. in princip.* Aduocatum vnum, alterum commendare, non autem vituperare, ꝓtestatione † præmissa non quidq̃ animo iniuriãdi, sed iuris sui causa conseruãdi se dictutum, ꝙ tamen intelligas verum vbi nõ ꝓuocetur, quoniam eodẽ † ꝓuocato non respondente, is fa- 14 15 16

Digitized by Google

mam suam diminuere pareretur, & à limine iudicii excludendus esset *ex c. in loco. 5. quæst. 4. cum reliquis ab eo ibidem congestis, in versic. hoc tamen caueat, sæpius memorato tit. de Aduoc.* à quo quidem titulo nisi specificè allegando Spec discedere intendo eo præcipue, quia circa Aduocati officium nostrum est ratiocinari, & vbi aliquando digressus erit noster, tunc eundem sub alio Tit. specialiter denotabimus. Et quod magis (vt ad rem nostram redeamus) in se capiat honestatis laus, quam vituperi-
17 um, notum tibi sit illud Honorem † scilicet quem tibi fieri cupis alteri impendas, sic colligitur *ex c. qui scit se. 2. quæst 6* quod idem refert Spec. *in d. §. iam nunc dicendum. num. 5.* motus etiam illo vulgari dicto scilicet *Honor di bocca assai vale, è poco costa.* & si alia lingua externa, id ibidem proferatur, textum adducens *in l. si chorus. ff de legat 3.*

18 Sed quia † in narrandis, & seu alicuius factis, rebus, gestis bonis, aut malis exponendis, tria considerantur bonorum genera Externa,

ANIMI, &

CORPORIS.

19 Externa, † quæ sunt,

GENVS,

GLORIA &

AMICITIÆ, quibus fortunæ, & facultates enumerantur.

20 Animi † quæ sunt virtutes morales, vt

PRVDENTIA,

FORTITVDO,

IVSTITIA,

TEMPERANTIA,

LIBERALITAS, &c.

Corpo-

Digitized by Google

Corporis, quæ † sunt, 21

Vires,

Agilitas,

Valetudo,

Pulchritudo, &c.

Horum ideo omnium cognitionem prætermitto, quoniam Aduocati partes † orando propriæ 22 sunt causam proponere, & rei essentiam specifice solummodo explanare, præmissa breui aliquali, & vtili præfatione, ne quodammodo illotis manibus ad mensam peruenire videatur, vt in terminis affert Spec. *in § . nunc de exordiis. versic. deinde accedat ad negocium principale*, Idcirco ad ea, quæ iudicialem complectuntur orationem me accingo, & quænam illius partes esse debeant breuiter declarabo.

Iudicialis Rhetorici generis ab Aduocato diligenter seruandi partes panduntur, nonnullaque Iudici in eodem genere necessaria salubriter explicantur.

CAPVT. V.

Svmmaria.

1 *Iudiciale genus quid complectatur.*

2 *Accusator patrocinans, quemnam ordinem seruare debeat.*

3 *Reus defendens patrocinando, quænam sit obseruaturus.*

4 *Accusatoris propositio qualis esse debeat.*

5 *Orandi modus ex doctrina Gregor. Reisch. demõstratur.*

6 *Audaciam quænam generent.*

7 *Actoris Aduocati primo proponere interest.*

32 *Aduo-*

Digitized by Google

32 *Aduocato verboso Iudex silentium imponere potest, & quomodo inobediens puniatur, & quomodo id intelligatur.*

33 *Sermo breuis, interdum æquiuocos audientes reddit.*

34 *Breuitati sic est studendum, vt nullum prorsus intelligentiæ afferatur damnum.*

35 *Firmamenta ad fidem posita, qualiter sint custodienda.*

36 *Firmamenta, per orationes ad misericordiam conferenda quotupliciter fieri possint.*

37 *Aduocati aduersarii, omne contrarium quomodo dissoluatur.*

38 *Contraria ab actore proposita, in iure qualiter solui possint.*

39 *Conclusio Aduocatorum contrariorum quænam esse debeat.*

40 *Iudicis commendatio & aggressio qualis esse debeat, remissiue.*

41 *Aduocatus, cum suo aduersario, quomodo se gerere debeat, remissiue.*

42 *Repetitio, quando reprobanda.*

43 *Plenitudo non indiget adiectione.*

Genvs igitur † iudiciale ex doctrina Grego. Reisch *de part. Orat. Rhetorica. cap. 3. libr. 3. tractat. 1.* inter omnia difficilimum est, quoniam iuris scientiam, & humanarum rerum experientiam magnitudine sua complectitur; contractusq; quos accusator, & reus late, diffuseque narrant, confirmant, confutant, atque concludunt, continet, & ibidem prosequendo vt infra sic differit. 1

Accusator † autem eum seruabit ordinem, vt 2

singula argumenta, quasi h ſt collata in manu, vehementer proponat; conclud taciter; confirmet tabulis, decretis & teſtimoniis; & iratum efficiat iudicem.

3 Reo autem † omnia ſecus facienda; ſumenda enim ſunt principia ad beneuolentiam conciliandã, narrationes autem amputandæ quæ lædunt.

Firmamenta ad fidem poſita, aut per ſe diluenda, aut obſeruanda, aut digreſſionibus eluenda, per orationes autem ad miſericordiam conferenda.

4 Vehemens † igitur accuſatoris Aduocati debet eſſe propoſitio, non geſtu inordinato, nec abſterſa facie, crinibus poſt aures reformatis, naribus & gutture crebro purgatis, manibus ſpeculatis, propriis circumſpectis indumentis, aliquando oculis trans cœlum eleuatis, ſtatimq; demiſſo, crebris emiſſis ſuſpiriis, fronte rugata, compreſſis labiis, maxillis manibus affixis, ne tandem maxima proferre, cogitare, vel meditari ſimulando, contra eum deducatur illud, ſcilicet: Parturient montes, & naſcetur ridiculus mus, vt cauetur ex Spec. *in §. nunc de exordiis & arrenghis aduocatorum. verſi. ante omnia,* vnde ibidem proſequitur Spec. *in verſi. modus ag tur in pronunciatione.* Aduocatum, corporis moderamen, & linguæ motum præ ſe ferre debere, vt verba non ſint inflata, vel eleuata, vel in faucibus pendentia, nec vocis immanitate reſonantia, nec aſpera, frendentibus, vel hiantibus labiis prolata; ſed preſſim & æqualiter, leniter & clarè pronunciata; nec oſtentationis cauſa frangatur oratio; ſed pro locis, rebus & cauſis, ac temporibus oratio eſt diſpenſanda; nam alia (inquit) ſimplicitate

tate narranda ſunt; alia authoritate ſuadenda; alia
indignatione depromenda; alia verò miſeratione
flectenda; vt ſic etiā vox & oratio, ſemper ſuæ cauſæ
conueniant. Qui de re docibili monitione præ-
allegatus Reiſch. *d. tit. de part. Orat. Rhetor. cap. 22.* iſt-
hæc retulit, videlicet: In primis † maximè oris no- 5
ſtri vitia emendenda ſunt; Vt lingua & ore magis,
quàm labijs, & dentibus loquamur apto & leui la-
biorum motu: non profuſis, diſtentis, proiectiſq;
rictibus, vel inflatis, & frēdentibus faucibus: Neq;
hiante, vel anhelante Spiritu: nec immanitate vo-
cis, aut tortura labiorum cum ſibilo, & ſtridore dē-
tium. Labia etiam lambere aut mordere, pueriles
ineptiæ ſunt. Supino nimis, aut eleuato vultu, vel
defixis in terram oculis: nec inclinata ceruice, &
demiſſis ſupercilijs pronunciandum eſt. Eradenda
autem prout ſermo depoſcit verecundia, & ema-
ſculanda frons eſt: ſic enim vox, & geſtus ſuæ ſem-
per cauſę conuenire videbuntur: ipſa quoque ora-
tio à pronunciante, ſanguinem, & vitam accipere
comprobatur. Cùm itaque orationem inuentam,
atque vt pręmiſſis ornatam pronunciare volueri-
mus; principio depreſſa voce (quę tamen poſſit
audiri) dicemus, ne lędantur arterię, ſi antequam
vox benè permulſa eſt, acri clamore compleantur.

Conueniet autem in progreſſu longis interual-
lis vti, his enim ſpiritus, & vox recreatur. Paulatim
autem, & ſenſim Spiritum animumque intendere
debemus: deinde in narratione vocem eleuabi-
mus mediocriter: In diuiſione augemus, continuū
clamorē omittētes. Aliquādò tamen cōmutationes
gratę ſunt auditori, & vocem conſeruant: vitare et-
iam oportet voces acutas, & exclamationes nimis

 attenua-

attenuatas: in clamore etiam ea vox vitanda est, quæ illiberale quiddam habeat,&ad muliebris potius vocis orationem quàm ad ciuilem dignitatem dicendo accommodata sit: Cum verò sermo in dignitate est, plenis faucibus sedatissima & depressissima voce vti conueniet: si autem in Demonstratione sermo est voce paululum attenuata, crebris interuallis, & diuisionibus vti oportebit, vt ipsa pronunciatione, eas quas demonstramus res inserere animo auditoris videamur. Cum autem in narratione fuerit sermo, vocum varietate opus est, in quo quodq; gestum, si ita narrari videatur, factum celerius inde dicemus; Exinde modo acriter, tunc celeriter, mœste, hilariter in omnesque partes nos commutabimus; si quæ inciderint in narratione dicta, rogata, vel responsa diligenter animaduertamus, vt omnium personarum sensus atque animos exprimamus. Sin erit sermo in locatione, leuiter, tremebunda voce, cum parua significatione risus, sine vlla suspicione nimiæ cachinnationis nobis agendum est. Cum autem contendere oportebit; vocem iungere & torquere sonum, & celeriter, clamore verba conficere nos decebit, vt vim quandam orationis vociferatio habere possit. In clamationibus autem, clarissima voce, & longo spacio vtemur. In cohortatione voce attenuatissima, leui sono, & æquabili, & commutationibus crebris vtendum est. In conquestione, voce depressa, inclinata sono, crebro spacio, longo interuallo, magnis pronunciationibus oratio pronuncianda est, non autem tantum oris vitia, sed & corporis quoque euitanda sunt. Quæ sunt hæc, videlicet, in vultu pudor & acrimonia, & in gestu venustas, ne aut

histriones,

histriones aut viles operarij esse videamur: Cum igitur sermo in dignitate est, stante in vestigio leui, dextrè motu loqui oportebit, hilaritate, tristitia, mediocritate, à grauitate vultus ad sermonis sententias accommodata: si autem in Demonstratione sermo erit, paululum corpus à ceruice demittamus: si in narratione, vultus quandam significari decebit hilaritatem: si verò contendimus, brachio celeri, mobili vultu, acri aspectu vtemur; Idem applausione pedis dextri, proiectione brachii, acri & defixo aspectu vti oportebit: In questione, fæmineo plangore & conturbato vultu: In cohortatione, tardiori oratione, ac miserabili, & humili gestu vtendum est. Hæc quantum in animo auditoris efficiant, luce clarius patet, nec ab Euangelizantibus neglectui dãda sunt, si diui Augustini institutiones, quas in quarto de doctrina Christiana tradidit libr. sequi fas est, quæ illic clarius suspiciantur: hæc ille.

Vehemens igitur in Aduocato consideratur propositio, quæ audaciam continet: quam tamen † audaciam producunt, 6

Scientia, Potentia,
Eloqventia, Libertas,
Gavdivm, Favor &
Benignvs Avditvs.

Et ne tędio lectorem afficiã ex professo videat is, quæ *ex d §. nunc de exordiis.* colliguntur.

Iure meritò † autẽ circa propositionem, actoris Aduocatus siue Patrocinãs primò insurgere debet, cuius etenim, ante rei Aduocatum proponere, ac allegare interest, vt in pũcto tradit Marant. *in Spec. aur. de ord. iudic. in Proœm. n.* 11. *p.* 1. Spec. quoq; *in §. nũc breuiter. tit. de disput, & allegat.* 7

Et quod

Et quod ratione grauitatis ab actoris Aduocato seruandæ dicitur, id etiam respectu Aduocati rei seruandum esse dixit Spec. *in § nunc de exordijs. versi. nam ex facto. circa medium. tit. de Aduoc.*

Sequitur autem, concludat acriter, hoc namque
8 optimè deducitur, quoniam † singulis ad orationem requisitis Conclusione terminanda est oratio; Conclusio enim exitus, & determinatio totius orationis est, complectiturq; breuiter rationes, per totam orationem tractatus, similiterq; id quod ab Oratore quæritur, & ex præmissis rationibus infertur, Reisch. *de part. Orat.* Rhetor. *sub tit. de Conclus. cap. 11 lib. 3.*

9 Quæ autem † Conclusio nedum circa Aduocati, Patrocinantisue eloquium, sed & etiam in cõtractibus atq; libellis semper est attendenda, ad ea quæ prudentissimè scripsit Socin. Sen. *in cons. 93. incip. circa primum. versic. Item apud Labeonem. libr. 1.*

10 Idcircò Cõclusionem † esse artificiosum orationis terminum, quo, quod plurimum optamus, aut dictum, aut factum volumus, enunciamus, definiendo tradit Antonius Maria Spelta Ticinensis Au-
11 thor *in suo Commentar. sub tit. de Conclusione.* cuius † integritas probitasq; quanta sit, hanc indicant, & Commentarium ipsum, eiusq; scripta typis edita, tum huius Inclytæ Ciuitatis Papiæ antiquitatem & laudes, ac Episcoporum vsque in hodiernam diem d. Ciuitatis facta egregia heroicaque continentia, tum etiam infinita ab eo Epigrammata cõgesta, ex quibus inter cætera, sic mirifico illud est ordine congestum, Serenissimæ MARGARITAE AVSTRIACAE, PHILIPI P Potentissimi, Hispaniarum &c. Regis, atque nostri Ducis de-

Digitized by Google

cis dedicatum, atque dictæ Inuictissimæ Reginæ ab eo præsentatum, & de quo legere est in additione d. Historiarum ab eo facta, vt illud à dicto P. R. viso atque lecto, maximam beneuolentiam ab ipsis Augustissimis Coniugibus, cum aureorum tercentum munere atque diplomate reportauerit, atque vti optimus Orator, Poëtaque Regius valdè sit commendandus.

Et licet propter causarum negociorumque diuersitatem, diuersimodè conclusio fieri debeat, iuxta propositionem factam, poterit † tamen Pa- 12
trocinans concludendo petere id quod natura propositionis & causæ postulat: Aliquando enim Aduocatus ꝓposita quæstione concludit, quod Iudex re audita iustitiam faciat inter partes, iuxta petita in libello, ita vt huiusmodi petitione dicatur orationi conclusum, vt dicit Spec. *in §. nunc videndum. versi postmodum proponat. tit. de disput. & allegat.* Proindeque *in eodem §. nunc videndum. versic. in fine autem.* concludit, Aduocatum à Iudice petere debere sententiam pro se ferri, & aduersarium in expensis condemnari debere, & vt latius ibidem, prospicere te ne pigeat.

Postmodum autem, (ex ordine circa modum orandi allegatum) confirmet Aduocatus dictum suum, tabulis, decretis, & testimonijs: Qua de re facta † narratione, illam confirmabit, & sic, vel con- 13
iectura, aut iure, aut legibus causam probabit vel defendet: confirmatio † namque, nostrorum ar- 14
gumẽtorum expositio cum asseueratione, hoc est, cum vehementi ipsius rei comprobatione dicitur esse.

Quocirca non sunt omittenda ea quæ memoriæ com-

riæ commendanda tradit memoratus Reiſch. *d. tit. de part. Orat. Rhetor. libr. 3. tract. 1. cap. 9.* ſed narratio-
15 nem † ipſam eſſe confirmandam, vel à coniectura, quæ hiſce partibus abſumitur, ſcilicet,

SIGNO,
ARGVMENTO,
PROBABILI,
CONSECVTIONE,
COLLATIONE, &
APPROBATONE.

Signo quidem probatur quod

A LOCO,
TEMPORE,
SPACIO,
SPE PERFICIENDI, &
SPE CELANDI accipitur.

Argumento, cùm tempora conſiderentur, præteritum, ſcilicet, præſens, & futurum.

Probabili, quod

A CAVSA, VIA,
NATIONE,
PATRIA,
AETATE,
EDVCATIONE, &
STVDIO ſumitur.

Conſecutione, quæ in ſignis nocentis, & innocentis inquiritur, & hæc ſunt:

PALLOR,
RVBOR,
TREMOR, &
INCONSTANTIA.

Collatione, cùm ſolus facere probabitur & rationes alias fugiſſe.

Appro-

Approbatione, in

TESTIVM,

QVAESTIONVM,

RVMORVM, &

ARGVMENTORVM adductione. Aut narratio ipsa † iure confirmatur, & tunc constitutio ipsa iuridicialis dicitur esse, quæ secundum memoratum Reisch. eò loci duabus partibus absoluitur, 16

ABSOLVTA, scilicet, &

ASSVMPTIVA, vt iudicialiter quis, & absolutè defendit, vel accusat cùm causa probatur,

NATVRA,

LEGE,

CONSVETVDINE,

PACTO,

AEQVO, &

BONO.

Sed iudicialiter (inquit) & assumptiuè causam nostram tutabimur, cùm per externum aliquod, & quod causæ nostræ alienum est, defendimus; & hoc fit, per

TRANSLATIONEM,

COMPARATIONEM,

CONCESSIONEM,

REMISSIONEMQVE CRIMINIS.

Per concessionem quidem ait, cùm purgatione, vel deprecatione nobis ignosci postulamus, vnde purgatio, necessitate, fortuna, vel imprudentia, haud consultò factum esse arguit.

Deprecatio verò, licet consultò factum constat.

pro

pro pristinis tamen beneficijs, virtute aut nobilitate, sibi ignosci postulet.

Comparatione autem quærendo, vtrum satius fuerit agere id, quod reus fecisse dicetur facilius? aut conducibilius? an sibi illius rei vindicandi potestas fuerit? & an iudicare debuerit? Hoc actum (dicit) fit in consideratione hominis, & rerum.

Translatione, in aduersarium fit obiectum, trãsferendo.

Confutatione denique confutabimus aduersantium dicta, cùm nec fortuna, nec necessitate factum aliquod demonstrabimus: qui autem animi motu se fugisse dicent, animi vitio, non imprudentia deliquisse dicentur.

17 Postremò autem, narratio † ipsa legibus confirmatur, & tunc ex doctrina præallegati Authoris succedit constitutio illa legalis, qua ex legum interpretatione defendimus, & accusamus, & hæc (inquit) in fra sc. partib complectur. Aut enim contrariis legibus contendimus, dum nostra extollimus, & aduersa reprobamus. Hęc fit cùm vna lex vetat, & altera iubet.

Aut scripto & voce, dum scriptoris metas cum scripto dissidet.

Ambiguo, cum nostra iusta, & aduersa iniusta ostendemus.

Ratiocinatione, cum propria lex non reperitur, & simili vtimur, cum enim (profert) de eadem re nihil scriptum est, ratione pronunciandũ ducimus.

Definitione autem, vt si factum furtum an sacrilegium &c. appellandum sit, & ita pro nobis (asserit) & contra aduersarios definitiones demonstramus: hæc ille.

Et quod

Et quod tabulis, decretis, & testimoniis, sit confirmanda narratio, tradit Spec. *in d. § nunc videndum*. fundata vero intentione sua per probationes facti, tunc ad iuris probationes descendat, pluries allegato *tit. de disput & allegat.*

Postremo vero deducitur Actoris † Aduocati 18
studium esse, vt Iudicem iratum efficiat, quo casu
animaduerrendum est, quod iudex † propria ira- 19
cundia capi non debet, cum hæc eadem impediat
animum ne possit cernere verum (vt inquit Cato)
quinimo ad eum † venientes subditos, & iustitiam 20
petentes, benignè auscultare, nec eos repellere debet, ad hoc vt illorum prouideat indemnitati; alias de iustitia denegata, & parti ad interesse tenetur, criminaliterque punitur, textus est apertus *in l 1. ff. de var. & extraord. cognit.* Foller. *in sua praxi crimi. sub rubr. studeat se ornare. num.* 14. *part.* 1. & † Iudex allega- 21
tiones non audiens, de dolo tenetur. Angel. *in l. ex maleficiis. §. si Iudex ff. de act. & oblig.* Ideo Spec. *in d. §. nunc de exordiis. versic. deinde accedat. in fine.* aduoca- 22
tum admonet, † verba dulcissima proponere debere, ne secus Iudicem turbet, nec iratum faciat iudicem, illum exasperando quod fatuum esse dixit hoc idem Spec. *in § viso. num.* 25. *tit. de except. & replicat.* Cuiusque † iudicis audientia benigna esse 23
debet, ne per impatientiam præcipue in Criminalibus, reos ad desperationem reducat, sic Marsil. *in praxi crim. §. occurrunt. num.* 2. Sed iracundum faciet † Iudicem, id est, vt proposita facti narratione 24
demonstret, reum omni iure, & legitima exceptione destitutum esse, ita vt quodammodo præsupposito ipsius Aduocati fundamento vero, Iudex iratus efficiatur, tanquam quod Aduocati decis. vbi

D quid-

Digitized by Google

quidquam in contrarium dicendum non habeat, eundem vti calumniosum, & iure destitutum repellere, separatum demőstret Foller. loco de quo supra *num.* 40. & idem *in Rubr. num.* 20. Cum enim
25 alias † Iudex patienter Aduocatos audire teneatur Spec. *in* §. *6. d. tit. de disp. & allegat.* donec non habeant, quod vltra in quæstionem proponant. *l. si quis prope. C. de offic. præfect. anno. & in c. iudicantem.* 30. *quæst.* 5.

26 Et sicuti accusatio, † iniuriarum delictorumque expositio dicitur esse, sic & defensio † secundum
27 Aristot. delictorum, & iniuriarum, quę vel in accusationem, vel in suspicionem venerint dissolutio nuncupatur.

28 Rei igitur † Aduocatus, principia ad beneuolentiam conciliandam sumere debet, iudicique pro benigna audientia supplicando, illum commendando, & quantum poterit eidem blandiatur, quē sic facere docet Spec. *in* §. *sequitur videre. versic. respondeo. de caut. & offic. Aduoc. tit. de Aduoc.*

29 Ab eo quidem narrationes † sunt amputandæ quæ lædunt, & ideo eundem discretum in silentio, ne aut tacenda proferat, aut proferenda reticescat, admonet Spec. *in d.* §. *nunc de exordiis. versic. & Pri-*
30 *scianus.* nam, vt ait, cum quis † inordinate loquitur, erroris vulnera audientium corda feriunt, & sæpe virtus verborum perditur, cum apud corda audientium loquacitas, incauta opportunitate leuigatur, & authorem suum loquacitas coinquinat, quæ seruire auditoribus, ad vsum profectus ignorat. relatiue hæc omnia deducendo ad textum *in c. sit rector. distinct.* 43. à superfluis etenim est abstinendum
31 *l. ii à quo. ff. vt in possess. legat. cum simil.* Sat itaq; est, † vt

ea quæ

Digitized by Google

ea quæ ad causam tendunt, & de substantia negotii requiruntur, diligenter proponat, alias siquidem Aduocato † verboso Iudex silentium imponere 32
potest, & eidem tunc inobedienti aduocationis officium interdicere valet. glos. *in l. ex ea causa. ff. de postul.* Ias. *in l. 1. ff. de offic. ass.* *ff. col. 1. c. in loco. 5. quæst. 4.* Spec. *in d. § . nunc de exordiis. versic. nam iudex bene faciet.* quo loci id intelligendum esse, dummodo certus excedatur modus, & iudicem id facere posse iuridico decernit fundamento, idque etiam procedit, quando intentio voluntatis breuibus declarari potest. *l. verbum volo.* vbi Bal. post glos. *C. de fideicomm.* ne secus ob breuem † sermonem in æquiuoco sistem⁹ 33
l. ita fidei. ff. de iur. fisci. Bart. & Bal. *in l. si quis intentione ambigua. ff. de iudic.* Sic enim breuitati † studendum 34
est, vt nullum prorsus intelligentiæ afferatur damnum Barb. *in c. postulasti. colu. 6. de for. compet.* quia obscurus fio, dum breuis esse laboro, glos. *in procæmio Digestorum, in § penult. in verbo, compendium. in l. testamentum. C. de testam.* sic pariter referente Sylu. nupt. *in titu. non est nubendum. num. 20. quam allegabo infra in tit. de Causid. cap. 4. num. 5.*

Postmodum firmamenta † ad fidem posita, aut 35
per se diluenda, aut obseruanda, aut digressionibus obruenda sunt, vt diximus in principio præsentis capit. Et tunc hęc omnia, vel confirmabuntur, vel confutabuntur, vel signo, vel argumento probabili, consecutione, collatione, & approbatione, iuxta terminos supra constitutos, qui equidem, & Actoris & Rei Aduocato communes dicuntur esse.

Tandem, eadem firmamenta per orationes † ad 36
misericordiam sunt conferenda; quod quidem multipliciter fieri potest.

Primo, quibus in bonis fuerimus, & quibus in malis nunc ſimus oſtendimus.

Secundo, quæ nobis incommoda futura ſint, niſi cauſam obtinuerimus enumeramus.

Tertio, carptim vnumquodque deploramus incommodum.

Quarto, pręter ſpem in miſeriis nos demonſtrabimus eſſe.

Quinto, præter merita, nos in luctus poſitos aperiemus.

Sexto, nos ſub eorum poteſtate, quorum miſericordiam captabimus, ſubiiciemus.

Septimo, inopia, infirmitas, & ſolitudo demonſtratur.

Octauo, nos parentum in ſolitudine, aut Reipublicę cauſa, non noſtra calamitate dolere dicimus.

Nono liberorum aut parentum, aut ſepeliendi ſui fit commendatio.

Decimo, diſiunctio eius cum quo libentiſſimè vixerimus deploratur.

Vndecimo, quod ab his, quibus minime conuenit, male tractamur, edocemus.

Duodecimo, miſericordiam noſtram, qua in alios vſi ſumus, oſtendemus.

Decimotertio, contra aduerſitatem, & nos diu in malis fuiſſe conquerimur.

Decimo quarto, animum noſtrum fortem, & patientem ad incommodum futurum oſtendemus.

Commiſerationem autem breuem eſſe neceſſe eſt. Nihil enim lacryma citius areſcit: ſic profecto non minus vtiliter quam erudite in medium attulit d: Reiſch. *allegato cap. 11. de conil. li. 3. tra. primo.*

Tan-

Tandem, omne contrarium † Aduersarii facile 37
dissoluetur, si ea quæ infrascriptis versibus continentur occurrent, & quos ad vnguem refert Spec. *in § post hoc autem. versic. & generaliter omne contrarium. sæpius allegato tit. de disputat. & allegat.* videlicet;

Causa, locus, tempus, persona, nouitasq;,
Antiquum, bonitas, veto, præcipioq;,
Hi si iungatur, permissio, ius variatur.

Quo loci idem Spec. *in versic. in summa.* docet rei
Aduocatum contraria † ab actore proposita, per 38
tres fallacias in iure solui posse; nempe per fallaciam

Aequivocationis,
Accidentis, &
Secundum quid, &

Simpliciter, siue per aliter, & per Simpliciter aliud, & per secundum alind, quorum delectabilem explanationem ibidem legendo prospicias.

Et sicuti ab actoris Aduocato † facienda est pe- 39
titio, vt à Iudice pro eo sententia feratur prout supra dictum est, sic etiam ab Aduocato rei, absolutionem petitorum, & perpetuum silentium imponendum esse, ac aduersantem in expensis condemnari petere debet. *c. Christianus. 11. quæst. 1. l. fin. ff. de dolo, & contumac.* & si quandoq; replicatio Aduocatis concedatur, eadem tunc in respondendo, & replicando, quæ in proponendo, & excipiendo prædicta sunt, eodemque more sunt seruanda, vt enunciat Spec. *in d § post hoc autem. in versic. cæterum. prope fin.*

In reliquis circa † aggressionem, Iudicisque cō- 40
mendationem ab Aduocato obseruandam, saturum te reddes, si ea quæ substantifice tradit Spec.

 videbis

videbis allegato *tit. de Aduoc. in §. hic dicendum est qua-*
41 *liter*; sub quo pariter tit. *ex §. Iam nunc.* † quomodo Aduocatus cum suæ vel aduersæ partis Aduocato se gerere debeat, optime colligitur: superfluum
42 namque esset † iam ab eo recensita, iterum eodẽ modo proponere: repetitionem ideo esse reprobandam tradit legislator. *in l. ampliorem. quæ est in fine*
43 *in §. refutatoriis. C. de appellat.* nec adiectione † indiget plenitudo, *c. bene quidem. 96. distinct.*

Superest autem vt Aduocati partes sub genere Deliberatiuo ostendam, quas ideo in subsequenti capite breuiori modo, quo potero, sigillatim recensebo.

Quid sub deliberatiuo genere secundum Rhetoricos sit obseruaturus Aduocatus siue Patrocinans, iuridico demonstratur modo. Aduocati quoque exercitium nobile ac necessarium esse, legenti videre facilimum erit.

CAPVT VI.

SVMMARIA.

1 *Deliberatiuum genus, quid in se contineat.*
2 *Suasori, & dissuasori quanam sint notanda.*
3 *Perdifficilia sæpe numero, ac si effici non possint, sunt habenda.*
4 *Permagnum id quod est, pro necessario sæpe habetur.*
5 *Consultatio, quænam proferre debeat.*
6 *Bona necessaria, quæ dicantur esse.*
7 *Bona minime necessaria, sed commoditati coniuncta, quæ sint.*
8 *Bona honestati coniuncta, quæ nuncupentur.*
9 *Oratio, non solum ad veritatem, sed etiam ad opiniones*

niones eorum, qui audiunt est accommodanda.

10 Hominum duo genera, & quæ his applicanda sint.

11 Suasori, & dissuasori quænam exempla competant.

12 Principia in dicendi generibus breuia esse debent.

13 Consilium verbis, opus verò facto indigent.

14 Consilium, interdum & verbis, & facto egere.

15 Iudicis officium, ad quod tendat.

16 Militia, quare sit instituta.

17 Militia, iustitiæ executrix dicitur esse.

18 Aduocati officium, non minus humano generi proficuum, quàm si patriam armis defendat.

19 Aduocationis officio nil dignius, si recte impendatur.

20 Aduocationis officium publicum dicitur, & quare inuentum.

21 Aduocatus patrocinium suscipere recusans, quando sit puniendus, remissiue.

22 Aduocationem, qui reprobat, maiorem defensionis partem denegare videtur.

23 Scriptum memorandum, est inserendum.

24 Aduocationis officii nobilitas, ex Zoderic. Zamoren. recensetur.

25 Aduocatus, tanquam persona egregia torqueri non potest.

26 Aduocato, in eius domo iuramentum est deferendum.

27 Aduocatus, deposito aduocationis officio, Clarissimus dicitur.

28 Priuilegium Doctori legenti datum, illud idem Aduocato postulanti conceditur.

29 Aduocatorum dignitates atq; prærogatiuæ remissiue recensentur.

30 Aduocationis officium, nobile dicitur, ideo legaliter, & probe exercendum esse.

ADVOCATI habitus qualitatem, primo loco explanaui. successiuo autem ordine, modum orandi ab eo seruandum breuiter aperui, nunc tandem actus circa fidele consilium, & patrocinium obseruandos, tum in p̄senti, tum in subsequenti capite celeriter attingam, cuiusque capitis substantia sub Deliberatiuo genere consistit, quod (secun-
1 dum Rhetoricos) in consultatione † positum suasionem, & dissuasionem in se habet, cuiusque deliberationis, aut consultationis genus ad vtilitatem tendit, ad quam in consilio dando omnia referri debent.

Illa autem primo sunt † suasori, & dissuasori no-
2 tanda, quid fieri possit, & quid necesse sit, aut non necesse; nam si q̄d effici non potest, deliberatio tollitur, quamuis vtile sit: Cum autem quæritur quid
3 fieri possit, videndum est etiam quam facile possit, perdifficilia † enim perinde sæpe habenda, acsi effici non possint; & cum de necessitate attendemus, etiamsi quid necessarium non videbitur: videndum tamen erit, quam sit illud magnum; quod e-
4 nim † permagnum est, pro necessario sępe habetur.
5 Vtendum rursus in consultatione, † an tuto etiam sit illud aggredi?ius .n. dolusq; atq; simulationes nobis animaduertenda sunt, quibus aduersus consilia nostra facile aliquando obuiari potest, & rursus, quia hoc consultationis genus, ad vtilitatem tendit, quæ in discernendis bonis, malisque versantur distinguenda sunt; hæc vtiliter colliguntur ex Margar. Philosoph. *de Orat. deliberat. cap. 3. lib. 3 tract. 1.*

6 Bona † igitur necessaria hæc esse ibidem colliguntur, scilicet:

VITA

Digitized by Google

Vita,
Libertas,
Coniuges,
Germani, &
Parentes.

Non autem † necessaria, commodati tamen cō- 7
iuncta sunt, videlicet:

Opes,
Copiae,
Clientelae.

Alia autem † honestati coniuncta sunt, pro qui- 8
bus optimus quisque contendit, vt:

Gloria,
Honor,
Nobilitas, &c.

In his igitur (inquit) rebus, cum bona sint, facile intellectu est, quae eorum contraria; & ab his persuasionis loca, & argumenta formanda sunt, & dissuasionis ab eorum maximè contrarijs elicienda.

Et quoniam non † solum ad veritatem, sed et- 9
iam ad opiniones eorum qui audiunt, accommodanda est oratio, hoc primum (tradit) intelligamus,
hominum † esse duo genera. 10

Alterum indoctum, & agreste, quod antefert vtilitatem honestati.

Alterum expolitum, quod rebus omnibus dignitatem anteponit, & honestatem vtilitati: Itaq; huic

Laus,
Honor,
Gloria,
Fides,
Iustitia,

Omnisq; virtus: Alteri
QVÆSTVS,
EMOLVMENTVM,
FRVCTVS, Voluptas laudanda est.

Et posthac de efficiendi ratione dicamus, quibus, & contra quos, aut quo loco, aut quibus facultatibus armorum, sociorum, pecuniæ, earumq; rerum, quę ad rem perficiendam pertinent, vti possumus, perquirendum est.

Vterq; autem suasor † & dissuasor ad augendũ
11 exempla habeãt, aut recentiora, quæ notiora sunt: aut vetera quæ plus authoritatis habeant, maximeq; in hoc genere prodest, vt possit vtilia & necessaria honestis, vel hæc illis anteferre, ad commouendos animos.

12 Principia † autem in his dicendi generibus breuia esse debebunt, & in hoc genere, à natura rei, auditorisq; persona, aut à re ipsa narrationem trahemus, hæc hactenus ex allegata Margar. Philosoph. formaliter colliguntur.

13 Verumtamen, quia consilium † verbis, opus verò facto indiget, vt inquit Bal. *in l. 1. col. 2. vers. dici-*
14 *tur autem consulere*. & quandoque consilium † verbis, & facto simul præstari asserit idem Bal. *d. mox recitato loco in versic. & consilium, aut facto. C. de ser. fugit.* idcirco à consilio, quod à verbis inchoare, deinde quod à facto proficiscitur sequi, noster ordinarius erit digressus.

In primis igitur sciendum est, quod sicuti offici-
15 um † Iudicis necessarium est, vt eius armis, superioris authoritate, mali coerceantur, bonique suble-
16 uentur *c. apud. cum cap. seq. 23. quæst.* militiaq; † propter duo sit instituta, nempe propter iniuriam propulsan-

pulſandam, & vindictam rationabiliter, & ſine liuore inferendam *cap. primo, eadem quaſt.* & Luc. de Pen. *in leg. prima. Codic. qui milit. poſſ. libr.* 12. atque militia † iuſtitiæ executtix dicatur eſſe, Neuizan. 17
in Sylu. nupt. ritu. eſt nubendum. numero 139. *lib.* 4. Sic etiam Aduocati officium † non minus eſt huma- 18
no generi proficuum, quàm ſi patriam armis defendat *l. Aduocati. Codice de Aduoc. diuerſ. iud. gloſſ. in c. cum ex eo, de elect. in 6.* Vnde Caſſiodor. *epiſtol.* 12. quē refert Luc. de Pen. *in leg. prima. Codic. de lucr. Aduoc. libr.* 12. inquit, Quid dignius † Aduocationis offi- 19
cio? ſi per eum impendatur ornatus, quod peregrinum negocium ad ſuas moleſtias trahit, vt laboribus ſubueniat alienis; Sed (inquit) quid circa laudes huiuſmodi occupamur officij, quod hodie pl' ad ſubuerſionem veritatis, quam ad lucidationem iuſtitiæ exercetur?

Vnde Aduocationis † officium publicum dici- 20
tur eſſe, & eā ob cauſā adinuētum, vt ijs ſuccurratur, qui ius ſuum tueri, & cauſam dicere ignorant. D. Menoch. *de arbitr. iud. caſ.* 369. *centur.* 4. *lib.* 2. vbi pariter cauetur, an & quando † Iudicis arbitrio Ad- 21
uocatus patrocinium recuſans ſit puniendus, & qui aduocationem † reprobat, maiorem defenſio- 22
nis partem denegare videtur. Cacher. *deciſ. prima. num.* 13.

Adeò namq; huiuſmodi officium neceſſarium atq; perutile dicitur, vt nihil optabilius excogitari poſſit, proutq; paſſim ſubtilibus argumentis comprobauit Zoder. Zamoren *in ſuo Spec. vitæ hum. cap.* 17. cuius tenorem hic apponere mihi ſuperuacaneū nō videtur, tū ad maiorē intelligentiā dicto lib. ca-

rentium

rentium, tùm etiam ad ipsius officii nobilitatem atq; dignitatem ampliandam: memorandum enim
23 † scriptum est inserendum Aret. *in §. sed si maior. nu. 2. Instit. de his qui sunt sui vel alien. iur.* pudor etenim non est totum repetere. Igneus *in auth. ex causa. col. 60 C. de lib. præter.* quiq; tenor talis est, scilicet:
24 Patrocinari † in causis, ac in iuris humani subti-
„ libus disceptationibus versari, semper laudabile
„ insigneq; exercitium fuisse, nemo est qui ambigat.
„ Ea eorum officia (vt Salustius ait) honestiora apud
„ homines habita sunt, quæ ingenio, quæ intellectu,
„ quæ denique eloquentia, ac dicendi suadendique
„ artificio constant: sic ergo iuris disciplina, honesta,
„ sancta & pernecessaria vitæ humanæ existit, & ob
„ eam rem omni tempore plurimum fuit commen-
„ data. Eadem ratione disciplinam ipsam sectantes
„ qui iurisperiti seu consulti appellati sunt, vtiliter,
„ ac laudabiliter, & necessariò vtuntur viribus hu-
„ manis, quæ non nisi ad lites inter homines dirimē-
„ das amicitiam atque ipsam Rempublicam augen-
„ dam instituta sunt. Hinc Iustinianus ait: Aduocati
„ qui dirimunt ambigua facta causarum, non minus
„ prouident humano generi, quàm si prælijs, armisq;
„ parentes, patriamque saluarent: & alius Sapiens,
„ magna cōmendatione dignos eos facit, qui, quod
„ iustum, quod bonum, quod æquum est, homini-
„ bus persuadent. Est ergo huius exercitij honestas
„ atque necessitas admodum manifesta, sed & vtili-
„ tas publica manifestior. Quantum verò in eodem
„ nobili exercitio, priuatæ sit vtilitatis, nemo est qui
„ ambigat. Habuit tamen inuidos omni tempore
„ hoc scientificum, & honestum exercitium, nōnul-
„ lis enim non satis, nec rectè intelligentibus visum
est, leges

Digitized by Google

eſt, leges ipſas, atque legum interpretes, & iuriſpe-"
ritos cauſam dare litigijs, illa quam minime inter-"
ire, in quos pulchrè Cicero, in eis, quos de legib."
edidit, libris inuehit, ait enim, verius ignoratione "
legum, occaſionem litigijs parare: Ignorantes e-"
nim leges voluptates, & appetitus ſuos putant, "
& optāt legibus iuuari poſſe, quare inquit Cice-"
ro, cunctos cōſulunt, an ſit lex quę ſuo poſſit ſuf-"
fragari appetitui, aut cupiditati, quo fit vt ipſarum"
legum ignorantia, non Iuriſperiti viam litigijs "
præſtent. Adde aduerſus Iuriſperitos aliam non "
minorem æmulationem, nonnulli perſuaſum "
habent, id quod ex ipſo exercitio laudato com-"
paratur, improbè atque illicitè fore quæſitum. "
Plane non ita ſentiebant antiqui Philoſophi, & "
Sapientes, ſed nec catholici tractatores, qui in"
conſtituendis, determinandiſque hominum "
deſidijs, iudices, teſtes, & aduocatos aſſiſtere "
decreuerunt: ſolis tamen iuriſperitis licitum eſſe "
voluerunt, ſuum conſilium iuſte vendere poſſe. "
Cuius, inter cætera, illa à Philoſopho ratio aſſi-"
gnatur, quia iudex ipſe, & teſtis communes ſunt "
perſonæ, & pro vtraque parte conſtitutæ: Aduo-"
catus verò, alteram tantum fouet partem, à qua "
licite & honeſte ſalarium exigit. "

Huius præterea nobilis ac ſcientifici exercitij "
excellentia, ex pluribus illuſtratur effectibus: eſt "
enim hominum mortalium deſiderium, vt ad id "
potiſſimum tendat (eodem Philoſopho teſte) vt "
veritatem agnoſcat. Quare ad ipſum in rebus "
agilibus, accidins humana properat inquiſitio, "
præſertim, cum ob eas hominū cupiditates, quæ à "
veritate & à iuſto plerumque deuertere cogunt, "
propter

„ propter rerum humanarum veritates, difficiliter
„ quidem veritas ipsa, & iustitia agnosci potest.
„ Hinc Dominus per Esaiam prophetam, & hu-
„ mana iustitia dicit, tanquam pannus menstrua-
„ tæ vniuersæ iustitiæ vestræ, vt humanam iustiti-
„ am difficulter attingi, cognosci posse liquidò de-
„ monstraret. Auarus enim quàm iustius homines
„ ad lites & iurgia mouet: Quia (vt inquit Sapiens)
„ Deus fecit hominem rectum, & ipse immiscuit se
„ infinitis quæstionibus. Fuit ergo necesse huma-
„ no generi Iurisperitos constituere, quorum in-
„ dustria & expectata iurisperitia, eos sine bellorũ
„ fragoribus, quæstiones deciderent, quas humana,
„ peruersaq; auaritia attulit. Laudantur igitur plu-
„ rimùm atq; meritò diuersis bonorum titulis il-
„ lustrãtur Iurisperiti, q̃ veritatẽ & aperiunt, & inter
„ hominũ cupidines, p̃ suæ scientiæ coniecturas &
„ regulas, q̃d verũ, quid iustum, explicant, docent,
„ atq; è tenebris ad lucem vsq; deducunt: Quorum
„ tanta vis est, vt nonnunquam, eas veritates, quas
„ vel natura, vel industria, verius astutia humana,
„ in damnum simul, & pœnam peccati humani
„ generis occultas fecerit, ipsi iurisperiti sui ingenij
„ subtilitate ad Reipublicæ quietem atq; nostram
„ commoditatem reuelent. Plurimæ siquidem ve-
„ ritates incognitæ, plurimæ iustitiæ impunitæ ma-
„ nerent, si iurisperitorum cessaret sapientia, & sua
„ quærendarum rerum studiosa sagacitas, contem-
„ ptui aut non vsui haberetur. Denique nemo vn-
„ quam dubitauit verum & iustum multum esse
„ meliora, quàm falsum, & iniustum: esset enim ra-
„ tioni dissonum, si verum à falso, iustum ab iniusto
„ vinceretur: quod vtiq; funestum in Repub. sæpe
„ accideret, si Iuriscõsulti deessent. Quorũ p̃cipu-

„ um ſtudiū eſt, vt iuſtū ab iniuſto, falſum à vero diſ-
„ cernant. Rurſus q̃ neceſſariū humanæ Reipub.
„ hoc exercitiū fuerit, ex eo patet; quoniā (vt Philo-
„ ſophus inquit in Ethicis) ſūt nōnulli homines peſ-
„ ſimè quidem pſuaſibiles, qui non facilè credunt,
„ niſi certiſſima videāt ſigna, aut fortes habeāt per-
„ ſuaſiones. Aduocati igitur plurimū ſunt cōmen-
„ dandi, q virtute ſciētiæ iuridicæ, certiſſimas vel ꝓ-
„ pinquas, imo fortiſſimas perſuaſiones eliciūt, &
„ illas iudicib. ſuadent ad iuuandā innocētiam, &
„ reprimēdas puniendaſq; violentias & iniuſtitias.
„ Vnde Cicero hanc iuris diſciplinā extollens, hæc,
„ inquit, ad oēs res priuatas atq; publicas tuendas
„ inſtituta eſt: & iterū: hæc ars tuta eſt, hæc honeſta,
„ hæc illuſtris, qua ſæpè multæ Reſpub. ſaluæ factæ
„ ſint Deniq; vt Philoſoph. voluit, omnes artes in-
„ uētę noſcūtur, ad ſupplendos humanę naturę de-
„ fectus, vt libet exēpli gratia vnū inſerere: Natura
„ n. ipſa, lapides, ligna atq; ferrum ꝓducit, ſed mi-
„ nime domū efficit; quare rectè, & neceſſariò ars
„ domificādi inuēta eſt, q̃ id ipſum ſuppeditet, quo
„ natura deficit: ſimiliq; modo natura parens lanā,
„ & linū, ſed nō veſtes ꝓducit. Salubriter ergo atq;
„ neceſſariò artes texendi, atq; ſuendi inuentę ſūt.
„ Natura ergo quanq̃ homini inſtrumenta loquē-
„ di dedit, non tamē virtutē tribuit pſuadēdi ſed ar-
„ te effectū eſt, vt homines ſtudio ipſo, atq; mirabili
„ artificio in quadā dicendi arte conſequātur, cō-
„ ceptus videlicet ſuos imprimere poſſe audientiū
„ animis; ſicut natura minime dedit homini, vim
„ diſcernendi cōgruum ab incongruo, niſi p Grāma-
„ ticę ſcientiā, nec verū à falſo, niſi per Dialecticā,
„ licet dederit inſtrumentum cognoſcendi verum
„ à falſo, videlicet, loquelam & intellectum opor-

„ tebit ergo pro conſeruatione humanæ vitæ, &
„ tollendis inter homines diſſidijs, vt naturæ huius
„ defectus ſuppleretur per Iuriſperitos, qui ipſum
„ iuſtum, & rectum diſtinguant, limitent, & mo-
„ derentur, ſecundum particularium caſuum oc-
„ currentias, & legiſlatoris mentem: Quæ omnia
„ perirent, niſi iuriſperiti eſſent, qui ea hominibus
„ ſuaderent. Et vt paucis agamus, ſumma eſt excel-
„ lentia huius exercitij; quo ipſa vniuerſalia ſtatuta
„ humana, quæ generalibus atque indeterminatis
„ verbis ſtatuuntur, lucidius intelligũtur: nam per
„ Iuriſperitorum ſubtilem, & ingenioſam applica-
„ tionem dictarum legum, ad cauſas particulares
„ mentem legum interpretantur; & tandem verò
„ per hoc nobile Aduocationis officium inſontes
„ defenduntur, oppreſſi releuantur, & (vt paucis
„ multa comprehendamus) iuſtitia periret, ſi deeſ-
„ ſet, qui iuſtitiam allegaret, ex quibus facile co-
„ gnoſcitur, quanta ſit huius exercitij honeſtas, quan
„ ta neceſſitas, quanta denique vtilitas.

25 „ His adijcitur, quod Aduocatus † perſona e-
„ gregia nuncupatur, ita vt torqueri non poſſit, nec
26 „ iuramentum † in eius domo eidem ſit deferen-
27 „ dum depoſitoque † Aduocationis officio clariſſi-
28 „ mus dicitur *l.1. & ibi Bart. C. de aduoc. diuerſ. iud.* & †
„ priuilegium quod Doctori legenti tribuitur, i-
„ dem Aduocato poſtulanti conceditur. ſic Franc.
„ *quæſt.636 part. prima & quæſt.182. parte 2.*

29 „ De † dignitatibus vero, & prærogatiuis Aduo-
„ catorum, vide Guid. Pap. quæſt 88 & 388.

30 Qua de re ſi † nobile, ſi laudabile, & ſi vtile offi-
cium dicitur eſſe: ergo non vitio, non dedecore,
neque ad perniciem, ſed animo legali, iuſto prædi-
camento,

camento, ac ad salutē est impartiendum atq; conferendum, ea memoriæ commendando, quæ exponit Spec. *in* §. *nunc tractemus. sæpius memorato tit. de Aduoc.* cuius semitas sequendo sic, vt infra, cum eo dicendum erit.

Quid circa consilium verbotenus præstandum, & impartiendum Aduocatus Patrocinansuè, obseruare debeant, diligenter explanatur. Quædam vero circa memoriam vtilia, accurate interposita oculatim dignoscuntur.

CAPVT VII.

Svmmaria.

1 *Aduocati consilium verbotenus præstanti quænam competant.*

2 *Veritatem tribus personis esse patefaciendam.*

3 *Veritas Confessori cum omnibus circumstantiis reuelanda.*

4 *Infirmus Medico infirmitatem suam cum causis veridice exprimere debet.*

5 *Aduocato, veridicum facti statum exprimere litigaturum oportet.*

6 *Ius ex facto originem trahit.*

7 *Litigaturo, quænam præmeditatione digna sint.*

8 *Personæ inhabiles ad lites intentandas quæ sint.*

9 *Peritorum & amicorum præambula litis futuræ consultatio valde vtilis & necessaria dicitur esse.*

10 *Litem inchoaturo quænam spectent.*

11 *Factum in scriptis Aduocato deferendum est.*

12 *Facti qualitas intellectus qualitatem denotat.*

13 *Factum narrans proprium, de eo certus esse debet.*

14 *Errare in facto proprio quis non præsumitur.*

15 *Factum per incertitudinem, quandoq; alteratur.*

16 *Scriptura forma dicitur esse.*

17 *Facti narratio quare Aduocato in scriptis dari debeat.*

18 *Memoria propria, qui in legali præcipue scientia confidunt, sæpe decipiuntur.*

19 *Memoria intellectiua quid sit.*

20 *Memoria intellectiua quare in senibus, & pueris imbecillis dicatur.*

21 *Recordatio sicut motus agiles, sic & memoria animum quietum exigit.*

22 *Memoria naturali deficiente, ad artificialem est confugiendum.*

23 *Memoria artificialis quomodo formetur.*

24 *Aduocationis officium senes exercere non debent.*

25 *Minoribus annis decem & septem, interdictum est aduocandi officium.*

26 *Aduocatus cuiusnam ætatis esse debeat.*

27 *Factum à cliente, in iudicio quando exprimi debeat.*

28 *Aduocatus, habita à cliente facti expositione, quid ab eo inuestigare debeat.*

29 *Probationes ad intentionem iudicialiter fundandam necessaria dicuntur.*

30 *Aduocatus, visa facti claritate, clientem ad litem subeundam inducere potest.*

31 *Aduocatus, habito in scriptis facto, si opus erit aliorum peritorum, & librorum medio, mature super eo deliberare debet, & quare.*

32 *Factum expositum, quidnam Aduocati opera indigeat.*

33 *Scriptura, sicuti vocum, sic voces, rerum, & cõceptuum, id est, passionum animæ notæ sunt.*

34 *Vox quid sit.*

35 *Verba quare sic dicta.*

36 *Oratio, mentis nostræ speculum dicitur.*

37 *Scri-*

Digitized by Google

37 *Scriptura, verba primò significat.*
38 *Aduocati labor, præmium desiderat.*

DVO † potissimum, circa consilium ab omni Aduocato siue Patrocinante præstandum, requiruntur, vnum scilicet, quod à cliente instruatur, alterum vero quod is clientem examinet: Primum illud est quod facti veritas atque negocii status veridice Aduocato significetur; sunt enim tres personæ† (vt vulgo fertur) quibus omnimodo nõ est celanda veritas. 1 2

Confessor: cui † omnia arcana pectoris, cogitata, dicta, & facta sunt detegenda, & veluti in secreto; & spirituali consilio rei veritas, cum omnibus circumstantiis, est reuelanda. *c. humilitatis*, 22. *quæst.* 2. *& in c. omnis vtriusq; sexus. de pœnit. & remiss.* 3

Medicus: Quisquis † enim aliquo morbo correptus sanari cupit, hunc oportet Medico omnem infirmitatem cũ causis, & vniuersis circumstantiis nude detegere *d. §. omnis. § Sacerdos. & c. cum infirmitas. de pœniten. & remiss. in* 6. Huic seruit illud Boetii dictum de consolat. Philosoph. Si operam Medicantis expectas, oportet vt vulnus detegas tuum. 4

Aduocatus † deniq; seu iurisperitus, quem pro bono consilio consulturum adis, inuestigare rei veritatem tenetur. *c. 1. vers. Iudiciaria. de pœnit. distinct.* 6. Ioannes à Grassis *in suo domestico tractat. in arborem Iudiciorum ad secundum principale. num.* 12. 13. 14. *cũ seq.* quem refert Iodoc. *in praxi rerum ciuil. c.* 27. *n.* 19. Ideoque necessaria est facti expositio, ne per facti ignorantiam aduocatus decipiatur, text. *in l. 2. ff. de iur. & facti ignorant.* Spec. *in d. §. nunc tractemus.* 5

de Aduoc. vbi illud Senecæ dictum tradit, ſcilicet, Cuiuſque facti cauſam require, cum etiam ex facto
6 ius † oriatur, ex textu *in l. ſi ex plagis. § in viuo. ff ad legem Aquil. cum ſimil.* Ideoque Litigaturo, antequam litem ſubeat, præmeditanda ſunt ea, quæ tradit allegatus Iodoc. præcitato *cap.* 27. *num.* 10. ſic dicens.

7 Pro iſto igitur † vnicuiq; notandum erit, quod qui volet aliquem in ius pertrahere, is debet primo prouidere, an ipſemet ſit habilis, & perſona legitima, quæ in iudicio conſiſtere, & alium in ius vocare, & petenda petere poſſit. *l. 1. & 2. C. qui legit. perſon. ſtan. in iud. habeant, vel non.* pro quo ſciendum, quod perſonæ † inhabiles ad intentandas lites ſunt,

8 EXCOMMVNICATI,

IRREGVLARES,

PVPILLI,

MINORES,

Filii in poteſtate parentum, & in curatela conſtituti.

Proinde hi fatui ſunt, qui lites intentare cogitant, ſi cum prius ſeipſos cognoſcant, an legitimæ ſtandi in iudicio ſint perſonæ, D D. *in d. leg. prima, &* 2. Quocirca ſi quis prædictorum (inquit memoratus Author) contra aliquem litem inſtituere decreuit, & cognoſcat ſe eſſe perſonam inhabilem, curet ſtatim ſe eſſe, & fieri habilem. Qua de re ſub *num.* 18. ad rem de qua agimus hæc dicit, ſcilicet.

Item ſi negocium ſeu iudicii ſiue proceſſus materia in iure debite conſiſtant, ita vt nulla horum cauſa fieri poſſit refutatio aut reiectio, debet tamẽ nihilominus acturus ante omnem cauſæ & litis in-
9 ſtitutionem aut inchoationem, primo amicos † doctoſque conſulere, cum iis ſæpe conſultando delibera-

berare,& ſecum tractare, cunctaque deſpicere, an ipſi expediat litem talem mouere, an remouere,
deinde † vires,& facultatem propriam cognoſcere, 10
an ea liti ferendæ ſufficiant, poſtea, cum minus, diligenter conſultare,& (vt dixi) cum doctis examinare, quomodo res ſuæ ſint fundatæ, quod iuris habeat, quod ſpei Aduocati præſtent, quid faciendum ſuadeant, litem inchoare, an ſupprimere: Et hæc diligenter conſideret, quales ſint ii cum quibus conſultat,& docti, an rerum periti, an pii, aut religioſi, aut ſuo ipſius commodo ſuadeant, vel diſſuadeant; quod ſi peritos, & pios eſſe comperiat, nihil illis celet, rem nudam eis aperiet, ſed ipſiſſimam veritatem liberè profiteatur, nihil ab ea ſubtrahendo, aut quidquam ſubticendo, hæc ille.

Neque ſufficit factum † verbotenus exprime- 11
re ſed illud in ſcriptis redigere, illudque Aduocato ſæpe patrocinanti præſentari debet, ad hoc vt congruum verumque poſſit clienti dari reſponſum. *c. de muliere. de ſponſal. l. vt reſponſum. C. de tranſ.* facti nãq;
qualitas † intellectus qualitatẽ denotat Bald. *in l.* 12
liberta. in fin. C. de oper. li.& qui factũ † narrat ꝓpriũ de 13
eo certus eſſe debet, vt tradit Spec. *in §. 3. tit. de poſit.*
licet in facto proprio † quis errare non præſuma- 14
tur, textum habemus cum gloſ. *in l. Titius Sempronio. in fin. ff. quib. mod. pign. vel hypot. ſolu.* ad rem per Boer. allegatum *in conſ.* 41. *num.* 3. Attamen propter incer-
titudinem † quandoque factum alteratur,& ſecu- 15
ta ipſius facti mutatione ſæpiſſimè totum ius mutatur, *l. hoc legatum. ff. de leg. 3. cum cæteris à Spec. allegatis in d. §. nunc tractemus. nũm. 2. circa medium.* Scriptu-
ra etenim † forma dicitur eſſe, ſecundum Bal. *in l.* 16
fin. in prima col. magna, verſic. ex hoc elicitur talis conclu-

17 *ſio.C.de ſuis & legit.* Ideoque in ſcriptis † facti narrationem habere debet Aduocatus, tum quia ſubeſt periurii periculum, vt dicit Spec. *in d. ſæpius memorato* §. *tunc tractemus. verſic. expedit. nu.* 3. tum etiam quia memoria labilis eſt. *l. iubemus. C. de teſt. vt pariter enunciat d. Spec. allegato mox* §. *verſic. habito igitur.* nam qui
18 de † propria confidunt memoria, ſæpe, & ſæpiſſime, præcipue in legali ſcientia, decipiuntur, vt punctualiter affert Boer *quæſt.* 155. *num.* 23.

Et licet memoria, conſtans in aliquibus naturaliter conſideretur ſecundum Philoſophos, quæ tamen intellectiua dicitur, ad differentiam ſenſitiuæ nobis cum belluis communiter inducta, intelle-
19 ctiua namq; ſolius † rationalis mentis potentia eſt, quæ ad imaginem Creatoris eſt formata: hæc tamē
20 † imbecillis in ſenibus & pueris conſideratur, propter nimium, & augmenti, & decrementi motum
21 in ipſis, ſicut enim † recordatio exigit motus agiles, ſic memoria animum quietum, vt optime cauetur ex Margarit. Philoſoph. *tit. de potent. anim. ſen-*
22 *ſit. c.* 29. *lib.* 10. *tract.* 2. Et ideo † vbi naturalis deficit memoria tunc ad artificialem eſt confugiendum,
23 quæ † niſi magna exercitatione formatur, ad quam optime retinendam tria potiſſimum memoranda ſunt, ſcilicet:

LOCA,

IMAGINES, & earundem diſpoſitionem atq; collationem, & deniq;

ORDINEM.

Loca quidem, id cuius reminiſci voluerit chartæ inſcribat.

Imagines, & earundem diſpoſitionem atque collationem, quibus ceu literis inſcribat.

Ordi-

Ordinem vero, vt quod primum posteriusue pronunciare voluerit, distinctum quis inueniat, sic Gregor. Reisch. *de part. Orat. Rhetor. cap. 23. libr. 3. tract. primo.* Vnde Aristot. *de memor. & reminiscent.* ait, memoriam conseruant meditationes reminiscendi; hoc autem nihil est aliud quàm sæpe speculari, nihil sanè tàm auget memoriam, quàm cura, nihil tam corrumpit, quam negligentia. Qua de re non 24
debent † Aduocationis officium senes exercere ad ea, quæ tradit Apule. de magia. scilicet neque facundiæ ostentatio, rudi & indocto, neque gloriæ cupido, rustico, & barbaro, neque inceptio patrociniorum capulari seni congruisset, quem sequitur Luc. de Pen. *in d. l. 1. C. de lucr. Aduo. in fin. libr.* 12. Sicq; 25
minoribus † decem & septem annis interdictum esse aduocandi officium videtur, ex tex. *in l. 1. §. initium ff. de postula.* quem adducit Spec. *in §. primo. vers. item quod est minor. nu. 16. tit. de Aduo. & ad ea quæ tradit* Marc. *quæst. 628. quē refert* Arim. Trepat. *sub tit. de postulando. notab. 15. libr. 1.*

Aduocatus † vero, ætatem minorem decem & 26
octo annorum habere non debet, id est, maior esse debet annis decem & septē Bart. *in l. 1. nu. 17. C. de dignit. libr.* 12. & sic ad minus ætatis annorum 18. sed quid etiam in Iudice, vide Marc, *d. quæst. 628.*

Proposita † deinde facti per clientem narratio- 27
ne, quiq; in iudicio eam exprimere tenetur, nisi tamen indiscreta sit persona, iuxta ea quæ habentur *ex c. pastoralis. el 14. extr. de iudic.* tunc Aduocatus, Pa-
trocinansue † ab eo inuestigare debet, quomodo 28
circa facti qualitates, probationes in promptu habeat, vt colligitur. *ex c. scire. 2. quæst. 8. & ex text. in l. ei qui dicit. ff de probat.* q̄ omnia ad iudicium pręparato-

Digitized by Google

ria dicuntur esse, nam is qui agere vel accusare intendit, debet amicos (vt supra dictum est) consulere & deliberare ac tractare, an sibi agere aut litem mouere expediat. *c. de induciis. 3. quæst. 3. c. ponderet. 50. distinct. cum reliquis à Spec. recensitis in rubr. de præparat. 29 iudic. in princip. libr.* 2. Eæ etenim † probationes necessariæ sunt, ad intentionem iudicialiter fundandam. *l. negantes. C. de action. & obligatio. l. qui accusare. C. de eden.* quare cauetur *ex c. Christiana. 22. quæst. 5.* scilicet quod probatione cessante interdum vindictæ ratio conquiescit, & per eum visa † facti cla-
30 ritate, per modum consultationis, tuto clientem ad litem subeundam inducere potest, textus adest *in l. 1. ff. de testam. sic pariter Spec. loco de quo supra, in versic. facto autem intellecto. in fin. num.* 4.

31 Necessarium tamen est, vt habito † in scriptis facto, super eo, etiam aliorum peritorum, & librorum medio, si opus fuerit, maturè deliberet, quoniam is punitur, qui sapientum consilia non suscipit, vt inquit ibidem Spec. *in versi. Roboam. authoritate text. in cap. 1. 83. distinct.* ea ratione fretus, quia vtilius est in occulto deliberare, quam in publico succumbere, & eo loci, in versic. Quia (prosequendo) ea profert scilicet, sæpè minori reuelatur, quod maior ignorat, & non omnes per omnia sed certi per certa, meliores aut deteriores inueniuntur, nec omnium (inquit) æqualis est gloria, nec omnes æquali prudentia vel scientia ministrant, Aduocatus autem an partem circa responsionem instruere debeat, videas Bart. *in l. 2. nu. 5. C. de iureiur. propt. calum. dan.* Ad hæc per me deducta preuenit etiā Ala. Cremō. *in suo tract. de Aduoc. & Causid. Christ. in quæst.* 53. sub his conceptis verbis, videlicet:

Quoni-

„ Quoniam merita causarum partium assertio-
„ ne panduntur, debet Aduocatus interrogare di-
„ ligenter clientem de meritis causæ, vt possit ani-
„ mo comprehendere ac disponere ea quæ ne-
„ cessaria sunt ad iustam defensionem. Quod si nõ
„ faceret Aduocatus, peccaret mortaliter, & tene-
„ retur ad damna, quæ subiret cliens, ex causa ma-
„ lè pertractata; videmus enim sæpe clientes, non
„ narrare aliquid Aduocato, quod re vera sibi pro-
„ desse posset, & è contra multa inculcare, quæ ni-
„ hil ad rem pertinent; quoniam nesciunt quan-
„ tum momenti habeat minima mutatio facti, ita
„ resoluit Craff. libr. 5. decis. Aurear. *cap*. 8. *numer.*
„ 8. *versic*. 8. *part. prima*. Et non solum debet omnia
„ merita causæ percunctari, vt supra dixi, sed etiam
„ diligenter cauere, ne hoc prætextu producat
„ causam atque differat, nonnunquam enim
„ accidit, vt Aduocati, qui auide volunt mul-
„ tas causas amplecti, cogantur his artibus spa-
„ cium temporis sibi comparare, si perspiciunt
„ opus esse, ad se deferri tres aut quatuor scripturas:
„ requirunt vnam ex eis vna hebdomada; qua ha-
„ bita, posteà fingunt se denuo animaduertisse ne-
„ cessarias esse alias scripturas, quas paulatim pe-
„ tunt, vt interim longiore dilatione fruantur, ex
„ qua litigator quandoq; magnum excipit detri-
„ mentum; nam quemadmodum si Aduocatus est
„ negligens in exquirendis rationibus, & meritis
„ causæ, grauiter peccat, ita si malitiosè procrasti-
„ nat, & vult simulare se diligentem, maximam cõ-
„ trahit culpam.

Est tamen animaduertendum, quod Aduoca-
tus siue Causidicus exponit se periculo peccandi,

& culpam contrahit quando ſciens, & credens ſibi veritatem à cliente non eſſe propalandam illius patrocinium ſuſcipit, ſic tradit præallegatus Ala. *in ſupra recitato tractat. quæſt.* 32. communi Theologorum opinione ita deducente Nauar. *in c. ſi quis autem. num.* 4. *de pœnitent. diſtinct.* 7. *in c. inter verba.* 11. *quæſt.* 3. *concluſ.* 1. *numer.* 19. *verſic. ex quo.* atq; huiuſmodi ſententia exiſtente Graff. *Deciſ. aurear. lib.* 2. *part.* 1. *cap.* 77. *num.* 13. ſicuti pariter cauetur ex illa (inquit) propoſitione, nempe, quod qui defert iuramentum alicui, quem peccaturum eſſe dubitat, incidit in peccatum mortale ex glo. *in cap. clericos. verſic. redeuntes de cohabitat. cleric. & mulier. & ex text. in ca. ille. & in cap. qui exigit.* 22. *quæſt.* 5. Et hoc (ſubdit) non obſtante ratione in contrarium deducta per Albericum *in l.* 1. *in fin. C. de ſuffrag.* vbi credidit Aduocatum non peccare ſuſcipiendo patrocinium illius quem credit ſibi non eſſe dicturum veritatem, ea ratione, quia Iudex totam cauſam accuratè perpẽdet, & iuſtè pronunciabit; quoniam d. Ala. ibidem reſpondet dicens, quod etſi Iudex diligenter totam cauſam ſit examinaturus, id verum eſt & intelligitur iuxta allegata & probata, ſecus autem ſi fuerit commiſſa falſitas aut occultata veritas, circa inſtructionem proceſſus malitia clientis, & conniuẽtia ac Aduocati auxilio, in graue aduerſantis damnum, quod ſanè dictum, multum mihi ſatisfacit.

52 Præmiſſa verò † verborum conſultatione, vt plurimum facto ipſius Aduocati, ſiue patrocinantis indiget, ſiue actor, ſiue reus ſit litigaturus ipſe, quod autem factum, vel circa allegationes, aut cõſilium in ſcriptis redigendum, verſatur, vel opera viuæ Aduocati aut Patrocinaturi vocis, tam accuſando,

ſando, quàm defendendo, coram iudice, & publice, & priuatè, vti acceſſorium conſideratur, quia ſicuti † ſcripturæ vocum, ita voces, rerum, & conce- 33
ptuum, id eſt, paſſionũ animæ notæ ſunt, ſic Ariſtot. *libr.* 1. *περὶ ἑρμ.* Quare Iſiodor. *lib*, 11. *Orig*, *cap*. 19. vocem ſic definit, ſcilicet:

Vox † eſt aër ſpiritu verberatus, vnde & verba 34
† ſunt nuncupata, ſic pariter aſſerit Hēricus Putea. 35
in ſua modulata Pallade cap. 4. *propè finem*. quare Guilielmus Lapidan. *in ſua methodo dialect. canone primo, & ſecundo*, hæc profert, videlicet, ea quæ ſunt in voce, ſunt earum, quæ ſunt in anima, paſſionum notæ, hoc eſt, natura cuiq; homini loquendi facultatem indidit, non quidē vt aliud ore dicat, aliud animo ſentiat, ſed vt per ſermonē arcana ſui pectoris trāſferat per aures in animum audientis; eſt enim oratio † mentis noſtræ ſpeculum. Ea verò quæ ſcribũ- 36
tur ſunt eorum, quæ ſunt in voce imagines, hoc eſt,
ſcriptura † verba primo ſignificat: attamen quia 37
circa factum † Aduocati ſiue Patrocinantis Labor 38
requiritur, optans præmium, idcirco de eo in primis ratiocinari congruum eſſe duxi.

Aduocati ſiue cauſarum patrocinium ſuſcipientis ſalariũ, quo iure petatur, quomodo & quādo debeatur, & demum an & quando pactum, de quota litis conceſſum dicatur. Aduocato tandem à duabus partibus quotannis ſtipendiato, quas inter ſeſe item mouere contingat, quomodo ſuccurratur, diſtinctionum medio patefacit author Alæ ſuffragio.

CAPVT VIII.

SVMMARIA.

1 *Aduocatus cōſiliario, & militi ſtipēdiato æquiparatur.*

Digitized by Google

2 *Salarium honorarium & quodãmodo palmarium appellatur.*

3 *Salarium, vbi pacto non sit constitutum, Iudicis arbitrio constituendum fore.*

4 *Operarius dignus est mercede sua.*

5 *Labores, seruitiaque recepta, vel precio, vel præmio sunt recompensanda.*

6 *Salarium quot modis ab Aduocato peti possit.*

7 *Certum quid esse dicatur.*

8 *Stipulatio quomodo concipiatur.*

9 *Salarium ex nudo pacto Aduocato debetur.*

10 *Salarium Aduocati, quomodo per iudicem arbitrandum.*

11 *Salarij excessus quomodo consideretur.*

12 *Salarium, in criminalibus Aduocato, an vltra limitatam à iure mercedem, dari possit.*

13 *Salarium quo iure petatur remissiue.*

14 *Salarij promissio, vltra limitationem iuris, iuramento firmata an teneat remissiuè.*

15 *Salarium, an in principio, medio, vel litis fine debeatur.*

16 *Doctrina D. Menoch. circa Salarij contributionem declaratur.*

17 *Dignitas tollit suspicionem.*

18 *Dignior præferendus est.*

19 *Auxilio alterius indigens, in eodem subiecto opitulanti, necessaria est submissio.*

20 *Aduocatus, causam per imprudentiam, negligentiam, aut infidelitatem amittens, an ad salarij restitutionẽ teneatur.*

21 *Aduocato si benè non satisfiat, benè studere non potest.*

22 *Equus malè pasturatus, malè ambulat.*

23 *Iudices & Aduocati, absq; conspicillis scripturas, (vt vul-*

(vt vulgo dicitur) videre non possunt.

24 *Salarium quomodo persoluendum.*

25 *Salarium augendum, quoties augetur labor.*

26 *Defraudatio solita animaduertenda.*

27 *Personæ qualitas, præcipuè circa præstationem operarum, est attendenda.*

28 *Iudicis arbitrio, personarum, & factorum qualitas remittitur.*

29 *Salarium quandocunq; debeatur.*

30 *Aduocatus patrocinium præstare non tenetur, quoties Salarium promissum non soluatur.*

31 *Aduocatus, cui non est promissum Salarium, an partem relinquere, & aduersario adhærere possit.*

32 *Pactum de quota litis à iure prohibitum cauetur.*

32 *Aduocatus de quota litis paciscens officio priuari potest.*

34 *Pactum de quota litis extra litem consistens, an, & quãdo valeat.*

35 *Salarium de re extra litem promissum quomodo debeatur.*

36 *Aduocato, pendente lite, constitui potest per Iudic em salarium.*

37 *Cognito ex contrarijs vno, alterum facilè cognoscitur.*

38 *Pactum de quota litis omninò cauendum.*

39 *Pactum de quota litis faciens, depradator, & latro nuncupatur.*

40 *Pactum de quota litis, quando & quomodo concessu m dicatur.*

41 *Dolor dum est, accipe, à sagacibus spontè dantibus.*

42 *Salarium Aduocato pro mercede datur.*

43 *Pactu m de re minima extra litem, an concedatur.*

44 *Cliens timore litis omnia bona Aduocato daret.*

45 *Magon.*

Digitized by Google

45 *Magon. dum sustinet Salarium Palmarium dici, declaratur.*
46 *Salarium ratione mercedis debetur.*
47 *Palmarium dicitur id, quod ob causæ victoriam pollicetur.*
48 *Palmarium quando cum Salario confusum dicatur.*
49 *Quæ differunt nomine, eadem differunt, & effectu.*
50 *Palmarium, ex promissionis natura, nisi in fine litis debetur.*
51 *Dictio, Si, quid importet.*
52 *Palmarium quomodo debeatur.*
53 *Aduocatus, de victoria causæ ambiguus, Palmarij promissionem aufugere debet.*
54 *Conuentiones de quota litis, & Palmarij in Hispania, particulari lege sunt prohibitæ.*
55 *Palmarij & aliorum promissio quando concedi possit.*
56 *Aduocatus, litis euentum & causæ victoriam promittens punitur, remissiuè.*

1 VErum enimuerò quoniam Aduocatus,† cōsiliario, & militi stipendiato æquiparatur, secundum communē D D. opinionem ad ea quæ tradunt Bald. & Salicet. *in l. Aduocati. C. de aduoc. diuers. iud.* & à simili par detur ratio, vulgatis iuribus; ideo & Salariū Aduocato est constituendum, quod ho-
2 norarium† & seu quodammodo Palmarium appellatur Magon. *decis. Florent.* 12. *nu.* 2. *per text. in l.* 1. *ff.*
3 *de var. & extraord. cognit.* quodq; vbi pacto † non sit conuentum, Iudicis arbitrio constituendū foret, quodam speciali Aduocatorum fauore, vt colligi-
4 tur ex mox allegata *l.* 1. §. *aduocatos.* operarius†enim dignus est mercede sua. Natta *in cons.* 326. *quem sequitur allegatus Magon. d. decis.* 12. *numero* 4. atq; de iure

de iure labores † seruitiaq; recepta, vel precio, vel 5
præmio recompensari debeant *c.charitatem.& c.ecclesiasticus 12.quæst.2.c.ad nostram*. & ibi glos. *in verbo, sufficere.de reb.eccles. non alienan.* Redoan. *in suo Tract. de reb.eccles.non alienan.quæst.52.num.84.*

Breuiter igitur videamus, quomodo, & quando salarium debeatur.

Quod attinet ad primum caput, dicitur, quatuor † ex modis salarium ab Aduocato siue causam 6
defendēte peti posse, vel scilicet condictione certi, si certum fuerit promissum; vel ex stipulati actione, si quod promissum est, in facto consistit; vel condictione ex lege, vbi nudo pacto tantum, & non interueniente stipulatione pollicitum fuerit? vel tandem iudicis officio, inspecta Aduocati facundia; sic deduxit Azo. *in Sum.Cod.sub rubr.de suffrag.num.4.*

Primum probatur, quia illud certum est, † cuius species, vel quantitas, quæ in obligatione versatur 7
ex ipsa pronunciatione facta nomine proprio, vel demonstratione, quæ fungitur eius vice, apparet quæ sit, qualis sit, & quanta sit, quoniam vbi non appareat, quid, quale, & quantum sit in obligatione, incerta dicitur esse obligatio, & superinde ex certi condictione agi non potest, sic docente suprascripto Azone *in Sum. Codic., sub Rubr.si cert.pet.numero 5.*

Secundum desumitur à text. *in l. 1.ff.de verb.obligat.* dum ibidem colligitur stipulationem † ex ver- 8
borum cōceptione nasci, quibus quidquam daturum, vel facturum quis promittit, ita vt ex inde actio ex stipulatu concessa, contra promittentem detur,

detur, vt cauetur ex Institut.*d. tit. de verb. obligat. in princip.*

Tertium demonstrat text. *ind. leg. vnica. Cod. de*
9 *suffrag.* vbi habetur, quod ex nudo † pacto salarium debetur Aduocato, & vbi salarium consistit in quantitate, vel re mobili, non est necessaria certa scriptura promissionis, vel traditionis, quod secus consideratur in re immobili sic Arism. Tepat. *de salar. & stipend. notab.* 18. *lib.* 1.

Quartum, & vltimum indicat Legislator *in l.* 1. §. *in honorarijs. ff. de var. & extraord. cognit.* Arbitrium
10 † enim Iudicis esse debet, vt diminuto labore diminuatur & salarium, iuxta textus dispositionem, & ibi Bald. *in l. Seio. ff. de annu. le. & fideicomm.* quem sequitur Magon. *decis. Florent.* 11. *num.* 7. & iudex ex facundia Aduocati, & fori consuetudine ac Iudicij in quo acturus erat, existimare debet, dummodo tamen non excedatur, iuxta verba Iurisconsulti *in d. l.* 1. §. *honorarijs. & § si cui. ff. de var. & extraord. cognit.* quē adducit pariter Guido. Pap. *decis. Gratianopolit* 190. *num.* 1. cuius rei gratia videas Bal. *in leg. si furiosi. versic. nota quod Aduocati. numer.* 3 *C. de nupt.* & Rot. Genuen. *decis.* 115. *atq;* Puteum de Syndic. *sub rubr. de excess. aduoc. numer.* 13.

11 Excessus † autem consideratur, quoties computata promissione facta, transcendatur summa aureorum centum, vt videre est *ex d. § si cui.* quod tamē verum intelligas in ciuilibus quæstionibus, secus
12 tamen † est in criminalibus, in quibus vltra limitatam mercedem, vt supra, Aduocatus petere potest, vt de communi opinione attestantur Bartol. Angel. Cum. & Imol. *in l. si pater. § vltimo. ff. de donat.* ac Ioan. de Amic. *in cons.* 148. licet contrarium sentiat

tiat Arius Pinel. *in l. 1. part. 3. num 62. versic. infertur. C. de bonis maternis.* quem impugnatiue adducit Nicolaus Carbonius *in sua praxi pract. cap. 8. num. 10 libr. 3.*

Et quo pariter † iure petatur salarium, vide gloss. *in l. salarium. C. mand.* & an Aduocato sine reuolutione librorum consulenti salarium debeatur vide ea quæ infra continentur sub titul. de Caulid. *cap. 45. num. 7.* 13

Et an † iuramento firmata salarii promissio, vltra summam à iure limitatam teneat, vide Dec. *in l. creditori. num. 5. C. de pact.* 14

Quando vero debeatur Aduocato salarium, an scilicet † in principio, medio, vel fine litis, hoc opus, hic labor, diuersæ namq; super huiusmodi articulo D D. sunt opiniones. 15

Ax ex ideo *in l. diem functo. ff. de offic. assess.* dixit, illud in principio exigi posse.

Bart. vero *in l. Archiatri C. de profess. & Med. libr. 10.* sustinet licite posse accipi id quod lite pendente offertur. Quare Bal. *in l. per hanc. C. de aduoc. diuers. iud.* dixit, Aduocato, ratione dignitatis, salarium constitutum in medio litis erogandum esse.

Sed alii voluerunt nisi in fine litis consequi posse. Rebuff. *de sentent. prouis. artic. 3. glos. 7. num. 3.* Ideo & Bal *in l. libert col. 5. versic. dubitatur etiam. C. de oper. libert.* attulit non nisi post administrationem, vel operam præstitam deberi salarium: quare ex *d. l. vnica. C de suffrag.* videtur Aduocatum salarium, nisi causa finita, ac patrocinio præstito, consequi non posse, & præcipue quando Aduocatus illud fuerit stipulatus, prout refert Bald. *in d. l. 1. col. 3. versic. praeterea dico. ff de var. & extraord. cognit.* argu. etiam eorum quæ in medium attulit Dec. *in l. diem functo num. 4.*

Digitized by Google

in fin. ff. de offic. Ass. ff Sic e iam extra dentes, nisi finita opera salarium persolui debere dixit D. Menoch. *ad casum 512. & ad ipsius casus additionem in fine libri centur. 6.*

16 Et quamuis † ex authoritate atque præstantissima huius amplissimi patris doctrina id conclusum censeatur: attamen (illius in suo robore firmo manente traditionis præsidio, sub cuiusq; disciplina semper exercere intendo) illam ꝓpositionem non absolute intelligendam crediderim, quoniam, & si rationem ab euentu futuro ꝓuenientem, quod scilicet salarium soluendum esset ei, qui vel negociũ perfecisset, vel malè administrasset, tunc minime deberi, & absurdũ sequi inducatur, authoritatibusque DD. munitam repræsentet, nihilominus, quia ex iuris conclusione cauetur, contrariorum eãdem esse cognitionẽ atq; disciplinam vulgatis iuribus: idcirco melioris conditionis clientem q̃ Aduocatũ
17 effici non vtiq; dicendum erit, ratione namq; † dignitatis omnis suspicio ab eo præsumpta segregatur, ad ea quæ habentur ex *l. 1. & ibi Bart. C. de dignit. li. 12.* & argu. eorum q̃ habentur *ex c. ad audientiam. extra. de præsumpt. & ex l. optimam. C. de contrahen. & com-*
18 *mitten. stipul. &* vti dignior † est præferendus ad ea quæ tetigi *sub titul. de Præcedent. Causid. in fin. tract. de fidelitate notar.* à Scientia *cap 5. num. 8. & vt supra dixi in*
19 *cap. 6. prope finem num. 26.* & qui † alterius indiget auxilio, in eodem subiecto inferiorem esse dicẽdum; nemo est qui nesciat. Vnde sicuti cliens diligentiæ, & perfecti operis ratione incertus reddi potest; sic & è conuerso Aduocatus siue Patrocinans, perfecto opere, & eius præstita diligentia, quod præstare, & quam adhibere sperat, quomodo de salario tandem

Digitized by Google

tandem sibi prouideatur dubitans, vel ne in medio litis, cliens eundem deserat, alterique adhęreat, vel de salario defraudetur, ab eo cogitari posse non erit hæsitandum. Quocirca non sine ratione deduxi authoritate Card. *in Clem. sape. de verb. signific.* salari-
um † finita opera minime deberi, scilicet integre, 20
dum per imprudentiam, negligentiam, aut infidelitatem, Aduocatum causam amittentem ad salarii restitutionem teneri ambiguitatis quidquam non habere protestatus fuerit, sicuti igitur priuatio præsupponit habitum. *l. manumissiones ff. de iust. & iur.* sic & restitutio receptum arguit. Quare saluberrimũ clienti esse illud significo, dum illa perpendo, scili-
cet, si bene non † satisfit aduocato, bene studere 21
nõ potest. Card. *in clem prima. de reliq. & venerat. sanct.*
colu. 10. *versic. excellentissimum*, & equus † male pastu- 22
ratus, male ambulat. Io. de Platea *in l. animalia. C.*
curs. pub. libr. 12. & vt vulgo fertur: Iudices † & Ad- 23
uocati, absque conspicillis scripturas videri non possunt.

Ideo (inquam) clienti illud saluberrimum esse 24
deduco, vt scilicet siue † Aduocato, siue Causidico, sollicitatoriue, partem mercedis promissæ eroget, in medio vero iterum ad laboris ratam tribuat, sed in fine integram præbeat satisfactionem, habita etiam laboris ratione ad hoc vt animose patrociniũ susceptum prosequantur, & alias eueniente casu, aliquando operam suam libenti animo præstare p̃-
parent, salarium † namq; augeri debere si labor au- 25
geatur scripsit idem D. Menoch *cas.* 114. *n.* 20. *&* 21. *de arbitr. iud. centur.* 6. *libr.* 2 Sed vt ratio tanti Patris D. Præsidis Menochii minime obmutescat, quinimo vt magis suos profundat radios, illã procedere

26 existimauerim inspecta † personæ qualitate vt puta siue Aduocatus, Causidicus, Sollicitator, vel cliens circa illorum operas, officiumue aut exercitium, quemlibet defraudare soleant, argumento eorum quæ deduxit Fuller. *in praxi Crim sub rubr. Item quod soror venenauit. num.* 8. *&* 18 Nonnulli autem extant, qui indies, magna emolumentorum promissione præambula, inducunt Aduocatos, & Causidicos ad illorum patrocinium suscipiendum & eisdem allatis scripturis in quantitate videndis, maximo labore secuto, causa iam diu cœpta, alios adeunt, Aduocato seu Causidico derelicto, eodēque modo postremos ad patrocinium vocatos derident; prout etiam aliquibus in regionibus adsunt aliqui Aduocati seu Causidici, qui recepta pecunia, opus ab eis præstandum obliuioni tradunt, modo vnum, modo alium deludentes, &, vt dicitur, castrant, quo casu ab huiusmodi peragentibus ratione clientum, salarium anticipate soluendum esse, haud dubito, neque ratione Aduocatorum, & Causidicorum, illud nisi finita opera deberi proculdubio fateor; sed quando ipsorummet vitæ probitas, & opulentia aliter demonstrat, tunc
27 secus dicendum putarem, qualitas † etenim personæ semper est attendenda *l. plenum. §. equitii. ff. de vsu, & habit.* Bald. *in l. 2. quæst.* 15. *C. de seruit* Bart. *in l. si non sortem. §. libertus. num.* 3. *ff. de condict. indeb.* & præsertim circa præstationem operarum. Bald. *in l. liberti. col.* 5. *C. de oper. libert.* Quare † factorum, & per-
28 sonarum qualitatem in arbitrariis, à iudice inspiciēdam retulit allegatus D. Menoch. de arbitr. iud. *cas.* 569. *num* 23. *d. sæpius repetita centur* 6 *libr.* 2. Vnde cōclusionem D. Menochii circa salarii præstationem in per-

Digitized by Google

in personis non suspectis nec quempiam defraudare solitis sustinendam: secus autem in cæteris personis de quibus supra egi intelligendam crediderim, ad hæc faciunt notata per Mandos. in sua praxi Commission *sub titu. de monitor. quæst* 10.

Et quamuis hæc sufficerent ad huius articuli enucleationem, attamen nonnulla in iure etiam à D D repugnantia cauentur.

Ideoque glossa *in l. venditor. §. si constat. in verbo, salarium ff. commun. præd.* tradit, quod salarium in principio litis minime debeatur.

Alex. autem *in d. l. diem functo. ff de offic. Ass ff d §. diuus*. contrarium tenet, & quod in primordio litis debeatur, de veriori opinione attestatur; idem sequuntur Accursi & Odoffred. ad id allegati per Spec. *in §. sequitur. versic. sed quando, circa medium. tit. de Salar.* videas tamen ibi glossam, & considera.

Quocirca distinguas, quod † aut constitutum, 29
& promissum est salarium certum, tam pro victoria, quam pro amissione causæ ante litem, & tunc credo quandocunque deberi, dummodo salariatus muneri suo incumbat, quia alias non † tenetur 30
Aduocatus patrocinium præstare, nisi sibi soluatur salarium D. Menoch. *de arbitr. iud. cas.* 494. *libr.* 2.

Quinimo si quis † non satisfecerit Aduocato de 31
salario suo, poterit tunc Aduocatus illum dimittere, & quod magis est, parti aduersæ adhærere, quod notatu dignum dixit esse Amanell. *in singul.* 253. *per text. & ibi glos. in l. fin. circa finem. C. de Aduoc. Fisc.* videas tamen super hoc Franc. Mantic. *in singul.* 286. ac Franc. Marc. *quæst.* 644 *num.* 3.

Si vero lite pendente promissum dicatur, & tunc

Digitized by Google

tunc aut est promissum, vel ratione quotæ, vel ratione palmarii.

Primo vtiq; casu, non potest tale salarium exigi, nec in principio nec in medio, neque in fine litis,
32 pactum † enim de quota litis, omnino à iure prohibitum reperitur *l. si quis aduocatorum*. C. *de postul.* dato etiam, quod sit de re certa, vel particulari rei litigiosæ, quo casu tale non valet pactum, imo ob id
33 ab † aduocationis officio repellendus est Aduocatus, vt cauetur ex allegata l. si quis Aduocatorum.
34 & ibi communiter D D. Sed de qualibet † re quæ extra litem consistat, videtur tale pactum subsistere posse, vt ex mox allegato textu inquit ibidem Bald. quod tamen verum putauerim quoties promittat Aduocatus litem suis sumptibus prosequi, textus est apertus *in l. sumptus. & ibi Bart. ff. de pact.* & hoc etiam vsque ad finem litis *ex l. fin.* C *de condict. ob caus.* & hoc est quod eruitur à textu *in l.* 1. C. *de suffrag.* quo † casu salarium hac ea-
35 dem de causa promissum, Aduocato debetur, siue causa, vel per sententiam, vel per amicabilem concordiam finem accipiat, vt colligitur ex glossa valde notabili, *in l. fin. in verbo, ex euentu litis. ff. mand.* sic etiam tenet Guido Pap. *decis. Gratianopolit.* 102. *num.* 2. quoniam alias non dicitur constituta differentia inter pactum de quota litis, super re de qua controuertitur, & super alia re extra litem promissa, ad tollendam suspicionem, ne ob talem promissionem adhuc calumniandi Aduocato detur occasio, par etenim consideratur ratio, siue de re litigiosa, siue de alia re quis paciscatur, nec ob id difficultas tollatur, quin id, quod in vno disponitur, idem in altero consideretur, sic pariter tenuerunt atque existimati

ſtimati ſunt Iodoc.*in praxi rerum ciuil.cap.* 49. *in fin.* & Bar.*in d.l. ſumptus .circa medium. ff de pactis.* videas tamen Vicent.de Franc.*deciſ.*265.*part.*2.

Hinc eſt quod idem Bart.affert *in l.preperandum.* §.*illo proculdubio.C.de iud.* Aduocato † petenti offi- 36
cio Iudicis lite pendente, deberi ſalarium, ita vt pactum omnino, lite pendente, prohibeatur: Sed equidem Iudicis arbitrio ſit eo caſu conſtituendum iuxta deducta per allegatum Guidonem Pap. *d. deciſ.*102.*num.*2.quod ſic intelligendum eſſe demonſtrat Bar.*in d.l.archiatri.* dum licite recipi poſſe dicit, id quod lite pendente offertur, non tamen id quod ex pacto lite pendente diſponitur, tacite enim hoc vltimum reprobare videtur, cognito † e- 37
nim ex contrariis vno, alterum facile cognoſcitur, vulgatis iuribus.

Caueant igitur † Aduocati, & Cauſidici, ne de 38
quota litis paciſcantur, quod de iure Canonico, Ciuili, & in foro conſcientiæ, atq; à N. C. Mediolani prohibitum cauetur, ne illecti lucri cupiditate omnia moliantur iuſta, & iniuſta, vt litem vincant, §.*arceantur.quæſt.* 7.*d.l ſi quis Aduocatorum. vbi gloſ. & Doctores. C.de poſtulan.* Qui enim † ita paciſcitur, 39
deprædator, & latro appellatur, Nauar. *in Manual. cap.*25 *numer.*50.*verſ.ſeptimo peccat.* Afflict *ad conſtitut.Regn.in verſic. Aduocatus.num.*14 *lib.*1 Rol. à Vall. *in conſ.*36. *num.* 21.*vol.*3. poſt alios adductos ab Ala. *in tract. de Aduoc. & Cauſid. Chriſt. quæſt.*12. vbi dicit illud notandum, ſcilicet, quod † ſi in vna li- 40
te agatur de centum aureis, non poterit tuta conſcientia fieri pactum, de vno in caſu victoriæ, & tamen ſi omnes circumſtantiæ patian-

Digitized by Google

rantur, poterit Aduocatus pacisci, de viginti pro honorario, siue vincat litem, siue succumbat, vt concludit Syluester & Petr. de Aragon. *quæst.* 71. *artic.* 4. Decretum autem 41. ad Stat. Papiæ disponit, ne Procuratores, & Solicitatores paciscantur de quota litis, sub pœna ducatorum centum, & res pacta Cameræ applicetur. Vide etiam dispositionem N. C. Mediolani, *in* §. *si Aduocati, & Causidici. sub tit. de Pœnis.*

Et an Aduocatus qui de quota litis pactus fuit sine dolo, aut fraude, ad restitutionem teneatur, vel summam conuentam, in foro conscientiæ exigere possit? istiusmodi præponderãs declarauit, præcitatus Ala. *in alligato tractatu, quæst.* 13. sic vt infra scribens, videlicet.

„ Dixi in præcedenti quæstione, hoc pactum re-
„ probari, alia ratione præsumpta, quod Aduocati,
„ per fas & nefas ad victoriam aspirarent, quid si
„ absque dolo obtinerent in causam; in hoc arti-
„ culo, quem non vidi discussum ab aliquo Sum-
„ mista propenderem in eam sententiam, Aduoca-
„ tum posse exigere & retinere in foro conscientię
„ moueorque receptissima illa propositione quod
„ lex ciuilis fundata super aliqua pręsumptione,
„ non obligat in foro conscientię, quando veritas
„ repugnat illi pręsumptioni, quia Deus respicit ve-
„ ritatẽ non p̃sumptionẽ. Innoc. *in c. quia plerisq; nu.*
„ 5. *de immunit. Eccles.* Abb. *in c.* 1. *num.* 10. *de constitut.*
„ vbi adducit glo. fin. *in c. fraternitas.* 12. *q.* 2. Bald. *in*
„ *Auth. Ingressi. num.* 15. *C. de sacrosanct. Eccles.* Ias. *in rubr.*
„ *ff de acquiren. hered. in fin.* Bald. *in l. cum quis. num.* 14.
„ *de testa.* Bero. *in c.* 1. *n.* 228. *de constit.* Alba. *in cõs.* 423.
„ *n.* 9. Feli. *in c. sicut dignum. in fin. de homicidio.* Ioa. de

Anan.

Digitized by Google

„ Anan. *in c. ex literis. nu. 5. col. 2. versic. pro quo etiam fa-*
„ *cit de raptor.* Summa Syluest. *in §. lex. nu. 9.* Sum-
„ mæ Angel. *nu. 4.* Summ. Tabien. *nu. 27. 10.* Azori-
„ us *lib 5. Moralium Instit. ca. 6. vol. 4. versic. quarto si-*
„ *militer.* in eo conueniunt omnes, Menoch. *cons.*
„ *37. nu. 55. lib. 1.* Rebuff. *repetit. c. postulasti. num. 50. de*
„ *clerico excommunicato.* Si igitur Aduocatus sine
„ dolo, & malitia obtineret in causa, vtiq; ista veri-
„ tas præponderari debet præsumptioni legis; & i-
„ deò nulla peccati labes esset Aduocato inuren-
„ da, quam opinionem, animo meo prius conce-
„ ptam, inueni postea fuisse approbatam à Fran.
„ Becc. *in consil. 49. in fin.* vbi versatur in indiuiduo
„ istius controuersia, & eum sequitur Caualca. *in*
„ *decis. 41. num. 49. lib. 1.* id quod etiam forsitan sensit
„ Nauarr. *in Manual. cap. 25. numer. 30. versic. sexto pec-*
„ *cat.* Et quamuis iusta, sine vi, & scandalo facta, nō
„ videtur peccatum, saltem in foro conscientiæ,
„ quia in ea cessat præsumptio, & idem quoque iu-
„ dicio meo dicendum foret, si durante lite contra-
„ heret Aduocatus cum cliente, nam si contractus
„ esset bona fide factus, sine dolo, aut læsione, su-
„ stineretur in Tribunali conscientiæ.

Numquid autem transactionis de causa, qua liti finis imponatur, totum, & integrum siue Aduocato siue Causidico Salarium promissum debeatur? hanc sanè quæstionem dilucidat præallegatus Alaiam *in recitato suo tract. & in quæst. 20.* dicens quod vbi Aduocatus pro viribus suis causæ incubuerit, atq; omnia fundamenta futuræ victoriæ præmeditatus fuerit, & superindè studio in causa elaborauerit, tunc & de rigore iuris & conscientiæ illud salarium promissum, integrè totumque ipsi Aduo-

cato persoluendum esse, ipsa transactione non obstante, ea potissimum ratione, quia per Aduocatū non impeditur causæ progressus; sed equidem id partium quietantia prouenit, testibus Guid.Pap. *d.decis.*102. Dec. *in l. iure ciuili ff. de reg. iur. & in consil.* 70. *numer.* 2. *& in consil.*108 *num.*5. Marsil *in tract. de bannitis. versic. expectatur. nu.* 5. Cornel. Benincas. de Paupert. *quæst.*7. *priuileg.*1. *nu.*6 Caroc. *de locato. ti.*7. *de fruct. & lit. expen. quæst.* 8. *num.* 14. & quod sic iudicatum fuerit, testem adducit Caualcan. *decis.* 41. *num.* 48. *lib.*1. necnon & Ioan de Amic. *in cons.*148. *in primo dubio* atquè Salicet. *in l. post dues num.* 3. *C. de Aduoc. diuers. iudic.* tandem sic concludit ex Bart. sententia *in l.* 1. §. *diuus. ff. de var & extraord. cognit.* & etiam ex aliorum doctrina, & præcipuè Cagnol. *in l. diem functo. ff. de offic. Ass. ff.*

Rursus præcitatus Ala. *in quæst.*29. *prænarrati tractatus.* quærit numquid Aduocatus, qui nihil in causa præstitit, sportulas super scripturis sibi datas retinere possit. Et breuiter concludit quod vbi nō interueniat culpa vel negligentia ex latere Aduocati nec per eum stetit quin causæ non incubuerit, tunc posse retinere sportulas ipsas, & hoc etiam in foro conscientiæ, præcipuè quando litigator easdem nō repetit, ea potissimū ratione, quia in qualibet materia fauorabilior est retentio quàm petitio per text. *in l per retentionem. C. de vsur.* ac ex traditione Dec. *in consil.*299. *nu.*4. & ex alijs ibidem recitatis; alias autem quoties culpa Aduocato ascribi possit; tunc eundem ad restitutionem teneri docet ex Bart. *in d.* §. *Diuus. & ex text.* & ibi scribentes *in d. l. diem functo* & ex Marzar. *in cons.* 73. *num.*5.

Vtrum autem clerici honorariū exigere possint, videas

videas præallegatum Alam *in quæst.2.* & an clerici recepta honoraria restituere teneantur, eundem prospicias *in quæst.7.*

Voluit tamen Pantaleo *in repetit.l.2 C. de rescind. vendit. col.45.* quem refert Neuizan. *in Sylu. nupt. in ritu quomodo iudic. numer.97. libr.5.* quod Aduocatus, & Medicus possint à sagacibus sponte dantibus pinguius recipere salarium, cum benè sciant illud, scilicet, Dum dolor † est, accipe, ex Rip. *in Tract. de peste. chart.81. in fin. col.2. nu.125.* quia (vt inquit Neuizan. ibidem) dum causa ventilatur, & infirmus ægrotat, tunc accipere cures, nam ægroto restaurato, & causa concordata, nihil curant soluere. 41

Attamen glossa *in le. quisquis. C. de postul.* determinat, quod vbi à principio non fuerit certum cōstitutum salarium, possit illud tamen lite pendente pacisci, salarium † namque Aduocato, & seu patrocinanti pro mercede debetur Borguin. Caualc. *de contract. decis.12.* Quo casu distinguas, aut sit de re litigiosa, & non potest vt supra, quamuis ex additio. ad Spec. *in §. sequitur. in lit. H. in verbo, qualitate. de Salar. Aduoc.* caueatur congruam pactionem de quinque vel sex, sequi posse; aut de alia re extra litem considerata, & tunc aut est de re † minima, vel de re, cuius summa verisimilem non transcendat mercedem, & tunc crediderim tale pactū valere, quod etiam corroborat Azo. *in summa Cod. tit. de postul ex textu in sæpius allegata l.1. §. in honorariis. ff. de var. & extraord. cognit.* aut est de re maxima, seu immoderata, & tunc vtique tale pactum non sustinetur, quoniam, vt inquit Bart. *in d.l. quisquis. Cod. de postul.* clientulus timore † litis, etiam omnia Aduocato daret, sicut ob sanitatē recuperandā æger Medico 42 43 44

dico quæcunq; traderet, argumento text. *in l. Medicus ff. de var. & extraord cognit.* quo casu delinquendi p riter & calumniandi patrocinātu daretur materia.

Iterum dicas, quod aut agitur de salario constituendo pendente lite, aut de augendo salario ante litem constituto: primo casu vtique potest, secundo vero non, vbi interueniat pactum, sic tenet Azo. *in d. l vnica. C. de suffrag.*

Demum distinguendo adducas ea quæ tradit Bart. *in d. l. 1 §. diuus. numer. 16. ff. de var. & extraord. cognit.* atq; ea quę habentur *ex Cabbal milleloqu. 694.*

Ad secundum autem, dum palmarij causa quid
45 pollicetur, & quod palmarium † honorarium, & salarium nuncupari dixit Magon. *allegata decis. Florent. 12. num. 2.* quod tamen semper verum propriè
46 non esse existimo, quoniam salarium † illud dicitur, quod ratione mercedis debetur, vt colligitur
47 *ex d. §. in honorariis*: sed palmarium † dicitur illud, quod ob victoriam causæ pollicetur secundum Terent. *in Eunuch.* & Spec. *in §. 2. vers. sed nunquid salarium. & §. 3. versi. illud autem. tit. de salar.* proindeque palmarium ex glos. *in l. 1. ff. de var. & extraord. cognit.* à palma dicitur, quod victoriam significat, & à Legistis pro eo quod Aduocato datur secundariò, prius constituta mercede vel salario, quod pro labore accipitur, sic Summa Syluestr. *in verbo, Aduocatus. versic. decimo nono. in verbo, sciendum est*
48 *etiam*; & ideò distinguendo ad hæc reducas negocium, videlicet. Quod aut salarium † ex arduitate negocij constituitur Aduocato in quantitate scutorum centum à iure limitata, vt supra, & tunc aut palmarium promissum, prædictam quantitatem

non

Digitized by Google

non excedit,&eo casu crediderim quod quodammodo salarium dici posset, ex eo quod confusum cum salario dicatur, licet adhuc quandam habere 49
dicantur inter sese diuersitatem, cùm ea quæ † differunt nomine, differunt & effectu, *l.si idem cum eodem.C.de codicil.* vt etiam innuit Spec.*in d.* §.*sequitur. versi quia nomine palmarij.d.tit.de salar. Aduoc.* Sed quãdo salarium promissum est in minori quantitate limitationis antedictæ, & præter salarium de palmario conuenitur, tunc profectò differunt, ad ea 50
quæ superius deducta fuere, quodq; palmarium † nisi in fine causæ debetur ex natura factæ, vt puta si dicatur, si vicero dabo tibi decem præter salari- 51
um, dictio † aũt Si propriè conditionem importat *l.2.* § *si quis.ff.de verb.obl.& leg.cum tale & vbi Bart. & cæteri DD.ff de cõdit.& dem.* Paul.de Castr. *in l.quib. diebus.* §. *Thermilius. ff.eod.*& Bero.*in consil.*30. *& in consil.*153.*numer* 6.*libr.*2. quos refert Magon. *deci-* 52
*sio.Florent.*144.*num.*12. Quod autem † palmarium debeatur mediante stipulatione, asserit Spec. *in allegato* §.*sequitur.d.versic.quia nomine palmarij.* 53

Tutiùs ac cautiùs agendo Aduocatus,† vbi de victoria causæ non sit tutus, oblationem palmarij recipere non debet,quoniam adhuc quandam suspicionem calũniandi præ se feret huiusmodi ob- 54
latio, quas † profectò conuentiones in Hispaniæ particulari lege esse prohibitas attestatur Graffius *lib* 3 *Decis. aurear.cap.*8. *nu.*11. *part.prima*; Si tamen 55
victoriam † obtinere pro certo haud dubitet, talem promissionem etiam lite pendente valere putauerim,cum cesset ratio&legis prohibitio,*arg.l.adigere.*§.*quamuis.ff de iur.patr.& c.cũ cessante.de appellat.*

Animaduertat tamen, ne litis euẽtum † & cau- 56
sæ vi-

sæ victoriam promittat, ad euitandam pœnam de qua D. *Menoch. de arbitr. iud. cas. 344. libr. 2.* Proindeque Richardus *distinct. 4. artic. 1. quæst. prima.* dum de causa iudicij vniuersalis loquitur, hæc profert, videlicet: Temerarium ego puto victoriam causæ cuiquam promittere, vt quidam aduocati nimium audentes faciunt, attentis tot contrarijs, quibus iustum iudicium peruertitur: ad id faciunt ea, quæ apprimè colliguntur, & ex Spec. *in tit. de Aduoc.* & ex Ripa *in tractat. de peste. chart. 97. num. 139.* Quomodo autem Aduocatus vel Causidicus à multis quotannis stipendiatus à duobus siue pluribus remunerãtium clientibus inter sese lites intentaturis, lacessitus vel ad causas ipsas peragendas siue defendendas se gerere debeat, id vtiq; punctualiter tetigit Ala. Cremon. *de Aduoc. & Caus. Christ. quæst. 23.* sub huiusmodi verborum formali conceptione, videl.

Est vsu frequentissimum, Aduocatos honorari à multis annuo honorario, pro omnibus causis quæ illo anno occurrere possunt, etiamsi nulla causa postea moueatur: si ideò contingat, aliquam controuersiam oriri inter duos clientes, affirmarũt nónulli, Aduocatum teneri ad suscipiendum patrocinium clientis antiquioris, cui primò dedit fidem. Alex. *in l. si filiofam. § si vir in quinquennium. num. 16. ff. de solu. matr.* Paul. de Castr. *in l. in operis. num. 2. ff. locat.* Cæphal. *in cons. 468. num. 19.* Alex. *in cons. 118. nu. 15. lib. 5* Cæphal. *cons. 615. nu. 37. libr. 5.* Rip. *in l priuilegia. nu. 56. ff. de priuileg. creditor.* Quorum authoritates intelligendę sunt cum ista distinctione, vt, scilicet, si causa vnius clientis sit iusta, altera vero iniusta, debeat suscipere iustam, nulla habita ratione prioritatis in tempore, vbi vero vtraq; causa sit adeo du-

deò dubia, vt non perſpici poſſit iuſtior, debet defendere partes primi clientis, ita diſtinguit Bartholom. Brixien *in q. 69.* & ſequitur Alberic. *in l. quiſquis. num. 7. C. de poſtul an.* Specul. *in tit de Aduocat. §. 1. numer. 24.* Io. And. *in cap. contractus. q. 1. de reg. iur. in 6.* Rom. *in conſ. 47. n. 2.* Rol à Vall. *in conſ. 34. n. 24. libr. 2.* Dec. *in c. cum parati numer. 31. de appellat.* Cardinal. Alex. *in c. Epiſcopum. 7. q. 1.* cuius diſtinctionis ſimilis eſt illa quam faciunt Canon. *in ca. fin. de poſtuland.* de clerico beneficiato in duabus eccleſiis inter ſe litigantibus, vt debeat in primis fauere cauſæ iuſtæ, Anchar. *ibi n 3.* Bellam. *in §. Clericu. q. 2.* Canon. *in cap. veniens. de iureiur.* & quanquam Brixienſ. & ſequaces illud adijciant, vt Aduocatus debeat dare ſubſtitutum ſuis expenſis, qui cauſam alterius clientis tueatur, putarem tamen eſſe animaduertendum quod vbi cauſa alterius eſſet omnino iniuſta, non ſolum non deberet Aduocatus parare ſubſtitutum, ſed etiam poſſet exigere ſalarium ab eo, pro quo non patrocinatur, quoniam in generali promiſſione defendendi cauſas non comprehenditur cauſa iniuſta, Abb *in c. breui. in fin. de iureiur.* Iac. Benius *in tract. de Priuil Doct. Priui. 71. nu. 15.* & cum debeatur ſalarium, etiam ſi Aduocatus nullam cauſam egerit. Salic. *in l poſt duos. C. de Aduoc. diuerſ. iudicior.* perinde iudicari debet acſi nulla cauſa fuerit ad Aduocatum delata, quia Aduocatus impeditur facto clientis proponentis cauſam iniuſtam; eſſetq; periniquum, ſi Aduocatus cogeretur aliquem ſubſtituere cum peccato mortali, & ita in indiuiduo reſpõdit Iaſ. *in cõſ. 94. lib. 3.* vt, ſcilicet, non ſit dãdus ſubſtitutus & nihilominꝰ debeatur ſalarium, licet Iaſ. nõ vtatur omnibus rationibꝰ prędictis: huc adludunt

ludunt, quæ scribit Cagnol. *in l. cum quid. in fin. ff. si cert. petat.* quod Aduocatus potest consequi totum annuum salarium, quando iusta causa impeditur quo minus præbeat patrocinium, veluti si litigandum esset contra suum consanguineum, vel contra primum clientem, si vero vtraque causa esset adeo dubia, vt posset tuta conscientia defendi, hoc casu admitterem opinionem Brixiensis, nam si Aduocatus non præstat operas pro secundo cliente, qui habet causam defensibilem, dicitur proprio suo facto impedir·, qui reperitur obligatus primo: cessatque ratio Iason. *in d. consil.* 94. qui Aduocatus non debeat illaqueare animam alicuius substituti: quoniam, cum causa versatur in ea dubietate, quæ in foro conscientiæ potest disputari, nullum peccatum admitteretur, quod quomodo possit accidero cum oportunum fuerit, paulo infra explicabo; Si ergo salarium fuisset ab vtroq; cliente persolutum debebit Aduocatus seruire per substitutum, aliàs pro illo anno, & pro toto tempore litis, salarium suspendendum erit. Hucusque prædicta à recitato Authore deducuntur.

An & quando salarium in casibus infirmitatis, absentiæ, propriæ causæ, diuersæ instantiæ, capitulorum, & præexistentis potentiæ Aduocato debeatur; mortis autem causa an illud heredibus deuictum censeatur; hoc idem animaduersionis dignum diligenter examinatur.

CAPVT IX.

SVMMARIA.

1 *Salarium an infirmo famulo debeatur.*

2 *Actum illud videtur, quod sic fieri est consuetum.*

3 *Infir-*

Digitized by Google

3 *Infirmitas inter casus fortuitos connumeratur.*

4 *Casus fortuitus quisnam dicatur.*

5 *Aduocato infirmo an salarium debeatur.*

6 *Infirmitas absentiæ æquiparatur, & quomodo, sub num. 9.*

7 *Aduocato absenti an salarium debeatur.*

8 *Aduocato, pro quo tempore de licentia absentato salarium debeatur.*

9 *Absentiæ & infirmitatis æquiparatio quomodo procedat.*

10 *Absentia Aduocati allegata quid operetur: & Aduocatos plures in eadem causa edoctos habens, ob vnius absentiam dilatio dari non debet.*

11 *Aduocato, pestis metu discedenti, an integrum salarium debeatur.*

12 *Belli, & præparationis belli suspicio idem operatur, quod de bello ipso prædicatur.*

13 *Aduocatus, an absentiæ causa per substitutum seruire possit.*

14 *Aduocatus in causa propria, an salarium ab aduersario exigere possit, & quomodo.*

15 *Aduocatum qui gratis habet, an ob id expensas, ab aduersa parte exigere valeat.*

16 *Aduocatus in causa appellationis, an patrocinium præstare teneatur.*

17 *Aduocato salariato nunquid competat totum, & integrum salarium; quoties in causa plures articulos habens in aliquibus victoriam reportauerit, in aliis vero succubuerit, remissiue.*

18 *Aduocatus, si causa mutetur, an patrocinium præstare teneatur.*

19 *Aduocatus, an recepto salario, extra prouinciam patrocinium præstare cogi possit.*

Digitized by Google

20 *Loci remotio, siue propinquitas Iudicis arbitrio relinquitur.*

21 *Aduocatus, recepto salario, in quibus casibus patrocinium recusare possit.*

22 *Aduocatus Fiscalis, contra seipsum, & suos ad patrocinandum an cogi valeat.*

23 *Aduocatus, clientis culpa impeditus, an integrum salarium consequi possit.*

24 *Aduocatus, ad restitutionem salarii, quando teneatur.*

25 *Aduocatus qui causam defendere nesciuit, an teneatur ad restitutionem fundi, quem pro patrocinio habuit.*

26 *Aduocatus quando ob negligentiam siue ignorantiam teneatur ad salarii restitutionem.*

27 *Aduocato mortuo, an heredibus constitutum salarium debeatur.*

28 *Aduocatus conductus per annum, anno pendente, mortuo aduocato, an illud pro toto anno illius heredibus debeatur.*

29 *Aduocatus siue Causidicus, an loco pignoris, processum retinere possit, remissiue.*

30 *Procurator, an salarium Iudicis officio petere possit.*

31 *Labor licitum desiderat præmium.*

32 *Aduocatus tenetur ad salarii extorti restitutionem.*

QVOD igitur ad infirmitatis casum attinet, anceps valde, & dubitabilis quæstio dicitur esse, aliqui etenim exemplo famuli † voluerunt ex causa infirmitatis salarium deberi, vt tenet Spec. *in §. postquam. versic quid si mercenarius. tit. de Locato. & in §. sequitur. versic. quid si Aduocatus. tit. de Aduoc. salar.* Salicet. *in. l. licet.* C. *Locati.* & præcipue quando adest consuetudo, vti dicit Angel. de Clauas. ea ratione fretus,

fretus, quia illud † videtur actum, quod sic fieri est 2
consuetum. *l. quod si nolit § qui assidua ff. de adilit. edicto.* & vt cauetur *ex decis. Capell. Tholos. 269.* ad cuius corroborationem illud adiicere videtur vtile, quod infirmitas † inter casus fortuitos connumeratur. 3

Et is casus † fortuitus dicitur esse cui hominis 4
prouidentia resistere non potest. *l. 2. § si eo tempore. ff. de administrat. rer. ad ciuit. pertinent l. quæ fortuitis. C. de pignorat. actio.* Idcirco † id quod propter infirmita- 5
tem aduocatum impedit illius exercitium adimplere, non tollit igitur, quo minus Salarium eidem debeatur. *d. l. 1. ff. de var. & extraord. cognit.* Nicol. Carbon. *in sua praxi practic. cap. 8. num. 11. lib. 3.*

At contrarium approbauit Abb. *in c. primo. de cler. ægrotan. vel debilit. num. 6.* & præter eum de communi opinione attestantur Couar. *Variar. lectio. lib. 3. cap. 14.* atque Viuius *commun. opin. vers. famulus. parte secunda.* necnon & Cagnol. *in l. diem functo. num. 215.* quo casu operæ precium est, distinguendo casum, ad iuris terminos reducere, *iuxta ea quæ habentur ex allegata Cappell. Tholosana. decis. 360* scilicet:

Aut quis titulo lucratiuo, aut titulo oneroso seruit, primo vtique casu debetur; secundo autem casu, tunc aut infirmitas magno tempore durauit, eo namque casu non deberi ibidem cauetur, modico vero tempore durante infirmitate secus consideratur, iuxta ea, quæ optime tetigit Ioan. Andr. *in c. ad euidentiam. de cler. non residen.* ac Doct. *in l. arboribus. §. de illo. ff. de vsufructu.* Quod tamen verum esse intelligitur (vt ibi) quoties magna sit constituta pensio, secus si

modica, ad ea quæ habentur ex Innoc. *in cap. penult. de locato. in princip.*

Iterum distinguas, quod aut infirmitas, culpa ipsius Aduocati patrocinantis, vel famuli superuenit, vel id minus, primo casu non deberi dixit Bal. post Butr. *in l. fin. C. de condit. insert.* at quando cessat culpa vel negligentia, tunc illud deberi dixit Io. de Platea *in l. 1. C. de re milit. lib. 12. & vt latius ex allegata decis. 360.* legere ne te pigeat.

Iterum distinguas, ab Aduocato de publico stipendiato, ad priuatum, primo loco debetur, etiam durante infirmitate, sed vltimo loco adductum, quando consideratur tantummodo simplex partis promissio soluendi salarium, tunc nisi ad temporis ratam deberi affirmauit Bar. *in d. l. diem functo. ff. de offic. assess.* quem sequitur Capel. Tholos. *decisi. 269. in fine.*

Illud vero, quod absentiæ aduocati articulum respicit, ambiguum pariter dicitur esse, à simili igitur argumentum in medium sic deduci potest, vi-
6 delicet; absentia † & infirmitas æquiparantur *l. si longius. in princip. ff. de iud. l. aut si valetudinem. ff. de procurat. l. is potest.* & ibi Barto. *col. 6. ff. de acquir. hered. & in l. quadam. §. nihil. ff. de eden.* at sic est, quod propter infirmitatem salarium Aduocato debetur secundum Nicol. Carbon. *in sua praxi pract. cap. 8. num. 50. in fin. libr. 3.* Ergo † & absenti Aduocato illud pariter de-
7 beri dicendum esset.

Ad sedandam huiusmodi difficultatem distinguas vt supra, ratione infirmitatis, nec etiam prætermittas ea, quæ medio distinctionum, non minus subtiliter quam eleganter proponit Bart. *in l. 2. §. diuus. num. 1. cum seq. ff. de var. & extraord. cognit.* & tandem

dem id optime dilucidatũ tradit Spec. *in versic. in summa. num. mihi 21. sub rubr. de salar. Aduoc.*

Hoc adiicias scilicet, salarium † aduocato tempore absentiæ deberi, quoties de licentia se absentauerit, & pro eo tempore, quo licentiatus fuerit, *l. penult. & ibi glos. ac Barto. C. de proxim. Sacr. scrin. lib. 12. & glos. in l. si desertorem. §. si ad diem. in verbo, commeatus. ff. de re milit.* & Bal. *in l. si ea. C. de condit. insert.* ac Roman. *in singular. 453.* 8

Aduertas tamen, quod † æquiparatio absentiæ, & infirmitatis superius allegata, non stricte, sed largo modo accipitur iuxta sententiam Alexan. *in l 1. col. 22. ff. de offic. eius, cui mand. est iurisdict.* 9

Rursus hoc addas, quod Aduocati † allegata absentia operatur, vt iudex dilationem concedere debeat, quoties tamen eadem absentia modico tempore sit duratura, alias secus, *argum. d. l. si longius.* & ibi Angel. Bart. & Doct. 10

Item, quoties quis plures habeat aduocatos, quo casu propter vnius absentiam dilatio dari non debet, vt notat Angel. *in l. non idcirco. in princip. ff. de iud.* hoc pariter tenet Dec. *in rubr. ff. de repud. bon. possess. num. 3.*

Sed an possit Aduocatus † pestis metu discedẽs, integrum habere salarium, & dicas, illum salario integro non esse defraudandum, quoniam eo casu, pestilentiæ suspicio pro pestilentia habetur Petr. Roy. *decis. 4. Litua. nu. 384. & seq in decis. diuers.* quem refert Arism. Tepat. *sub rubr. de salar. & stipen. notab. 29. lib. 1.* ad id facit illud, dum dicitur † idem de suspicione & præparatione belli, quod de bello asseritur esse iudicandum vt notat Petr. de Anchar. *in cons. 87.* & Imol. *in cons. 7. circa finem.* 11 12

Digitized by Google

13 An autem absentiæ † causa per substitutum Aduocatus seruire possit? hanc materiam explanant Doctores *in d l.1.ff.de offic.eius cui mand. est iurisdictio.* quoad Doctores legentes & Iudices, & præcipue Dec. *ubi sub num. 65. cum pluribus seq.* & respectu Aduocati dicendum esset, quod ex quo electa est personæ industria, præcipue ad hunc specialem actum, non posse per substitutum seruire ad ea quæ disponit text. *in l.fideicommissa.§.si quis ff.de leg.3* quod confirmatur, nam salarium quod ratione personæ constitutum datur, personam egredi non debet, sic Puteus. *decis.1.libr.3.* & si subrogatio quandoque concedatur ex causa, dummodo subrogatus sit æque idoneus, *l.agentes.C.de prapos.agent.in reb.libr.12.* vbi Bar. *in fin. & in versi. Item aduerte.* Bald. *in l.parabolani. C.de episc.aud* & Alex. *in l.stipulationes commodißime.ff. de verb.obligat.& in l.1.§.1.ff si quis test. liber* Quo casu, subrogatus salarium eius habere debet pro quo subrogatus reperitur. Angel. *in Auth. vt cler. qui recedunt.col.5.notab.primo.* tu tamen maturius deliberabis, atque videas in argumẽtum adducta per Spec. *in § sequitur.nu. 1. de salar. Aduoc.* dirigas pariter iudicium tuum iuxta opinionem Bart. *in l. nemo est qui nesciat.ff.de duobus reis constituen.*

14 Caput vero, propriam Aduocati † vel communem causam respiciens quoad salarii præstationem attingere opus est. Et breuiter dicas, quod, aut causa cum alio communis est, & tunc salarium pro rata debetur sin vero propria, eo namq; casu, non pro salario, sed in causam damni, & interesse cedere dixit Boer. *decis.* 20. vbi pariter habetur, nũquid

15 Aduocatum † siue Patrocinantem gratis habens, expen-

Digitized by Google

expensas nihilominus repetere possit, ac tibi aperta sint tradita *per Mynsinger. obseruat. 2. centur. 1.* & per Bar. *in l. cũ quidã. prope finem. C. de fruct. & lit. expen.* nec omittas ea quæ prudentissime scripsit D. Io. Baptista Costa publicus Ticinensis professor *de ratione siue considerat. ratæ. quæst. 122. nu. 15. cum seq.*

Sed nunquid † in causa appellationis teneatur Aduocatus patrocinium p̃stare, & eodem salario iam cõstituto, munus suum impartiri, hoc optime tradidit Spec. *in d. rubric. de salar. Aduoc. versic. sed nunquid Aduocatus. n. mihi* 11. & 12. quocirca pariter non te fugiant ea quæ scripsit Boer *quæst. 285. n. 11.* nec te prætereat Bart. doctrina *in l. 1. §. aduocatos. ff. de var. & extraord. cognit.* ac Baldi intentio *in l. 1. C. de suffrag.* his adiunctum capias Alex. *in cons. 96. lib. 2.* 16

Et an possit in causa appellationis aduocare, vide Capel. Tholos. *quæst. 278.*

Ad illud autem † quod diuersos tangit articulos, quæritur, nunquid Aduocatus deuictus certo constituto salario, ad defensionem litis plura capita continentis, totum & integrum salarium consequi valeat, vbi non omnia sed illorum partem vicerit? Huic propositioni respondet Spec. *tit. de sal. sub rub. de salar. aduoc. versicu. sed pone quod nomine palmarii. & idem in §. nunc videndum. versic. fin. tit. de expen.* videasque Bal *in l. 1. quæst 4. vbi etiam Azo. nu. 3. C. de suffrag.* & D. Costam *loco de quo supra nu. 16.* 17

Sed an Aduocatus † patrocinium præstare teneatur, si causa mutetur, vide gl. *in l. sed & hæ. la 25. §. non soliũ. ff. de proc.* ac Bar. *in l. Mæuia. §. vxore. n. 4. ff. de an. leg.* 18

Quid autem si Aduocatus † recepit salarium, vtrum ad illius patrocinium p̃standum extra ꝓuinciã cogi possit? Ideo distinguendo dicas, quod aut 19

Digitized by Google

Prouincia est remota, tuncq; non tenetur, aut vicina consideratur, & eo casu tenetur, & in hoc speciali casu, quisnam † remotus, aut vicinus dicatur locus, id iudicis arbitrio fore dimittendum tradit D. Menoch. *de arbitr. iud. cas. 565. nu. 3. centur. 6. li. 2.*

20

21 Quod autem ad præexistentem † potentiam attinet, dicas quod constituto salario, aut Aduocatus siue Patrocinans potest patrocinium in causa præstare, sed recusat, & tunc aut recusat ob legitimam existentem causam, vt puta quia ignorabat litem futuram esse cum eius consanguineo & similibus, tunc non tenetur patrocinium susceptum exercere, quia videmus etiam Fisci Aduocatum † contra

22 seipsum, ac suos, ad patrocinandum cogi non posse, etiam si ex publico sit salariatus *l. petitionem*, & ibi Bald. *C. de aduoc. diuers. iud. l. penult. & finali. ff. de postul.* & Ias. *in tract. de Syndic. in verbo. potestas.* quo casu, receptum salarium restituere tenetur, illud siquidē datur pro mercede laboris, *ex sæpius allegata l. prima. § honorariis. ff. de var. & extraord. cognit.* & cessante causa &c. si vero absque legitima causa recusat, & tunc inuitus cogitur patrocinium susceptum adimplere, sicuti inuitus cogitur illud suscipere, text. *in l. 1. § ait prætor. ff. de postul. & l. providendum. § 1 C. eo. tit.* Bal. *post glos. in l. 1 col. 2. versic. sed dubitat. C. de suffrag.*

23 At quando † clientis culpa impeditur Aduocatus, quo minus causa expediatur, vtique tunc salarium suum habere debet. *l. qui operas. la 41. ff locat. l. fin. &* ibi Bal. *C. de condit. ob cau. &* Spec. *in §. sequitur. versic. sed pone. tit. de salar.*

24 Item nota, quod Aduocatus ad † restitutionem salarii tenetur, quoties in causa fuerit negligens, aut dolosus *l. si vacantia.* & ibi Angel. *C. de bon. vacan.*

libr.

Digitized by Google

libr. 10. Bart. *in l.* 1. *ff. mand.* & Bal. *in l.* 1. *col.* 1. *C. de aduoc. diuers. iud.* Vnde Card. *in clem. saepe. de verb significat.* dicit, Aduocatum tunc ad salarij restitutionem teneri, quando per imprudentiam vel negligentiam, aut infidelitatem causam amisit, ac ad damnum resarciendum, quoties ex pertinacia, aduersantem iniustè succumbere fecit.

An autem Aduocatus, † qui causam defendere nesciuit, teneatur ad fundi restitutionem, quem pro patrocinio habuit, vide Doct. & praecipuè Bart. & Alex. *in leg. cum quid. ff. si cert. pet.* Vnde Nauar. *in suo Manuali. cap.* 25. *dixit*, quod si Aduocatus † ob 26
notabilem negligētiam, vel ignorantiam perdit iustam causam. peccat, & tenetur parti, si pars ignorauit eius ignorantiam, si verò sciebat, nisi de dolo, & lata culpa tunc tenetur.

Tandem causa mortis † an heredibus salarium 27
transmittatur? vide Bart. *in l.* 1. *C. de annon. ciuil.* & an debeatur † pro toto anno, vel ad ratam anni, eun- 28
dem Bart. vide *in l.* 4. *ff. de offic. Assess.* nec omittas documentum Mynsinger. *obseruat.* 8. *centur.* 3.

Haec est autem firma in iure conclusio, salarium Aduocato deberi pro toto anno, si in principio, vel medio, aut fine anni praestiterit Patrocinium, quod verum intelligas, quoties per Aduocatum, vt supra, non steterit, aut per mortem munus suum explere nequiuerit Gail. *obseruat.* 44. *libr.* 1. Petr. Royl. *decis. Litua.* 4 *num.* 384. *in decis. diuers. tom.* 2. ac Nat. *in cons.* 452. *nec omittas* ea quae Bart. adducit *in saepius allegata l.* 1. §. *diuus. ff. de var. & extraord. cognit.*

An autem † Aduocatus, & Causidicus, possint 29
retinere processum loco pignoris videas Boer. *quaest.* 15.

Digitized by Google

Circa Aduocati salarium, vide ea, quæ scripsit D.Menoch. *de arbitrar. Iud. cas. 513. centur 6. libr. 2.*

10 Nunc tandem videre superest an Procurator salarium ex officio Iudicis petere possit, quocirca aliqui voluerunt salarium minime constitutum peti non posse, præcipue Bald. & Fulgos. *in l. salarium. ff. mand.* Alex. *in cons. 109 vol. 6.* Dec. *in cons. 302. in fin.*

Contrarium dixerunt Iacob de Aret. & Cyn. *in le. 1. ff. mand.* Angel. Aret. *in § personam. Instit. de actio. colum. antepenult.*

Sed priorem veriorem opinionem esse affirmauit Gabr. *in suis commun. conclus. libr. 2. de Procurat. cõclus. 5.* quam tamen conclusionem non procedere dixit dict. Gabr. quoties Procurator operas suas locare soleat, quo casu illas locasse secundum cõsuetudinem videtur, sic declarante Bart. *in l. 1 § ludi quoq; ff. de var. & extraor. cognit.* idem asserit tenere Salicet. *in l. aduersus. C. mand.* ac Alex. *in d. cons. 109. volum. 6* nec non & Socin. *in cons. 196. col. fin.*

Item sublimitauit allegatam conclusionem non procedere, quando principalis alium habiturus fuisset, qui gratis opus illud perfecisset, & sic alium conducturus non fuisset, sic referente Federic. de Senis *in cons. 218. & cons. seq.* atq; suffragante Alex. doctrina allegato *cons. 109. 6.* vol. ꝙ tamen verum intellexerim, quando Procurator præambula scientia, circa gratuitam operis præstationem ab altero præstandam se ipsum obtulerit, patrociniũque suscepturum promiserit, quia alias succedit iuris præsumptio, vt scilicet nemo absque præmio laborem præstare præsumatur, vt dixi superius *in cap. 8. num. 5.*

Et quod

Digitized by Google

Et, quod omnis labor † dignum præmium habere debeat, retulit Hippolit. Marsil. *in singular.* 693. dummodo tamen honestum sit, Spec. §. *sequitur. n.* 10. *de Salar.* de quibus pariter verba feci in tract. *de author. Notar. cap.* 41. *num.* 7. alias ex communi sententia tenetur Aduocatus ad † restitutionem salarij immoderate extorti, Innoc. *in c. quia pleriq; de immunit. eccles.* Summa Tabiensis *in* §. *Aduocatus. numer.* 16. post alios quamplures quos refert atque sequitur Ala. *de Aduocat. & Causidic. Christ. quæst.* 10. *circa finem.* 31 32

Quomodo pariter, & quando sine promissione debeatur salarium, & præcipue quid in Procuratore, Syndico, Intromissoribus, Medico & Aduocato, Arbitro, Tutore vel Curatore, & denique officiali, breuiter & perpolite id remissiue scripsit Prudentissimus D. meus Io. Baptista Costa I.C. Papien. *in tract. de port. rata siue congrua, quæst.* 13. *cui lectorem remitto.*

Et tandem, an Aduocato fungenti etiam Causidici officio, duplex debeatur salarium, vide ea quę infra colliguntur, *sub tit. de Causid. cap.* 3. *num.* 1.

Gratuitum an esse debeat pro paupere patrocinium, aliquantum disceptatur.

CAPVT X.

S V M M A R I A.

1 *Gratuitum, in causa miserabilium personarum, debet ab Aduocato præstari Patrocinium.*

2 *Patrocinando pro paupere, ab eodem quidquam capiens, pœnam conscientiæ incidit.*

3 *Pauperis patrocinium recusans Aduocatus, ab aduocationis officio suspendi potest.*

4 *Salari-*

4 *Salarium Aduocato, an & quando ab ecclesia Cathedrali debeatur.*

5 *Ecclesia opibus carens, inter miserabiles personas connumeratur.*

6 *Pauper quisnam dicatur.*

7 *Inops quis nuncupetur.*

8 *Pauperum appellatione ecclesia continetur.*

9 *Miserabiles quinam nuncupandi.*

10 *Miserabiles, id est, quasi miseriæ habiles.*

11 *Miserabilis, & pauperis differentia quænam sit.*

12 *Persona quænam miserabilis, & qui nam pauper dicatur arbitrio Iudicis relinquitur.*

13 *Aduocatus, qui potest in causa pauperis in extrema necessitate constituti, recusans tamen patrocinium suscipere, mortaliter peccat.*

14 *Aduocatus, an gratis patrocinium præstare teneatur, remissiue.*

15 *Aduocato pauperis, an ex publico debeatur salarium, remissiuè.*

SED vtrum Aduocato patrocinium quandoque
1 gratuitum adhibere sit necessarium? illud † equidem in causa miserabilium personarum sic exhibendum esse dixit Bald. *in l. si furiosi. C. de nupt.* motus etiam ex § *ne autem. Auth. de iudic.* idcircò Petrus de Gerard. *in l. singul. 73 num. 4.* Patrocinantem admonet, ne quid † paupertatis causa pro patrocinio
2 capiat, sub conscientiæ pœna, ex doctrina Alber. *in leg. 1. C. de suffrag. & in l. ne quicquam. ff. de offic. proconsul.* cum reliquis eo loci ab eodem recensitis: idem habetur *ex l. tam dementis. in fin. cum glos. C. de episc. audien.* & hoc etiam habet locum in iis, quibus patrocinio eget Ecclesia, Angel. Auth. *de alien. & emphiteusi.*

§ *hoc*

§ *hoc etiam .col.2.collat.9.* cui addas ea, quæ per me ad horum confirmationem tradita sunt in Tract. *de Author. Notar.cap.41.num.1.* & qui † pauperibus inopiaque laborantibus gratis patrocinium præstare 3
recusat, ab eiusdem Aduocationis officio suspendi possit, refert D. Menoch. *de arbitr.iud. cas.369. nu. 3.& 4.centur.4. libr.2.*

Sed Card. *in clem. statutum .quæst.6.de elect.in 6.* intrepidè sustinet salarium † Aduocato seu Procura- 4
tori ecclesiæ Cathedralis, etiam sede vocante deberi, quod tamen veridicum esse crediderim, quoties agatur de salario constituto per Ecclesiam opibus affluentem, iuxta illius possibilitatem, secus in Ecclesia † opibus carente, quoniam tunc inter mi- 5
serabiles personas connumeratur, pauper † enim 6
is dicitur, qui parum habet, & inops † qui nihil pos- 7
sidet Paul. de Castr. *in l. id quod pauperibus. C. de episc. & cler.* & circà hoc vide quæ scripsit Alex. *in l. si vero. §. qui pro rei. ff. qui satisd. cogant. & in l. qui accusare. ff. de action. atq; in leg. si constante. ff. solut. matr.* Vnde pauperum † appellatione Ecclesia continetur Bald *in l. si* 8
omnes in princip. col.2. & in l. si quis ad declinandam. C. de episc. & cler. versic. iuxta hoc quæro. & in dubio quomodò sit pro Ecclesia iudicandum, videas Lud. ab Assis *decis. Lucen. 3. cum seqq.*

Miserabiles † autem ij dicuntur, quibus natura 9
ad miserendum mouetur, secundum Io. Andr. quẽ refert Abb. *in c. significantibus. de offic. deleg.* Ideò miserabiles † dicuntur quasi miseriæ habiles iuxta sen- 10
tentiam Isiodori Etymolog. *libr.3. quem refert* Rebuff. *de sentent. prouision. artic.3. gl. vlt. num.15.* ad differentiam † pauperis, qui is dicitur, qui habet vnde 11
viuat, & si non commodè, secundum personæ suæ

statum,

Digitized by Google

ſtatum, & dignitatem D. Menoch. *de arbitr. iud. caſ. 534. num. 17. centur. 6. libr. 2.*

Ex nouis autem Mediolani Conſtitutionibus *ſub tit. de Notar. publ. in §. in cauſis pauperum. verſic. Hi vero.* ij pauperes & miſerabiles intelliguntur, pro quibus iam atteſtatũ fuerit mediante credulitatis iuramento.

12 At quænam † pauper, & quæ miſerabilis perſona habenda ſit, id iudicis arbitrio fore conſtituendum, deduxit D. Menoch. *de arbitr. iud. caſ. 65. & caſ. 66. centur. 1. libr. 2.*

Pauperi ergo, & Eccleſiæ pecunijs, & facultatibus carentibus, & ad ea quæ præcipue eccleſiæ pertinent libenti animo quilibet gratis ſeruire properet, quoniam ſeruitium Eccleſiæ præſtare, dicitur Deo ſeruire, & ſeruire Deo regnare eſt; ideoq; Ad-
13 uocatus † qui poteſt, ſed recuſat in cauſa pauperis in extrema neceſſitate exiſtentis patrocinium ſuſcipere mortaliter peccat, ſicut & in alijs miſericordiæ operibus. *diuus Thom 2. 2. quæſt. 7. artic.* 1. id etiam refert Sum. Armil. *in verbo, aduocare. n.* 13. videaſq; Felin. *in c. 1. de offic. iud.* & Iaſ. *in leg. eum qui res. col. vlt. C. de procurat.*

Et quod gratis Patrocinium pro miſerabilibus perſonis præſtandum ſit, iubent Nouæ allegatæ Mediolani Conſtitut. ſub allegata rubr. *de Notar. publ. & ſub rubr. de Aduoc. miſerab. perſon.*

14 Et an gratis † Aduocatus operam ſuam præſtare teneatur, vide Spec. *in tit. de Aduocat. Salar.*

15 Sed an Aduocato † pauperis, etiam ex publico ſalarium debeatur? videas Bald. *in l. ſi furioſi. in verſic. nota quod Aduocati. C. de nupt.* & ſi contrarius videatur *in l. 1. & 2. verſic. tu tene. Codic. de ſuffrag.* non omittas

tamen

tamen ea quæ per Felin. ad huiusmodi declaratione n enucleantur *in c. ex literis. de offic. iud.*

Reliqua ad huiusmodi caput pertinentia, suppleas, vt infra de Causid. in octauo, & nono principalibus membris, in ordine constitutis, dum de charitate, & viduarum patrocinio suscipiendo verba facio.

Quamplurima siquidem notatu digna, circa officium Aduocati recte, & legitime subeundum, hic essent recensenda, quæ ne per repetitionem ad vnicum hercle librum compilandum superflue ostendam, illa effugio, quorumq; omnium diffusa, per excellentem Amplissimorum Patrum doctrinam habetur scientia, & ea quæ personam Aduocati respiciunt, cum ad illius actus vltra præmissa iuridice dirigendos, tum etiam ad illius officium sub legis permissu quibuscunque impartiendum, id est, quid sibi liceat, vel prohibitum caueatur, breuiter attingam.

A munere postulandi quænam interdicantur personæ, nec non & quid à Postulante effugiendum, atque amplectendem sit, demum quibus patrocinans impius subiaceat calamitatibus vnica mixtura contexitur.

CAPVT XI.

SVMMARIA.

1 *Personæ quænam à postulandi munere arceantur.*

2 *Aduocatum Christianum, & Sacrosanctis Catholicæ Religionis mysteriis imbutum esse oportet.*

3 *Aduocato quænam ab aduersario cum veritate tamen obijci possint.*

4 *Ab Aduocato quænam vitanda sint.*

5 Aduo-

5 *Aduocare prohibitus, an in Camera consulere, & allegationes in scriptis dare posit.*

6 *Aduocatus quisnam propriè dicat.*

7 *Aduocato, per clientem propalatis secretis nunquid concedatur patrocinium contra propalantē, remissiuè*

8 *Aduocatus, an pro bannito patrocinari valeat.*

9 *Ab Aduocato, quæ principaliter sint obseruanda, ex doctrina Iodoci, sub nouennio numero recensentur.*

10 *Aduocatus, in quibus malis deprehendatur.*

11 *Aduocati prærogatiua, remissiuè recitantur.*

QVATVOR principalia necessariò sunt discutienda.

Primo, quęnam personę aduocare prohibeātur.

Secundo, quid ab Aduocato cauendum.

Tertio, quid ab eodem ad vnguem sit obseruandum.

Et deniq; Aduocati sceleste patrocinantis miserias, & calamitates edocere, nostrum, alterius Authoris suffragio, id erit studium.

Quod ad primum igitur attinet, infrascriptæ
1 personæ † in iure à patrocinio præstando excluduntur, scilicet:

Mulieres *le.1.§.sexum.ff.de postulan.* vide tamen ea quæ habentur infra *sub tit.de Causidico .cap.2.*

Pueri *d.l.1.§.initium.ff.eod.tit.*

Mancipia vel Serui Spec, *tit.de actor.* §.1.*num.*17.*lib.*1.

Muti, & Surdi *leg.*1.§.*casum dum cæcum.ff.d.tit.de postul.*

EXCOMMVNICATI, vel
PAGANI,
HÆRETICI
SCHISMATICI,

APOSTA

Apostatæ,

Iudæi,

Sarraceni.

Vel quilibet alius infidelis, oportet † enim Aduocatum Christianum esse, & Sacrosanctis Catholicæ religionis mysteriis esse imbutũ. *l. fin. & ibi Bart. C. de postul. Ias. in rubr. ff. de iustit. & iur. col.* 1. qua de re Nauar. *in suo Compen. in verbo, Aduocatus. num.* 9. dicit quod qui aduocandi officium vult gerere, debet esse baptizatus, *ex c. nemo. de pœnitent. distinct. 1. & l. nemo. C. de postul.* 2

Episcopi ratione irreuerentiæ, & occupationis. *c. te quidem. 2. quæst. 1. c. quia. 3. quæst. 3. & c. prælatum.* 88. *distinct.*

Sacerdotes, nisi quatuor in casibus, & in causis ciuilibus, scilicet:

Pro Se,

Pro Sva Ecclesia.

Pro personis coniunctis vsque ad quartum gradum, quoties tamen alium, vel æque bonũ habere non possunt.

Et deniq; pro miserabilibus personis, quæ proprias non possunt ministrare causas, vel ecclesiastico indigent auxilio *c. Sacerdotibus. extra. ne cler. vel monach.* & glos. *in c. denique. 14. quæst. 5.* Sed in criminali causa omnino coram Iudice sæculari aduocare prohibentur *c. sententiam. d. tit. ne cler. vel monach.*

Clerici, & ipsi prohibentur, præterquàm in prædictis quatuor casibus, *c. cum Sacerdotes. de postulan.* Vtrum autem clerici possint causas criminales agere, id explanat Ala. *in tract. de Aduoc. & Causid. Christ. in quæst.* 4. & an clerico pro accusato postulare sit permissum, illud breuiter enarrat *in quæ.* 5. A-

An autem clerico in minoribus constituto postulandi officium concedatur hoc explicat *in quæstio.* 3 & an idem in clerico Sacerdote consideretur, id caueetur *ex quæst.* 6. tandem an clerico liceat in scriptis allegare, hoc habetur ex quæst. 8. in dicto met tract.

Monachi tamen admittuntur canonici, & regulares, nec etiam in curiis Spiritualibus siue in foro Ecclesiastico præterquam in iis, quæ spectant ad commodum siue vtilitatem suorum monasteriorum, cum consensu tamen eorum prælati *c. monachi est.* 16. *quæst.* 1. *& l. repetita. C. de Episc. & cleric.*

Et ideo si quis Aduocatus prædicta patiatur, tunc contra eum, repulsam scilicet & interdictum sibi ex iuris dispositione esse dandam: neque omittas quæ circa aduocationis prohibitionem recitat memoratus Ala *in d. eius tract. in quæst.* 1. Præterea etiam † opponi potest contra Aduocatum, vt à tali munere desistat, quoties sit

SVRDVS,
MVTVS,
LVNATICVS,
CÆCVS,
Aut perpetuo FVRIOSVS,
SERVVS,
Aut minor 17. Annis,
Aut MVLIER,
Aut in corpore suo muliebria passus, id est, quod vi prædonum, vel hostium stupratus fuerit.

Vel quod de capitali crimine, aut de calumnia publ. iudicii fuerit damnatus.

Vel quod aliquando operam suam locauerit, vt cum fera dentata in arenam pugnaret: hæc omnia

Digitized by Google

mnia habes *in l.1. ff de postul. & in c. 2. quaest 7.*

Item quod sit infamis, vel de infamia iuris notatus. *§. fin. Instit. de except. l. 1. § hoc edicto. & l. quos prohibet. ff. de postul. & l. quisquis. C. eod. tit.*

Et ideo Simoniacus,

Falsus Testis,

Vel contra officium peccans, ob infamiam postulare hi prohibentur.

Item, quod à Iudice ad tempus siue in perpetuum postulare fuerit prohibitus. *l. puto. cum leg. seq. ff. de postul. l. fin. C eod. tit.* quare Spec. *tit. de Aduoc.* dicit huiusmodi exceptionem esse iuridicam prohibitionem, quia ex eo quod quis aduocare, vel accusare prohibetur, id publicam quoque infamiam secum trahit, & prohibito eam irrogat, hæc eadem superius allegata refert Iodoc. *in sua praxi rer. ciuil. cap. 1 9. num. 1 cum seq* vbi etiam habetur, contra Aduocatum opponi posse,

Quod sit vir in officio suo parum fidelis.

Item quod immodica auaritia siti æstuet, & nimia habendi cupiditate rapiatur, quod vel hinc liquide apparet, quod pro vilissimo stipendio, tanquam deneget, & vile mancipium, pro quouis, & in quacunque causa, tam iniqua, quam æqua postulat, modo lucri quidpiam corradere possit, ob quam causam sibi malæ famæ nomen comparat, & reiiciendus videtur.

Item quod fuerit cum clientulo de parte litis pactus. *l. quisquis §. praeterea. C. de postul.*

Item, quod pecunia fuerit corruptus, ne in causa aduocet *per text. in l. lege Iulia. ff. ad legem Iul. repetund.*

Ideo ne repulsa detur Aduocato, mox allegata

H 2 abeo-

Digitized by Google

4 ab eodem segreget, & secundo loco † caueat infrascripta, quæ pariter eundem ab aduocandi munere excludunt, iuxta sentētiam Iodoci, loco de quo supra, scilicet:

Ne nimium sit iniuriosus, & proteruus,

Ac nimium, & impertinenter verbosus,

Ne contra ecclesiam, in qua beneficiatus est, auocet.

Nec contra Episcopum, à quo beneficium recepit; quare absque ingratitudinis vitio contra eum à quo beneficium recepit, quis aduocare non potest, *arg. c. fin. de postul.* nisi tamen pro se coniunctis, vel miserabilibus personis agat. Spec. *in tit. de Aduo.* Item ne contra Dominum, cuius vasallagium gerit, causam agat, nisi tamen postulet pro eius coniuncta persona contra Dominum, quo casu feudum ob id amittere non debet, sic Spec *loco superius mox recensito*, & Iodoc. *supra citato cap.* 129.

Item ne postulet in causa, in qua ipse fuit Iudex.

Item ne in causa, in qua postulat, aliquando Iudicis sit assessor.

Item ne iudici sit domesticus, id est, quotidianus familiaris.

Item ne in causa in qua, quoad instantiam principalem auocauit, pro altera parte in aliis instantiis patrocinium præstet.

Item ne statim à partibus præstito iuramento longius, & ipse iurare differat, quod autem hodie parum obseruatur.

Item ne iussum iudicis, ad suscipiendum patrocinium spernat, nec differat, sed statim non existente legitima causa illud subeat.

Item

Item ne Decurio, & Magistratu fungens contra patriam auocet, nisi pro se, suis pupillis aut adultis, siue minoribus 25. annis, quorum tutelam aut curam gerit, causam agat.

Item ne post litem contestatam, exceptionem dilatoriam proponat, sub libræ vnius auri pœna, ex text. *in l. penult. C. de except.*

Item ne studio, doloseque sciens, ac volens, litem proroget.

Item ne iuris atque consuetudinariæ praxis sit imperitus, cum aliis à dicto Iodoc. recitato *cap.* 29. Tu etiam Specul. in vtramque partem hanc materiam accuratissime disputantem videas, *d. tit. de Aduoc.*

Quibus addas Aduocatum cauere, ne pro bannito patrocinium præstet, quia tunc auxilium eidem dare dicitur, & punitur, sic Guid. Pap. *quæst.* 640. videas tamen & Bar. *in l. post legatum. §. sunt qui putant. ff. de his quib. vt indign. ac in l. in furti. §. opem. ff. de furt.* & Doct. Canonistæ. *in c. cum P. de accusat.* nec non & Emanuel. *in suo communium opi. tract. in verbo, Aduocatus.* & Taig. *in vlt. quæst.* 82 *stat.* 2 *& in §. hæresis. versic. vlterius.* quos in proposito adducit Nicol. Carb. *in sua Praxi pract. cap.* 8. *libr.* 3. *num.* 70. nec prætermittas doctrinam D. Menoch. *de arbitr. iud. quæst.* 80. *libr.* 1.

Sed nunquid prohibitus † Aduocare, in camera consulere aut allegationes in scriptis dare possit? dicas quod vtique potest, vt cauetur ex Rubric. *ff. de postul.* quoniam vt inquit Summa Armil. *in verbo, Aduocare. in princip.* Aduocatus proprie † dicitur is, qui in iudicio apud eum qui præest iurisdi- 5

6

quenter per iuris terminos allegantur.

7 Postmodum autem † si quæratur, nunquid propalatis secretis alicui Aduocato, possit contra propalantem talis Aduocatus patrocinium suum præstare; ad hoc videas Spec. *in § nunc tractemus. nu. 11. & in glossa, in verb priusquam. in litera, F. & in verbo, re-e o... in litera G. tit. de Aduoc.*

8 An vero Aduocatus † siue Patrocinans pro bánito puniatur, examines Foller. id diligenter excutientem *in prax. crim. in verb. Banniatur. n. 19. chart. mihi 97.*

Sicuti igitur à supra narratis cauere debet Patrocinaturus, tanquam sibi contraria, sic & quid (ab eo tertium caput respiciens) obseruandum sit, breui sub compendio mirifice tradit allegatus Iodoc. *in d. praxi rer. ciuil. c. 96. sub n. 12. cũ seq.* sub infrascriptis formalib. verbis in hunc qui sequitur modũ, videl.

Sed hic Aduocatorum officia, & ornamenta p̃cipua, quæ bonos aduocatos plurimum commendant, quæq; necessario obseruare debent, si digne suo munere defungi velint, explicare oport... nouennio † numero hic complexi su... est, vt partium causa, exacte cu...
9 ius causa videbitur potior... stior, eam amplectar... ius vero causa in... ratione rem... modo co... cipi...

Digitized by Google

potius, quam contra iura dimicare pergant. *l. Aduocati. C. de Aduoc. diuer. iud.*

Secundum, gratiose se ger nt in verbis & sermonibus, ne falsa pro veris allegent, sed tum verbis, tum scriptis sint veracissimi.

Tertium, vt in stipendio aut mercede recipienda sint æqui, honesti, sic vt constitut m mercedem non excedant, neq; improba pet citate partes vrgeant aut sollicitent ad indebitã laboris mercedẽ.

Quartum ne ante institutionem litis, vllam cõuentionem cum partibus ineant aut paciscantur, cum illis de vlla bonorum participatione ex eo processu consequenda. *l. si qui Aduocatorum. C. de postul.* Hæc quatuor Aduocatorum insignia longe ornatissima omnibus Aduocatis & Procuratoribus (inquit) ex animo precor, q̃ ipsos sic cohonestabunt & nobilitabunt, non minus apud Deum q̃ apud homines, vt nulla res eos in tali officio [illegible] decere possit.

Aduocatus præterea, qui aut causam [illegible] verbo agit, aut qui libellum conscribit, [illegible] seruare debet.

Primo vt [illegible] ciloquus [illegible] [illegible] diffama[illegible] [illegible] c. [illegible] ben[illegible] de- [illegible] eru[illegible] nda [illegible] offi[illegible] s sup- [illegible] q; mox [illegible] *vitæ hum.* [illegible] xi, & q [illegible] nandi lau[illegible] c ipsius offi[illegible] m duxi, & quo[illegible] rum re-

H 5

pertinenter ſeruientem legem habeat, tunc allegare poterit gloſſam ordinariam, aut Doctorem aliquem in iure probatum & receptum, aut ſeipſum iuuare poterit, textibus, gloſſis & Doctoribus iurium Canonicorum, aut per authoritates ſacræ ſcripturæ ad maiorem corroborationem eorundẽ iurium Canonicorum.

Tertio, ipſi in hoc diligentiſſime obſeruandum erit, ne falſas allegationes, doloſe pro veris protrudat, neue illa falſa iura fraudulenter comminiſcatur, nam quiſquis hæc patrauerit, is ſicuti falſarius acerrime puniendus erit.

10 In tribus † autem malis Aduocatus deprehenditur, in citandis iuribus, commiſiſſe dolum, & fraudem.

Primo, quando dicit Imperatori aut Principi, ea iura non licuiſſe aut potuiſſe condere, atque eo caſu puniendus eſſet de crimine læſæ Maieſtatis.

Secundo, quando dicit homines eſſe iniquos & iniuſtos, atq; eo caſu puniretur vti Sacrilegus.

Tertio, quando per propriam atque innatã ſimplicitatem, & ignorantiam vilipendit, contemnit, & non obſeruat pœnas ab iiſdem iuribus conſtitutas, nam eo caſu puniendus eſſet extraordinarie.

Quarto, ne alia proponat, quam quę propoſito, & materiæ ſeruiunt, ſic vt ſi ipſius propoſita, poſtea à iudice vel ab aduerſario examinarentur aut probarentur, & à ſubiecta materia comperirentur iuxta ipſius ſententiam, nec eſſe abſurda, nec aliena, ſed in ea potius pertinenter fundata.

Poſtremo & quinto, Aduocatus diligenter obſeruare debet, ne concluſionem ſuam tam præciſe ſtatuat, vt iudici non liceat hanc excedere, aut ali-

ter

Digitized by Google

ter quam iuxta ipsius conclusionem decernere, aut iudicare, siquidem tamen ratio ipsum ad hoc faciendum admonuerit. Sed (quod dolendum est) videmus hæc ornamenta tam appetibilia in multis locis, tā raro appeti, vt potius neglectui habeantur, dum Aduocati, & Procuratores passim quascunq; causas, etiam iniquissimas quoquo modo defendūt, & partes inter sese longis processib. committūt, & falsa pro veris defendunt, & longis procrastinationibus cuncta producunt, in mercede digna difficiles, & cum partibus in paciscendo lucri causa admodum faciles, qui digni sunt, in quos Magistratus seuerissimè animaduertat, ne quid addam amplius, quia hunc potentissimum de veritate dicenda campum, altius ingredi non libet: adhuc ille Iodoc. istiusmodi superius recensita diligenter protulit.

Quare (tandem) si maxima Aduocatorum siue Patrocinantium prærogatiua, & dignitas ex per me narratis dignoscitur, quam doctrinæ Rederici Zamoren. medio, superius *in cap. 6. post medium.* demōstraui quam plurimisque gaudeant priuilegijs in iuris corpore consistentibus, & ex Doctorum traditionibus apertis, & præsertim à Franc. Marc. *quæst. 649*. animaduertendum tamē est, vt sibi demādata diligenter custodiant, ne secus effugienda amplectentes, sese miserijs, & calamitatibus supponant, atq; subiaceāt quas optime dilucideq; mox allegatus author claras facit *in suo Speculo vitæ hum. cap. 18. libr. 1.*

Et sicuti de Aduocandi, & patrocinandi laudibus ab eo tradita scripsi, sic etiam de ipsius officij periculis verba facere operæ precium duxi, & quo-

Digitized by Google

rum recensitorum ab antedicto Authore scripta formaliter infrascripto ordine repeto, videlicet:

Iurisperitorum, eorũ ps̃ertim, qui forenses causas
„ agunt in iudicio, quos Aduocatos, & Causidicos
„ appellamus. q̃ sit periculosum exercitium, nemo
„ apertius q̃ Aduocatus ipse intellexit: Sed & quã-
„ tum hominib. sit inutile, ac perniciosum, nemo
„ rectius agnouit q̃ qui pro eius infortunio Aduo-
„ cato indiguit. Hui⁹ exercitii damna, atq; pericu-
„ la, nõ facile enarrari possent, ex multis aũt, peri-
„ cula quædam in mediũ adducenda decreuimus.
„ In primis naturã artis atq; exercitii cõsiderare o-
„ portet: est.n. huius generis Patrocinatio in causis,
„ quia difficile est Aduocato, & Causidico, vnũ iu-
„ uare, quin alterũ lædat, cui pulchre Ambr. dicere
„ videtur, Qui non põt alteri subuenire, nisi alter
„ lædatur, cõmodius est neutrũ iuuare, q̃ alterum
„ grauare; vnde super illo verbo, *impio prębes auxiliũ.*
„ August. ait, callidi argumẽtatores, & iurispiti fal-
„ laces, dum cupiunt ditari, vix p̃uaricationis peri-
„ culũ fugiunt, cõtrouersias actionesq; causarũ cõ-
„ tra ipsa iura vertũt, & vt aduersarios coerceãt, ius-
„ sionib. legũ ad illudẽdos Iudices, exquisitis exẽ-
„ plis, multiplices intellectus & cauillosas à legib.
„ eliciunt cõiecturas; quid igitur in eis laudẽ, non
„ facile inuenio; vendunt.n. linguã suam, q̃ Spir. S.
„ donũ est. Placuit mihi subtrahere ministeriũ lin-
„ guæ meæ à mũdanis loquacitatis meæ, ne cæteri
„ mei exemplo, iam non legẽ Domini, sed foren-
„ sia bella mercarentur, & ex ore meo arma furori
„ suo accõmodarem. Rursus non illis puto assen-
„ tiendũ, qui negant Causidicos lites nutrire sed
„ potius p̃scindere, cõtendunt, ex Ciceronis verbis,
„ argumentum assumentes, quę recte intellecta eos

lædunt; Ait enim eos qui leges ignorant, voluptates, & appetitus suos legibus sequi posse: sed ea verba quid aliud sonare videntur quam Aduocatos lites gignere, dum voluptuosis, & cupidis hominibus suadent legibus posse explere, quæ leges ipsæ vetant? Quis enim tam amens est, qui leges iustas asserat iurgia nutrire, quas dicit Cicero in eodem de legibus esse vitiorum emendatrices, virtutumq; comendatrices? sed ex mente Ciceronis elici posse, non leges sed legib. abutētes, qui sunt legistæ, lites nutrire, & educare perspicuum est, qui vt nascantur lites, spem victoriæ victis promittunt, adducentes innumera fallaciarum repagula, & astutiarum obstacula, secundum Policratum. Qui enim cæcus non est, liquido videbit, quia non hominum negocia, non causæ, non controuersiæ suscitant aduocatos, quinimò vt oculis cernimus, Aduocati ipsas causas gignunt, litigia suscitant, controuersias fouent, imò mouent atq; nutriunt. Præbeant huic veritati testimonium ea loca, quę certè beata dixerim, Vbi si desint Aduocati, ibi causę ipsaque litigia desunt: vbi vero aduocatorū turba strepit, ibi litium anfractibus tota ciuitas ardet, nec domus aliqua à litigio vacat: Vidi ego in Germania vrbes q̃ plurimas populatissimas quidē atq; optima politia gaudentes, in quib. ciuis vnꝰ iuris ignarus, in decidēdis causis penitus inexpertus, totius ciuitatis causas breui momēto, pacificè & incredibili silentio terminabat, vbi nec assistētia erat Aduocatorū, nec allegationū ingeniosa altercatio stupenti igitur mihi atq; q̃rēti cur in tāta vrbe, tā paruę atq; pꝑaucæ causæ agerētur, qd ve causæ erat, ꝙ nullꝰ ibi Aduocatꝰ adesset, respōsum tādē

„ eſt cum faceto modeſtoq́, riſu, vltimam eſſe cau-
„ ſam primi, addebãtq́; vt ego mihi ipſi inquiren-
„ do ſatisfacerem acſi apertè dixiſſent, pauculas
„ admodum cauſas in tribunalibus eſſe ſuis, cuius
„ rei illa erat ratio, quia nullum qui eas propone-
„ ret aduocatum facilè admittebant. Profectò non
„ inſulſum eorum dictum puto: plurimi quidem
„ nequaquam plerumq́; litigarent; quinimo ali-
„ quid forſan iniuſtè paterentur niſi aduocatorum
„ pronitas adeſſet, atq; eorum ſollicitudo, qui vin-
„ cere pollicẽtur. Nemo certò niſi inſanus, ſine ar-
„ mis bellum tentat. Quippe plurimi ſalui fuere,
„ quia illis arma defuere, & longè plures periere
„ armorum fiducia, quàm penuria. Tolle enim
„ phrenetico arma, præſtabis & vitã. Tolle cupidis
„ litigandi miniſtros, ſimul tolles & lites. Cupit e-
„ nim omnis artifex (vt Philoſophus in Ethicis vo-
„ luit) ſua laudare opera ſimul, & dilatare; ſic Poëta,
„ ſua Poëmata laudat, à cunctis recipi optat; ſic fa-
„ ber (vt inquit Horat.) ſua fabrilia tractat, ſtudetq́;
„ ſummoperè vt totus orbis eis indigeat; Cithari-
„ ſta denique omnes exoptat dies eſſe fauſtos at-
„ que ſolemnes; armorum & machinarum artifex
„ nuptiarum aut pacis tempore infecta habet, &
„ generaliter de pace non cogitat qui cum bello
„ lucratur. Nec aliter Aduocatus alienas cupit cõ-
„ trouerſias propinquorum, & cauſas exagitat, qui
„ ſuas non litigat, diſſidendo, litigando lucratur,
„ qui mendicaret ſi quietiſſimè omnes viuerent, &
„ paucis dicam, deſunt lites, ſi deſunt qui lites ca-
„ piant atque ſollicitent. Denique Apoſtolus ait,
„ ſeruos Dei non oportet litigare. Quomodò igi-
„ tur alienas opes litigando quærere poſſumus lici-
tè, qui

„tè, qui nostra proximo afferre iubemur, & iuxta
„Dominicum consilium, petenti clamydem pal-
„lium non negemus. Demum verò illud verissi-
„mum puto, quia longè minus Reipub. Christia-
„næ nociuum videbitur, si iudiciorum strepitus,
„si causarum deceptiones non habeat, si aduoca-
„torum penuriam patiatur, quam si per causarum
„& litigatorum atque aduocatorum copias, cha-
„ritatis ordo pereat, quæ in litigando seruari mi-
„nimè potest, & iterum longè minus perniciosum
„arbitror quosdam forsan iniustè opprimi, ob de-
„fensionis aduocationisq; defectum, quam plu-
„rimos, imo ipsam Rempub. eiusquè quietem tot
„tantisque, vt cernimus, litium perturbationibus
„concuti atque subuerti, quæ veluti quædam in-
„cendia cunctas Respub. adurunt atque confun-
„dũt. Postremo, quis causarũ, quis fori aut iudicia-
„lis strepitus, tam auidus est, quem non moueat
„imo terreant plurimum illa Bernardi verba, qui
„cum ad Eugenium ageret, ad eum inducere co-
„naretur, vt fideles ad diuinam legem discendam
„sectandamque alliceret, & aduocatorum astutias
„fugiendas esse ostenderet, quotidie (inquit) per-
„strepunt in tuo palatio leges, sed Iustiniani, non
„Domini; iustene, etiam istud tu videris; nam
„certe lex Domini immaculata conuertens ani-
„mas, ea autem non tam leges quam lites sunt, &
„cauillationes subuertentes iudicium. Tu ergo Pa-
„stor, & Episcopus animarum, qua mẽte obsecro
„sustines, silere illã, istas garrire? Puto quod ẽt hęc
„peruersitas te compellat ad Dominum dicere
„cum Propheta, narrauerunt mihi iniqui fabula-
„tiones, sed non vt lex tua. Hęc Bernard. de hu-
manis

„ manis legibus,& earum sectatorib. Rursus ni fal-
„ lor fallitur quisquis qui litigandi officium assu-
„ mit,& longè magis fallitur, qui artes litigandi,&
„ contendendi eligit, in quibus propter nocendi
„ facilitatem, quantò quis doctior,tantò nequior
„ euadit, vt de aleatoribus Policrates ait,vnde Au-
„ gust. forma (inquit) in eis est litigiosa, hoc ipso
„ laudabilior, quo fraudulentior. fateor enim vti-
„ lis est iuris scientia si eius professores intra eius li-
„ mites agerent, & legum terminos non transgre-
„ derentur, sed plurimi illis abutuntur, & falso
„ legum intellectu, & nouis interpretationibus,
„ sacris legibus illudunt: quod si secus agerent, pau-
„ peres admodum, & inopes, fateor tamen felices
„ viuerent. Ea de re sancti viri periculum tam prõ-
„ ptum imminuere, hoc exercitium tenentibus,
„ cernentes merito perfectis & Deo dicatis iuris,
„ nedum forensium causarum, interdicunt exerci-
„ tium; sed humanarum legum studium, quarum
„ inter cęteras illa est ratio, ne videlicet Iurisperiti
„ magnum æstiment eam iustitiam, quam ipsi cõ-
„ tinent, venerantur, & quam leges humanæ docẽt,
„ respectu eius iustitiæ, q̃ lex Dei continet, & ve-
„ neratur. Iustitia enim humana, q̃ leges sęculi pro-
„ fitentur, impleri indub e potest facultate, & na-
„ turæ viribus (Hoc tamen est intelligendũ de iu-
„ stitia humana, secundum apparentiam quandã,
„ & apud homines, cæterũ, neq; tota iustitia, q̃ in le-
„ ge humana requiritur sine speciali Dei auxilio ad-
„ impleri põt) q̃ eo maxime patet quia Christus in
„ Euang. ex duob. naturalib. p̃ceptis oẽs Leges, &
„ Prophetas pendere dixit, pulchre August. dedu-
„ cit in Epist. ad Volusianũ, diuina vero Iustitia, nõ
„ nisi superna gratia impleri põt. Quare ad hũc sen-

ſum verius, q̃ paulo ante Eſaias dicebat de huma-"
na iuſtitia Pãnus mẽſtruatæ iuſtitię veſtræ ſũt, ſed "
nec alienũ ab hac re videtur ꝙ Dñs in Euãg. ait; niſi "
abũdauerit iuſtitia veſtra plus q̃ Scribar. & Phariſ. "
non intrabitis in regnũ cœlorum; ꝙ vtiq; recte "
dici põt de humana iuſtitia, quanq̃ ICti, & Cauſi "
dici aſtruere nitantur, ꝙ Chriſtus fidelib. ſuis di-"
cere videatur, niſi abũdauerit iuſtitia veſtra plus q̃ "
Scribarũ, & Phariſæorũ, id eſt, Legiſtarum, & IC-"
torũ humani iuris, non intrabitis in regnũ cœlo-"
rum. Nec.n. hęc iuſtitia, q̃ ex humanis reſultat le-"
gib. ſola ad ſalutẽ ſufficit, cũ illa, vt Philoſ. in Po-"
lit. voluit, ſolũ Reipub. terrenã q̃etudinẽ appetat. "
Cuius gratia, plurima q̃ lex diuina vetat & punit, "
ipſa permittit aut iubet, vñ Auguſt. Lex ꝙ de re-"
gendis vrbib. datur, multa ꝓ temporali pace, aut "
ꝑmittit, aut iubet, q̃ lex diuina grauiſſime punit, "
vt in concubinatu, vſuris, præſcriptionibus, & "
multis aliis reperire libet. Deniq; lex ipſa huma-"
na, virtuti humanę, & naturali innititur, q̃ nequa-"
quã ad æternã felicitatẽ ſufficit, ſine ſpeciali auxi-"
lio diuinæ gratiæ, aliter aũt ſentiendum de diui-"
na iuſtitia q̃ tota Dei, & à Deo eſt: Dabo igitur ait "
mater pluribus perſuaſionibus, puta ſi id ſolum di-"
xerim, quia humani iuris ſectatores ſolo nomine "
iuris lætantur, cum rẽ ipſam non habeãt, imo ſub "
iuris atque iuſtitiæ obtentu ipſa iura, & iuſti-"
tiã perſequuntur, vt recte de eis dicat vera iuſti-"
tia; filios enutriui & exaltaui, ipſi vero ſpreuerũt "
me. Tãdẽ quis ille legiſta eſt, & laudabimus eum? "
qui (vt ait Auguſt.) dicat cliẽtulo ſuo, recipe, quod "
mihi, cùm tibi adeſſem, obtuliſti, redde aduerſa-"
rio tuo, ꝙ me iniuſtè patrocinãte abſtuliſti, cuius "
opera decepto iudice, & circumuẽtis legib. viciſti. "

Nec immerito prætereũdum esse iudicaui illud animaduersionis dignum, & cordi aduocato, seu Causidico diligenter commendandum, ne scilicet circa eorum operã præstandam, in causis Sacerdotum, & Religiosorum Ecclesiæque quandoque pecunia carentium difficiles se reddant, vt supra etiam per me deductum fuit *in cap.*10.*nume.* 5. *cum seqq.* Et quibus debetur omnis reuerentia memoriæ commendando ea quæ tradit Ala *in tract. de Aduoc. & Causid. Christ. exercitat.*10. dum hæc scribẽs dicit, videlicet:

Cum Aduocati & Causidici vbique in maximo honore habeantur, sæpe obseruaui religiosos viros & Sacerdotes in omni virtute Christiana præstantissimos obuios illis factos, conari è via decedere: quod vbi accidat, mirentur in primis Aduocati, illorum maximam animi summissionem, & abiectionem qui cum iudicio, & opinione Seraphici patris Beati Francisci. Angelos ipsos, ratione quadam dignitatis excellentioris antecedant, adeo tamen se deprimant, vt vellent loco cedere, vel ergo Aduocati, siuè Causidici, quantum in sese erit, hoc minime patiantur, vel si diutius contendere non licebit, Deo gratulentur, & gratias habeant, quod tantam virtutem seruis suis fuerit elargitus, agnoscantque se omni honore indignos. Sacerdotes autem, vel vt melius dicam Deum ipsum in Sacerdotibus summa pietate venerentur, hæc ille.

Prolixum nimis esset omnia quæ Aduocato spectant narrare, de quibusque multa præstantissimi viri scripsere.

Nec tamen ab Aduocato Doctore omittenda sunt ea quæ infra quandoque à Causidico minime

præter-

prætereunda proferam, quoniam vti correllatiui quodam modo ab vtroque officium patrocinandi exercente ad vnguem vt plurimum ab eodem Aduocato erunt obſeruanda.

Prædicta autem omnia præ mbulum, iuridicum tamen conſilium, cum vtili ope e ſubſequenti ad rectas ſemitas ſequendas Aduocato ſunt neceſſaria.

Finis eorum quæ ſupra ſub Aduocati Tit. continentur.

Digitized by Google

Digitized by Goog

IOAN. BAPTISTÆ MAGONII CAVsidici Papiensis,

DE RECTA IVDICIALITER Patrocinandi ratione à Causidico præmeditanda,

COMMENTARII.

Postulandi, & seu causas dicendi nobilitatem in se continere officium ipsum edocetur, postmodum nomine & effectu, cum separatim, tum mixtim dignitatis atque officii habita consideratione, Causidicorum differentia designatur.

CAPVT I.

SVMMARIA.

1 *Nobile quam sit postulandi officium exemplis demonstratur.*

2 *Postulationis officium ad quid tendat.*

3 *Aduocatio pro patrocinio capitur.*

4 *Aduocati, & Patrocinantes causarum patroni nuncupantur.*
5 *Differentia singulas species decernit.*
6 *Differentia quid sit.*
7 *Diuisio quomodo fieri debeat.*
8 *Ars postulandi nobilis dicitur esse.*
9 *Separatorum separata ratio consideratur.*
10 *Argumentum à separatis, bonum non dicitur esse.*
11 *Lex ciuilis cum diuina concordare dicitur.*
12 *Iura per ora Principum promulgata dicuntur.*
13 *Legistæ scribendo conantur, vt Christi præcepta obseruentur.*
14 *Procurator an ab Aduocato differat.*
15 *Nomina appellatiua ad libitum imponuntur.*
16 *Causa finalis attendenda.*
17 *Protegere idem est quod defendere.*
18 *Aduocati, & seu Causidici, aliqui nomine tantum, aliqui vere nomine & effectu dicuntur.*
19 *Procuratoris nomen, vti generale, ad quemlibet administratorem refertur.*
20 *Postulantes quinam dicantur.*
21 *Postulare quid sit.*
22 *Causidici officium ad quid tendat.*
23 *Causidici & Aduocati discrimen in quo dignoscatur.*

1 QVAM nobile, † quam honorabile, & quam laudabile, causas dicendi atq; postulandi officium esse dicatur, id cum ex antiquorum Patrum exemplo, tum etiam ex recentiori extimatione, & ex legum affirmatione, non obscure, sed dilucide manifestatur. Qua de re Valer. Max. *de vi Eloquentia cap.* 9. alterius Valerii vim & effectum his describit conceptis verbis, videlicet:

Regi-

Digitized by Google

Regibus exactis, plebs diſſidens à partibus iuxta ripam fluminis Anienis in colle, qui ſacer appellatur, armata conſedit; eratque non ſolum deformis, ſed etiam miſerrimus Reipub. ſtatus: à capite eius cætera parte corporis peſtifera ſeditione diuiſa Acni Valerii ſubueniſſet eloquentia, ſpes tanti imperii, in ipſo pene ortu ſuo corruiſſet. Is namque populum noua, & inſolita libertate temere gaudentem, oratione ad meliora, & ſaniora conſilia reuocatum Senatui ſubiecit, id eſt, vrbem vrbi iniunxit. Verbis ergo facundis ira, conſternatio, & arma ceſſerunt. "

¶ Iterum de M. Antonio Prætore idem Valer. Max. eo loci iſthæc profert, videlicet:

Quæ etiam Marianos Cinnanoſque mucrones, ciuilis profundendi ſanguinis cupiditate furentes inhibuerunt: miſſi enim à ſæuiſſimis Ducibus milites ad M. Antonium obtruncandum, ſermone eius obſtupefacti, diſtrictos iam & vibrantes gladios cruore vacuos, vaginis reddiderunt. Quibus digreſſis P. Antonius (is enim ſolus in ambitu expers Antianæ vocis ſteterat) crudele imperium truculento miniſterio peregit. "

Quam diſertum igitur eum fuiſſe putemus, quem ne hoſtium quidem quiſquam occidere ſuſtinuit, qui modo vocem eius ad aures ſuas voluit admittere? "

Maximum propterea decus, ingentemque famam, & Ciceronem, & quamplurimos alios ob Aduocationis operam præſtitam reportaſſe, atque fere immortales effectos, quiſquam diſfiteri haud valet.

At qualem, & quantam huiuſcemodi patroci-

nandi, & seu postulandi officium, etiam in viridi tempestate secum trahat authoritatem, neminē lateat, geniiq; p̃stantia quilibet imbutus vndiq; nobilitatem præ se ferre confiteatur.

2 Effectus † tandem ipse Postulantem nobilem demonstrat. Postulare siquidem est alicuius ius, & legitimam causam expressis demonstrationibus ostendere, firmis rationibus comprobare, statutisq; ac legibus in iudicio coram iudice tueri & defendere, quod omnium aduocatorum proprium esse debet sic dictante *l 1. §. postulare. ff. de postul.* scriptam etenim legem habemus repellentem quemlibet contradicentem, ex aureo text. *in l. Aduocati. C. de Aduoc. diuers. iudic.* cuius verba tibi abscōdita non sint, quæ sunt hæc, videlicet:

Aduocati qui ambigua facta causarum diriműt, suæq; defensionis viribus in rebus sæpe publicis, & priuatis, lapsa erigunt, fatigata reparant, non min⁹ prouident humano generi, quam si præliis ac vulneribus patriam parentesq; saluarent: milites ergo sunt, militant namq; Patroni causarum, qui gloriosæ vocis confisi munimine, in laborantium spem, vitam & posteros defendunt.

Cuius quidem textus aurea traditione, sic hilari fronte, moderna tempestate gloriari possunt Aduocati atq; Causidici, qui illorum facundia ac dicendi genere, ipsius à Legislatore traditæ demōstrationis ad vnguem obseruatores sic se demonstrant, vt quidem triumphis laudibusque in eo cōsistentibus gaudere mereantur, præsertim in hac vrbe Papiæ, in qua (non omissa cæterorű laudabili vita, integritate, scientia, atque probitate) inter cæteros non sicco pede prætereundos censui infra-
scri-

ſcriptos, ſub hoc ordine recenſitos, videlicet:

Perill. Cæsarem Lunatum I. C. huiuſcemodi Inclytæ Ciuitatis Papiæ patricium adeo amatoré, & in cõſulendo, & diſcordias ad pacem reducendo ſic ſe gerentem, vt omnes ad illum tanquam Patriæ patrem conuolare haud timeant, ita vt non ſolum circa priuatas vtilitates, verum etiam circa bonum, & commodum ipſius Ciuitatis publicum, pro qua etiam Aduocationis officium gerit, ſemper deputatum eſſe ab omnibus acclametur, cuiuſque Illuſtriſſimæ cognationis atq; Familiæ cognitio, nedũ antiquitus illuſtrata reperitur, ad ea q̃ (p̃ter notorium) tradit Antonius Maria Spelta, Ticinenſis Author atq; Poëta Regius ipſiuſq; Ciuitatis publicus patrocinator atq; defenſor in Epiſcop Hiſtor. *fol. mihi* 585 ſed & indies ſummopere tanti viri ſcientia, gubernatione, adminiſtrationeq; in eam celſitudinem vndequaq; peruenit, ne prolixitate hoc dicendi genus egeat.

Nec omittamus in hoc Ticinenſi Gymnaſio publicos profeſſores atque Iuris interpretes, nempe:

Io. Baptistam Coſtam prudentiſſimum I. C. præceptorem meum, qui qua ſcientia ornatus, qua prudentia decoratus, & qua integritate ſuffultus vigeat, de illo quidem patefaciunt, & in lucem ab eo ædita atque data Iuris reſponſa, & tractat. de retrotract. de port ſiue conſiderat. ratæ; Item & de iuris atque facti ſcientia, & ignorant. & tandem de remed. ſubſid. vltimi Commentarii ab eo congeſti, vt omni dignitate, gradu & honore cohoneſtatus atq; decoratus, dignus ab omnib. prædicetur.

Flavivm Tortum quoq; cõmemorationis vt ſupra dignum repræſentare non timeo, cuiuſque quanta ſit, & in orandi genere, & in ſcribendi

Digitized by Google

dictamine prudentia, hunc eundem indicant, & publicę in d. Ticinensi Gymnasio Legum, & canonũ traditiones, atque pro bono publico apertissimæ unitiones, vt hunc iterum eundem gloria, & honore coronandũ omnes prædicare non timeãt.

In quo quidem patrocinandi officio dignos recitatione se patefaciunt infrascripti causarum Patroni atq; Causidici, quorum clientum tutela, sic iuridico tramite gubernatur, ne vt quidem illorũ memoriam prætermittendi aliqua sese offerat occasio, & (cæterorum honestate semper salua) infrascriptos repræsentare non dubito, nempe:

PAVLVM EMILIVM Canem, nobilitate, & prosapiæ, & virtutis fulgentem, in quo quanta probitas, prudentia, diligẽtia, virtusq; adolescat, hunc eundẽ manifestãt causarũ tuitiones atque defensionum multiplicitates, atq; sic, vt ad eum pro patrocinio venientes, eiusdẽ vigilãtię medio illũ commendent, laudibusq; sumopere illuminẽt ac extollant.

IO. MARIAM Balconum quoque repræsento, cui multum quidem debeo, & cuius qualitates eundem prætermittendum nõpermittũt, nã nedum in foro sæculari causarum protector, sed & in foro Ecclesiastico Sanctiss. Inquisitionis Papiæ in officio Notarius actuarius primo loco, secundo vero Fiscalis merito creatus sic se gessit atque gerit, vt plenitudo non indigeat adiectione.

IO. BAPTISTAM Simonetam, ciuitatis Papiæ Syndicum atque defensorem non prætereundum duxi, & apud clientes dulcore quodam sic se gerẽtem, vt ad eum accedentes, summa cum probitate & vrbanitate iuris medio remittit, ne quid mai⁹ excogitari possit.

Et om n̄s

Et omissis cæteris Causidicis pro nunc, à quibus ne prolixitas causetur venia mihi sit data.

Desiderium Caneuarium inueniemur, & in quo, facti narratione à cliente intellecta, sanum vtique consilium, & veridicam explicationem prospiciemus, eundemque virum probum, à simulatione alienum prædicari, nemo est qui ambigat.

Hinc est, quod Aduocatio † pro patrocinio proprie accipitur *leg. iubemus. Co. de aduoc. diuers. iud.* & in 3
speciali significatione Aduocati, & Patrocinantes † causarum patroni nuncupantur *l. sancimus. & leg.* 4
aduocati. C. eod. tit. l. nec quisquam. §. obseruare. ff. de offic. præsid. l. 1. §. ait prætor. ff. de postul. & sic se habet communis vsus loquendi, vt tradit Alber. *in suo Dictionar. in verbo, aduocati. in fine.* pariter sic dictante Polyd. Ripa *in tract. de act. in artic. mort. cap. 15. in princip.*

Vt igitur apertius id patefiat deducitur, quoniam non omnibus publice postulandi facultas conceditur, vt in antecedenti *tit. de Aduocato. cap. 11.* satis iam dictum fuit, ideo cum ex differentia † qua se- 5
cundum Philosophum, à se singula, id est, singulæ species differunt, vel quæ † vti vniuersale est, quæ 6
prędicatur ex plurib. speciebus in quale essentiale, quid igitur rationale, & quid irrationale, quisnam bonus, quisue malus, & quis habilis inhabilisve discernitur, quid iustum, quidve iniustum prospicitur; & cum pariter ex diuisione quę † per opposi- 7
tas, & contrarias species fieri debet, sic docente Ias. *in §. actionum. notab. 1. instit. de act.* Barbat. *in c. quoniam. §. in aliis. notab. 2. extra. vt lit. non contest.* quos & alios refert Neuizan. *in Sylu. nupt. sub rubr. non est nuben. num. 21.* atque pariter iuris determinatione interueniente, inter personas ad postulandum patroci-

nandumve admissas, & prohibitas fiat segregatio, vt scilicet quisnam ad postulandum admittatur, quis vero reiiciatur oculatim dignoscatur, neque omnibus sed singularibus personis aduocandi officio sit permissum: hanc eandem igitur † postulan-
8 di artem, nobilem, laudabilem atq; honorabilem vbique prędicandam esse proculdubio quilibet fa-
9 teatur; separatorum † etenim separata ratio considerat ur secundum Ias. *in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poss.* & Bal. *in l. cum actum. ff. de negot.*
10 *gest.* neque à separatis † bonum deducatur argumentum iuxta Bartoli sententiam *in l. Papinianus exult. notab. 2. ff. de minor.* Et id quod ex legis ciuilis permissu conceditur, bonum illud & æquum iudicare
11 oportet; lex † namque ciuilis cum diuina concordare dicitur, Neuizan. *in rubr. quomodo est iudicandum,*
12 *n. 74 fol. mihi 508. prope princ.* quoniã p † ora Principum iura promulgata dicuntur, Baubat. *in c. 1. col. 11.*
13 *de iuram. calum.* nil aliud etenim † Legistæ scribendo conantur, nisi vt Christi præcepta obseruentur. Alex de Halesi *part. Summa. quæst. 8.* quem refert Neuizan. *sub allegat. rubr. quom. iudican. in dub. numer. 80.* A contrario igitur sensu, quidquid à iure prohibitum cauetur, id prauum & iniquum existimandum dicetur, argumento eorum, quæ tradunt interpretes *in l. 1 ff. de offic. eius cui est mand. iurisdict.* & si hoc casu argumento non sit locus, siquidem clara & aperta prohibitis, & exclusis ab aduocãdi facultate personis interdicta aperiantur ad ea quæ notat Bart. *in l. si quis. C de liber. præter.* ac optimè ex congestis per Iodoc. *in praxi rer. ciuil cap. 96.*

Quapropter si legibus iudicialiter tueri, ac fa-

ctum

ctum authoritatibus comprobare aduocãdi nobili munere fungentibus conceditur, id pariter Causidicis (vt plurimum ex vulgi vocabulo Procuratores nuncupati) proculdubio, minime prohibitum dici debet, quandoquidem eorum viuæ vocis oraculo publice, & priuatim particulares causas susceptas iudicialiter prosequuntur, & optimis apertisq; legum atq; veridicis fundamentis, Iudices ad sententiam fauorabilem proferendam inducunt, hoc autem † sub Aduocati nomine comprehendi dictat text. *in leg.* 1. §. *Aduocatos. ff. de var. & extraord. cognit.* quod idem sentit Spec. *in* § *nunc de procuratorum tit. de Salar.* vbi inter Aduocatum & Procuratorem æquiparationem dandam esse eo loci significatur *sub nu. 3. ex c. Romana. § neq; etiam. de foro compet. lib 6.* quod tamen largo sumpto vocabulo esse intelligendum voluit Dec. *in l. inuitus. nu. 2. ff. de reg. iur.* nec omittas profecto ea quæ ad radicem falcem ponunt. *in meo tract. de author. notar. in fin. prima part. sub rubr. de nob. Causid. exercit.* Et quamuis ex vulgi sermone Causidici, vt supra Procuratores appellentur, nihilominus distinctionum medio, omnia ibidem recto prospiciuntur iudicio, præter id quod nomina † appellatiua ad libitum imponuntur, neque de illis esse curandum attestatur Bart. *in rubr. ff. solut. matrim. num. 2.* sufficit etenim, vt effectus † atque causa finalis consideretur, quæ semper est attendenda *l. adigere. § quamuis ff. de iur. patr. cum simil.* quorum tandem officium ad protegendum seu defendendum aliquem spectat ex Aduocati seu Causidici officio, nec non definitione superius adducta, atque quod de defen-

14

15

16

sione

ſione dico, id pariter de protectione aſſero, quo-
17 niam † protegere idem eſt, quod defendere, vt notat gloſ. *in l. deſertorem. §. fin. ff. de re milit.* quam ſequitur Dec. *in titul. de priuileg. impreſſo Papiæ, apud Hieronymum Bartolum de Anno 1565. in c. recepimus, num. 13.*

Vnde quamuis nonnulli officio Aduocati, & ſeu Cauſidici fungi videantur, nō ob id tamen eos inter Aduocatos ſeu Cauſidicos connumerari li-
18 cet, aliquos † etenim nomine tantum, alios vero nomine & effectu ſic appellare neceſſarium eſt, & licet omnes Adminiſtratores in cauſis alienis Pro-
19 curatores dicantur, atq; Procuratoris † nomen vti generale ad quemlibet adminiſtratorem referatur
20 *c. Saluator. prima. quæſt. 3.* non tamen omnibus † æqualiter ineſt, vt ſcilicet per ſimplicem Iudici cauſę aſſeuerationem, aliquis poſtulationis nobilitate fulgere dicatur, ii ſiquidem factum ſimpliciter proponentes, poſtulantium ſub nomine proculdubio comprehendi non debent, cum poſtulare † ſępius
21 dicto repetito, ſit cauſam legibus defendere, illorum autem proprium eſt proceſſum formalem ad iuris ordinem ſeruandum aſſumere, proſequi, & ſententiam expectare, de quibuſque agit Iodoc. in ſæpius allegata praxi rerum ciuil. *cap. 85. nu. 3.* ho-
22 rum autem † non tantum circa proceſſus ordinem elaborare, verum etiam articulos, & dubia facta, tum legum, tum praxis adminiculo extricare ſtu-
23 dium atque ſolertia eſſe debet; quorum † namque diſcrimen ab Aduocatis proprio modo ſumptis, id eſt, de Doctoribus, in hoc ſolum dignoſcitur, vt ſcilicet Cauſidici officio Aduocati fungentes, interpretandi gloſſandiue primæ Aduocatorum claſſi conceſſa careant authoritate, & hoc laureæ Docto-

ra-

Digitized by Google

ctoratus coronæ causa manifestatur, cuius vigore, ipsam facultatem in illorũ Doctoratu, sic assumũt, in reliquis autem ex quo secundæ classis prohibiti minime cauentur, eosdem igitur admissos iure merito negari nõ potest, adeaq; frequenter ex legum documento allegantur, & pręcipue à Spec. *in §.1.vers. edictum enim.de postulando.num.12. & in versic. generaliter autem.n.33.tit.de Aduoc.*

Mulieribus an, & quando postulandi exercitium concedatur, non ab re prætermissionis id dignum iudicauit Author.

CAPVT II.

SVMMARIA

1 *Mulieribus, quomodo, & quando postulandi officium concedatur.*

2 *Postulandi officium, proprie masculo & non fœmina spectat.*

3 *Mulieribus tanquam iuris ignaris subuenitur.*

4 *Mulieribus publica officia interdicuntur.*

5 *Mulierum nonnullarum facta heroica declarantur.*

6 *Mulieres interdum officio viri fungi à iure astringuntur.*

7 *Mulieres, necessitatis tempore ad Ciuitatis tuitionem tenentur.*

8 *Ciuitas à mulieribus recte non regitur.*

9 *Mulieres, quare nec de consilio esse, nec statuta condere possint.*

10 *Appetitus rationi seruire debet.*

11 *Muliebris sexus, circa regimen Politicum interdum admittitur.*

12 *Consili-*

Digitized by Google

12 *Consilium, à mulieribus quandoq; exquirendum est.*

13 *Mulierum, in subitaneis periculis potius quam virorum promptius est ingenium.*

14 *Masculinum genus, vti dignius fœminino est præferendum.*

15 *Priuilegia Doctoribus concessa, eadem Patrocinantibus elargita dicuntur.*

QVONIAM sub tit. de Aduoc. *cap.* 11. *num.* 1. deductum fuit mulieres à postulandi officio repellendas esse ex textu *in le.* 1. § *sexum. ff. de postul.* hoc tamen absolute verum non esse intelligendum adduco, quandoquidem † & in proprijs, & in alienis
1 causis peculiariter causas dicendi, eisdem impertitũ dicitur officium. Quocirca Iodoc. ait *in praxi rer. ciuil. cap.* 94. mulieribus procurandi atque causas dicendi, in casibus, de quibus infra permissum à iure caueri, videlicet:

¶ In causis proprijs,

¶ Pro personis miserabilibus,

¶ Pro suis captiuis maritis,

¶ Pro suis senibus, ac debilibus parentibus,

¶ Pro suis, pro liberis, & pauperibus amiculis, potissimum quando alij procuratores haberi non possunt, ex dispositione text. *in l. quia absente te. C. de procurat. iuncto text. in l. neq; fœminæ. ff. eod. tit.*

Item mulieres (inquit) occupare possunt in iudicijs, & esse ꝓcuratrices siue causidicæ in causis ꝓprijs aut in rem suam, hoc est, quando ipsis transportata, & cessa aliqua bonorum actio prosequenda ad suum ipsarum profectum ex allegata *leg. quia absente te. C. de procurat.*

Rursus eo loci prosequendo affert, mulieres in iudicio

dicio o:cu pare poſſ: , q uando prolium ſuarum utelam aſſumpſerunt, ex textus indubitabili demonſtratione *in c. ex parte. de appellat.* atq; ex ſuffraganti adminiculo *le. fin. & ibi Auth. poſita. Cod. quand. mul. tutel. offic fungi poteſt.*

Neq; prætermittit mulieres agere poſſe pro libertate Filij, Patris, Mariti, Fratris, aut alterius propinqui, vel conſanguinei *ex l. 3. ff. de l. b. cau.*

Et tanto magis eidem mulieri appellationis remedium competere, quando per ſententiam filius condemnatus reperitur, quo caſu appellationem ipſam etiam perſequi poſſe defendit, iuxta concluſionem text. *l. 1. §. fin ff. de appellat. recipien.* quod tamen verum exiſtimauerim (me ſemper meliori ſcientifico ſubmiſſo) vt allegata conſiderationis ſint digna circa ea quæ ſimplicem actum requirunt, vt puta aggrediendo iudicem, eidemq; facti narrationem explorando, appellationem interponendo, & alia exercendo, quæ forſan à Cauſidico ſeu Aduocato mulier peractura inſtruatur, ad ſui, & aliorum ſuperius recenſitorum defenſionem: ſed quod legum fundamentis nedum alienas, ſed etiam proprias defendere cauſas mulieribus ſit cõceſſum, ne vtiq; hoc dicendum erit, cum id, † vti 2
Aduocato viro publicè poſtulandi officio fugenti, vt ſupra competat, quod equidẽ mulieribus interdictum cauetur, ex allegata *l. 1. §. ſextum. ff. de poſtul.* & per text. *in d. l fœminæ.* præcipue quando Procuratoris copia haberi poteſt, *d. l. abſente te. C. de procurat.* iudicialis etenim praxis, & obſeruantiæ, legumq; ignaras mulieres ſignificatas habemus, ob illarũ fatuitatẽ, quibuſq; tamquam † iuris ignaris 3
ſubuenitur. Angel. *in §. 1. co. 2. in fi. Au. b. de inceſt. nupt.*

vnde

vnde publica officia † exercere eisdem mulieribus
4 prohibitum reperitur *d l. fœminæ*. & Bar *in tract. inter dæmon & Virgin. Mar num. 6.*

5 Sed quod interdum † mulieres in vitæ discrimine positæ, illarum postulationis medio condemnatoriam euaserint sententiam, quamplurima sese offerunt exempla, & præcipue de Amasia Sentia, de qua Valer. Max. *sub tit. de mulier. quæ apud Magistr. Eger. libr. 8. cap. 3. sic explorans ait.*

Ne de his quidem fœminis tacendum est quas „ conditio naturæ, & verecundiæ stola, vt in foro „ & in iudicijs tacerent, cohibere non potuit Ama„ sia Sentia rea causam suam L. Titio prætore iudi„ cium cogente, populi maximo concursu egit, „ partesque omnes ac numeros defensionis, non „ solum diligenter sed etiam fortiter exsecuta, pri„ ma actione, cunctis pene sententiis liberata est, „ quam quia sub specie fœminæ virilem animum „ gerebat Androgynem appellabant.

Item de Anfrania hæc profert, videlicet:

Anfrania vero, Licinij Buccionis Senatoris v„ xor, prompta ad lites contrahendas, pro se sem„ per apud Prætorem verba fecit: non quod aduo„ catis deficiebat, sed quod impudentia abunda„ bat. Itaq; inusitatis foro latratibus, assidue tribu„ nalia exercendo, muliebris calumniæ notissi„ mum euasit exemplum, adeo vt pro crimine im„ probis fœminarum moribus Afraniæ nomen „ obijciatur.

Et tandem de Hortensia cõmemorationẽ agens, sic ibidem refert:

Hortensia vero, Q. Hortensij filia, cum ordo „ matronarum graui tributo à triumuiris esset oneratus,

„neratus, nec quisquam virorum patrocinium eis
„accõmodare auderet, causam fœminarum apud
„viros, & constanter, & fœliciter egit. Repræsenta-
„ta enim patris facundia impetrauit, vt maior pars
„impetratę pecunię his remitteretur. Reuixit tunc
„muliebri stirpe Q. Hortensius, verbisque filiæ
„adspirauit cuius si virilis sexus posteri vim sequi
„voluissent Hortensianæ eloquentiæ tanta heredi-
„tas vna fœminæ actione abscissa non esset.

Aliasque ex mulieribus patriam liberasse atque ea fecisse, quæ viri nequissent, enunciant & Biblia aurea *cap. 18. de Sapientia mulierum. ac cap. 52. de fortitudine mulierum*, & Ioannes Lupus, *de donat. inter vir. & vxor. chart. 25. col. 4. in proposito nostro relati per* Neuizan. *in Sylu. nupt. sub rubr. est nuben. nu. 28.*

Quandoq; pariter † ex iuris dispositione, mulieres nedum lingua, sed & corpore viri officio fungi astringuntur; quia de re † necessitatis tempore, ad ciuitatis tuitionem tenẽtur, vt sic factum Romę fuisse, tempore quo Annibal de Campania contra ipsam vrbem exercitum duxit, tradit Luc. de Penna *in l. est verum. C. de incolis. libr.* 10. textum, & glos. ad id facientes habemus, *in l. vnica.* & ibi Io. de Platea & ibi Angel. *C. de mulieribus in quo loco. d. li.* 10. idem pariter sequitur Boer. *in tract. de Sedit. §. 7. num. 59.* & idem in tract. *de Custod. clau. num.* 32. etsi alias mulieri publica interdicantur officia, ab eis † etenim non bene regitur ciuitas, vt dixit Bal *in rubr. C. de rer. permut.* ac Bologn. *in repet. auth. habita. C. ne filius pro pat.* ad rem nostram allegatus per Neuiz. *in Sylu. nupt. sub rubr. non est nubendum. n. 8.* cuius de causa defendit, eas nec de consilio esse, neque statuta condere posse, hac potissimum ratione fretus, quia

K inter

(margin numbers: 6, 7, 8)

inter eas Prudentia regnare non solet *ex text. in l. 1. C. de his qui ven. ætat. impetr. pos.* ideoq; passione, non autem ratione viuant ex Aegid. *de regim. Princip. lib. 1.*
10 *part. 2. in fin.* quamuis appetitus † rationi deseruire debeat *iuxta Angeli sententiam in consil. 10. incip sanctissima. col. 5.*

11 Prætermissas † tamen esse habendas iudicauerim Matronas; quas ex prosapia nobiles, facũdas, atq; sapientes, naturaliq; atq; diuino instinctu non minus prudentes, ac si masculinum genus quo ad gubernationem rerum politicarum haberent, naturaliter possiderent vt hoc quidem quamplurimis exemplis ornatum omnibus innotescet. Ad hæc faciunt ea quæ habentur ex Neuizan. *in Sylu. nupt. in rubr. non est nuben. nu. 28. chart. mihi* 274. quod scilicet, quamuis mulierum obstet fatuitas, nihilominus ex quo ob stultitiam quorundam maritorum facultates eorum facile laberentur, sunt tamẽ quædam mulieres, quæ illarum prudentia easdem prudenter conseruant, & latius de mulierum laudibus ibidem prosequendo te legere ne pigeat.

12 Quinimo interdum † à mulieribus esse exquirendum consilium habetur *ex §. cognitio. versi. sed neq; sufficiemus. Auth vt iud. sine quoquo suffrag. & ibi glos. in verbo, coniugem.* & Ias. *in l. 1. col. 3. ff. de lig.* atq; in su-
13 bitaneis † periculis, mulierum potius quam virorum promptius ingenium esse dicatur *Sylu. nup. d. rubr. non est nuben. num* 29. & licet mulieres à munere postulandi arceantur, non id tamen causatur ex quo non sint huiusmodi actus capaces, sed quia vt inquit D. Menoch. *de arbi r. Iud in addit cas* 499. *numero 22. & 23. lib secundo.* conuenire earum verecundiæ

cundiæ lex existimauit, ne personam suam in publicum hoc munus exhibeant, additur etiam alia ratio quæ iudicio meo conuenire videtur, nempe, quia iudices ob mulieris, siue pulchritudinem, siue ob illius dicendi facundiam interdum amore capti facilime corrumpi possunt; nihil enim amoris ardore vehementius Bal. *in l. precibus. C. de impub. & alijs substit.* & igneus ille furor nescit habere modum, *glos. in § nonimus. Auth. quib. mod. nat. effic. legit. quam sequitur Sylu. nupt. in rubr. non est nuben. numero* 108. *prope med.* Ideo, ne iustitia peruertatur, legislatori fortassis sic decernere placuit.

Sed huc sistant mulieres gradum, & id quod ad virilem sexum pertinet prosequi acquiescant, masculinum siquidem genus † vti dignius præferendum reputauit text. & ibi Bart. *in leg. 1. Digest. de Senat.* & vbi maior ibi minor cedat, ad ea quæ per vulgata iuris propugnacula manifestãtur, proutq; in tractatu meo *de Causid. Præcedent. in fine Tract. de fidelit. Notar.* apposito aperte demonstraui. 14

Mulieribus nunc à nobis segregatis, ad Causidicorum exercitium iterum deueniamus, quod ratione officij, per æquiparationem à legum interpretibus vt supra factam, nobile constitutum videmus; & eo magis nobile clarescit Causidicorum exercitium, quo magis Doctorum † priuilegia in Patrocinantibus etiam se extendi declarat enunciatque Ias. *in leg. ad egregias. vlt. col. Digest. de iureiur.* vna cum aliis à Neuizan. *Sylu. nupt. recensitis in rubr. quom. iud. numero* 37. *vltra medium.* Quare si ipsis hæc illa detur æquiparatio de qua supra, eo- 15

rundem igitur illud erit ſtudium, vt quidquid per Aduocatum obſeruandum iam diu traditum fuit, illud pariter penitus ab eis imitetur, prorſuſque & in arrenghando, & alia peragenda diligenter cuſtodiatur.

Priuſquam de Cauſidici exercitio atque officio memoretur author, aliqua circa prolixitatem verborum effugienda, atque alia circa ordinem veridice obſeruandum, breuiſſime non prætermittuntur.

CAPVT III.

SVMMARIA.

1 *Inſtructio proceſſus à quibus facienda.*
2 *Scripturæ longitudo, ſæpe mentem legentis inuoluit.*
3 *Verborum ordo, ad intellectus ordinem reducitur.*
4 *Ordinare ſapientis eſt.*
5 *Ordo quid ſit.*
6 *Omnia quæ geruntur, abſque legitimo initio fruſtatoria dicuntur eſſe.*
7 *Veritas, quid in ſe continere debeat.*
8 *Veritas in paucis conſiſtere debet.*
9 *Demonſtrationem rei demonſtratæ addere, fruſtratoriam dicitur eſſe.*
10 *Iniuria afficitur aliquis Author, quando per repetitionem alicuius rei ſubticetur.*
11 *Cauſidico quænam principaliter conueniant.*

VERVMTAMEN, quia Aduocatis Doctoribus
1 †circa proceſſuum inſtructionem exercitium non

non competit, sed Causidicis, Procuratoribus vulgo nuncupatis id impingatur, alias Aduocatus qui & Aduocati, & Causidici fungitur officio duplex salarium consequi potest. *ex text. in l. his Scholaribus. C. de erogat. milit. ann. libr.* 12. & ibi Io. de Platea, dicens quod qui fungitur duplici officio, duplici quoque sal rio fruitur. idem *in l.* 3. *C. de dign. in §. illud tamen. Auth. vt iud. sine quoquo suffrag.* & quibus iuribus arguendo sic decidit Andr. Gail. *libr.* 1. *Pract. obseruat. cap.* 44. *num.* 8. Bal. *in l. binos. C. de aduoc. diuers. iud. in fin.* Angel. *in d. §. illud tamen.* Bal. *in l. si ad scribarum. num.* 2. *C. de appellat.* Paris. Put. *in tract. de Syndic. versic. Salarium cap.* 1. *numer.* 3. Gramat. *Theorem.* 12. *num.* 9. Caroc. *in tract. de locat. tit. de fruct. & litis expen. nu.* 56. quos omnes sequitur & fideliter refert Ala. *de Aduoc. & Caus. Christ. quæst.* 22. Nonnulla igitur magis necessaria atque proficua ad illorum opus perfecte reducendum memorari nostrum erit, & quæ omnibus innotescere debent, nec tamen ab omnibus tum intellecta, tum obseruata prospiciuntur. Idcirco prolixitatem effugiam, † scripturæ etenim longitudo sæpe legentis mentem inuoluit 2
vt eleganter demonstrauit Angel. *in consil.* 83. *incip. quia multa. post princip.* & superuacuis laborat impendiis, qui solem facibus adiuuare certat *c. si omnia.* 6. *quæst.* 1. Ordinem porro in scriptura totis seruabo viribus, ordo namque † verborum ad intellectus 3
ordinem reducitur Bal. *in c. ad audientiam. de rescript.* qua de re prudenter dictauit Lancellot. *in l. nemo potest. col.* 5 *ff. de leg.* 1. quod scilicet qui ordinate non procedit, dicitur habenam in cauda ponere, sapientis † enim est ordinare iuxta dictum Philosophi, *Metaphy lib.* 1. & Bal. *in tract. Schismat.* quem sequitur 4

Marant. *de ord. iud. in Proœm. nu.* [illegible] & ibi habetur ordinem † esse modum agendi sine quo nil recte a-
5 gitur, & quod omnia quæ † gerimus nisi legitimũ
6 habeant initium, inanem actum nostrum efficiunt ex text. *in leg. quæcunq; gerimus. ff. de act. & obligat.* disputationes namq; euitando, solam & simplicem veritatem amplectar, quia vt inquit Neuiz. *in rubr.*
7 *Sylu. nup. non est nuben. numero* 12. & 13. veritatis † simplex oratio, veritas (inquit) non quærit fucum, nõ pigmenta, non cincinnos, nec indiget veritas verborum adminiculis *l. 1. C. si min. se ab hered. abstin.* &
8 quam † in paucis consistere deduxit *text. authoritate in cap. odi. 23. quæst. 1. & in c. non mediocriter. de consecrat. distinct. 5.* nec ea quæ prorsus iudicialem telam, ordinemque iudiciarium expectant attingam, si quidem à sapientissimis patribus illa eadem obseruata traduntur, præcipue.

¶ A Bart. *in tract. de ritu iudicior.*

¶ A Specul.

¶ A Practic. Papien.

¶ A Roberto Marant. *de ord. iud.*

¶ A Iodoc. *in eius prax. & Ciuil. & Crim.*

¶ A Claro, *in eius Praxi.*

¶ A Vant. *in Tract. de nullit. & effect. process.* & ab alijs præstantissimis viris, quos infinitum esset re-
9 censere, rei namque † demonstratæ, demonstrationem addere frustratorium dicitur esse *l. 1. §. fin. ff de*
10 *dot. præleg.* iniuria etenim † per repetitionem non explorato Authore affici illum, qui prius dixit siue scripsit, affert text. *in leg. 2. C. de Episc. aud. cum reliquis adductis* à Neuizan. *in d. rubr. non est nuben. numero 19. prope medium.*

Omissis igitur prædictis ac alijs sub titu. A duoc.

memo-

memoratis, quorum Causidicus ad vnguem, vt supra, obseruator esse debet, infrascripta cordi sibi commendanda minime auffugiat, quæ si profectò radicata conseruabit, flores suauitatis atque probitatis vndique perfundet. Huiusmodi autem quę sub hoc CAVSIDICI vocabulo continentur, iuxta infallibiles regulas modo infrascripto denotatas memor erit.

Cautus, † ne aduersarij calliditate decipiatur.

Amans, vt litigatoribus etiam aduersantibus placidum se demonstret. 11

Verax, vt coram Iudice causam pandat.

Solers, ne ipsius imperitia pars damnificetur.

Iustum id quod est alacriter in patrocinium suscipiat.

Dubitabilis litis euentum prospiciens, in primis peritiores consulat.

Iurgia atq; verba contumeliosa, & in voce & in scriptis prorsus euitet.

Charitatis amor, & non pecuniæ ingluuies in ipsum adolescat.

Viduarum, & miserabilium personarum causas æquus libenti suscipiat animo, illasque susceptas minime deserat, & deniq;

Salutem animæ, corporis desiderio præferat, & cuiusuis illius actus finem præmeditetur.

Malitiam malitia quando repellere liceat, fraudis autem nonnullæ aliquando obseruatæ species à Causidico euitandæ & specialiter docentur & particulariter breui modo enarrantur.

Digitized by Google

CAPVT IIII.

SVMMARIA.

1 *Oratio breuis delectat.*
2 *Verba clara interpretatione carent.*
3 *Simplices medullam propositionis non attingunt.*
4 *Superflua sunt resecanda.*
5 *Superfluitatis vitio is accusandus non est, qui clarius scripturæ intelligentiam affert.*
6 *Malitiis hominum quibus obuiandum.*
7 *Dolus malus quisnam dicatur.*
8 *Dolus quid sit.*
9 *Doli & fraudis differentia.*
10 *Dolus bonus quandoq; permissus est.*
11 *Malitiam malitia quis repellere potest, & quando.*
12 *Fraus quænam dicatur.*
13 *Dolus non præsumitur ex actu quo quis commodum non percipit.*
14 *Dolus in quo consistat.*
15 *Dolus quomodo detegatur.*
16 *Dolus fraudulentus quid sit.*
17 *Machinatio quid sit.*
18 *Machinatio, pro fraude atq; calliditate accipitur.*
19 *Causidici calliditas, quotuplex dignosci possit.*
20 *Dolus verbotenus, quot modis à Patrocinante committi possit.*
21 *Calliditas in iudiciis facto quotupliciter committatur.*
22 *Dolus, verbo & facto quomodo causetur.*
23 *Doli præsumptio, quot modis dignoscatur, remissiue.*
24 *Dolum probandi & præsumendi modus remissiue denotatur.*
25 *Ars sicuti arte deluditur, sic fraus fraude repellitur.*

26 *Do-*

26 *Dolus coniecturis, & indiciis probatur.*
27 *Dolus, contrariis coniecturis, & indiciis excluditur.*
28 *Aduocatus actoris serpentis astutiis indui debet.*

Singulariter ideo prędicta declarationis quidem digna diffusius explanare, (rectiori suppositus iudicio) non abs re sum arbitratus, licet paucis † delectet ora io vt innuit glo. *in l. 1 ff. quod met. cau.* & breuiter agendum esse, patefaciat text. *in leg. 1. ff. de praescript. verb.* quando maxime clara significantur vt ait Aret. *in consil. 154. incip. consultatio.* Atq; verba † clara interpretationem non patiantur *l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. obligat. & leg. ille aut ille. § cum in verbis ff. de legat. 3.* non omnes tamen † simplices medullam propositionis attingunt, *vt cauetur ex l. fin. C. de indict. viduit. toller.* atq; tradit Dec. *in c. significantibus, de appellat.* & quamuis † superflua euitare nos doceat text. *in §. quibus. in prima Cod. cōstitutione.* & quę reprehendunt Bart. Bal. & alij *in l. Gallus. §. quidam recte. ff de lib. & posthum.* non tamen † superfluitatis vitio is accusandus erit qui clarius scripturae intelligentiam affert. Felin. *in c. quoniam. col. 9.* & ibi Dec. *colu. 1. de constitut.* quos refert Neuizan *in Sylu. nupt. in rubr. non est nuben. num. 20. libr. 1.* & quem allegaui supra *in tit. de Aduoc. cap. 5. num. 34.* 1 2 3 4 5

Notabile igitur primum in ordine constitutum dilucidare, caetera autem composite declarare, nostrum id erit studium.

Cautus ergo sit Causidicus ipse, ne aduersarij 6 calliditate decipiatur, malitijs † etenim hominum, dolum secum trahentibus, & de quibus Bal. *in leg. quae fortuitis. col. 1. C. de pignor. act.* est obuiandū, ex aureo textu *in l. cum hi. § si cum lis. ff. de transact.*

Digitized by Google

Porro quia dictum fuit, calliditatem dolum cõ-
7 comitantem habere, dolum † tamen illum malum intelligas, vnde si peruersitas rationi ita dominetur, vt malum, bonum dicat, & in eo finem constituat, dicitur malitia, his etenim comminatur dominus per Prophetam Esaiam *cap. 5.* scilicet, væ vobis, qui dicitis malum bonum, & bonum malum: proindeq; ex definitione quam habes ex tex.
8 *in l. 1. §. 1. ff. de dolo malo.* & ex Hostien. ac Azon *in sum. Cod. eod. tit.* dolus † scilicet malus, est calliditas, fallacia, machinatio ad circumueniẽdum, fallendũ decipiendum alterum adhibita, Felin *in cons.* 48. *n.* 26. Qua de re Gregor. Reisch. *de princip. Philosoph.*
9 *mor. cap. 12.* hæc inquit, videlicet, dolus vias † malas excogitatas verbo quidem, fraus autem facto fini malo easdem vias adiungit; sic quod astutia excogitat, dolus & fraus exequuntur, & si quan-
10 doque dicatur † bonum esse dolum quo decipimus hostem. *l. 1. §. non fuit. ff. de dolo.* Cotta. 2. *memoral. in verbo, dolum malum.* & Dec. *in l. ea est natura. ff. de reg. iur.* Puteus *in tract. de Syndic. sub rubr. de excess. consul.*
11 *numer. 16. cap. 1.* quia malitiam † malitia posse repelli indicat glos. *in c. cupientes. in verbo, malignantium. libr. 6.* ad quam Ias. *in l. cum proponas.* 2. *&* 4. *notab. C. de pact.* & Dec. *in c. sedes. in princip. de rescript.* quoties tamẽ id bona intentione fiat, quo casu talis dolus bonus omnem fraudem excludit, *l. cum pater. §. Titia. in fine. ff. de leg.* 2. Quare *ex d. c. cupientes. in d. verbo, malignantium.* cauetur, quod qui habet ius in causa, per contrarias malitias & cauillationes, aduersarii malitias repellere potest, id autem faciens, non fraudem committere, sed potius eam excludere videtur. & Dec. *in allegata l.* nam ea est natu-

ra, di-

ra, dicit, hoc etiam in foro conscientiæ concessum esse, quod idem sequitur Bal. *in rubr. C. de fid. instru. colum. 8. versic. etiam incidenter quæro.* vbi tamen falsitas absit, idem tenet Petr. Anchar. *in consil. 145. incip. Domini. in fine.* quod sane dictum authoritatibus comprobatum in medium attulit Tiraquel. *de retract. in præfat. sub num. 71.*

In primis igitur, illa dicitur † fraus, qua ad alterius deceptionem, ad sui vero commodum veritas obumbratur, aut falsitas exprimitur iuxta doctrinam Abb. *in consilio 62. libr. 1.* Vnde dolum † non præsumi ex actu, ex quo quis commodum minime sentit deduxit Crau. *in consil. 18. num. penult. & in cons. 319.* idque † ab intentione prouenit, & in animi qualitate, non autem in rei precio dolum consistere aperit text. *in l. dolus. la 10. C. de rescind. vendit.* 12 13 14

Aduerte tamen, quod licet dolus † in animo consistat, per exteriora tamen detegitur Guiliel. Cassad. *decis. 7. numer. 8. tit. de dolo & contum.* & proinde † dolus ille fraudulentus, quædam machinatio dicitur, quæ † nil aliud est, nisi ars quædam loquendi ad decipiendum Alber. *in l. iurisgentium. §. dolo. ff. de pact.* & quæ † pro fraude atque calliditate accipitur. *l. orphanotrophos. in fin. C. de Episc. & cler.* Dec. *in l. vnica. nu. 28. de sentent. quæ pro eo &c.* 15 16 17 18

Et omittendo ea, quæ circa doli diuisionem afferunt & Barto. *in l. qui se. la 7. ff. de cond. cau. dat.* & Aret. *in §. sequitur. Instit. de except. nu. 8.* Causidici dolosi calliditatem dignosci † ex infrascriptis quæ frequenter eueniunt, quibusque obuiare proficuum 19

Digitized by Google

cuum erit tripliciter patefieri in medium adduco.

¶ Vel ſcilicet ex verbis tantum:

¶ Vel ex facto tantum:

¶ Vel ex his copulatiuè concurrentibus.

Ex verbis † namq; manifeſtatur dolus.

20 Primo quoties à Cauſidico diuerſa circa illius orationem repugnantia narrentur.

Secundo quando is vti calumniator impedimentum adhibet, ne arrenghans conceptum ſuum proſequatur.

Tertio vbi voto communi, circa praxim & iudicialem obſeruantiam à iudice poſtulato, pertinacem ſe demonſtret.

Quarto, vbi neget apertè id quod in notoria veritate conſiſtit.

Quinto, ſi quandoque præſente aduerſario, de cauſa tractaturus, iudicem ſecretò alloquatur.

Sexto, fraude non caret, qui falſa pro veris iudicaturo ſignificat.

Septimo, ſuſpectus is redditur, qui in legalibus ſeu arbitrariis terminis circà probationes deficiens, vlteriores petit dilationes.

Octauo, fide non eſt dignus qui ſophiſtica argumenta, varioſq; articulos non ſubſtantiam nec medullam cauſæ attingentes proponit, cuius autem finis eſt, vt per inſtantiæ expirationem pars iure proprio defraudetur.

Nono tandem hucuſq; qui blandis verbis ſub ſpe futuri accordij, quidquam (non obſeruaturus) pollicetur, credulitatis indignum ſe patefacit.

21 Facto autem † quis aduerſarii calliditate decipi poteſt.

Vel

Vel ſcripturam apud acta productam ſurripiendo.

Aut ſcripturam de conſenſu notatam, antequã in actis redigatur, in alterius partis præiudicium immutando.

Siue quidquam ſcriptum non fidem faciens ꝓducendo, ad hoc vt pars negligens illud originaliter, & effectualiter proſpicere, vel nil opponens damnum ex illo quippe patiatur.

Sicuti etiam is fraudulentus dicitur, qui decreta in publico auditorio per Iudicem facta, occulte breuiq; modo delet.

Cui aſſociari debet is, qui carens mandato ſe procuratorem in ſcriptis facit.

Vel ſcripturam aliquam ſcribendo exhibet, & tamen illam in actis minime productam cauetur.

22 Vtroq; verò † modo quis falli poterit, quoties ſcilicet verbo, & facto, aduerſarij ſtudio, præeminentem fraudem proſpiciat, vt puta quoties aliquis Iudicem verbis ſeducendo ab eo vnum pro alio obtinet.

Conſimiles, & alij defraudandi modi eueniunt indies, atq; ducentos † viginti tres modos præſu- 23
mendi dolum cumulauit Luc. de Pen. *in l. quemadmodum. C. de agric. & cenſit. lib.* 10. quem refert Hieron. Magon. *deciſ. Lucen.* 43. *num.* 5. multos pariter † mo- 24
dos probandi, & præſumendi dolum ponit Tiber. Decian. *in conſ.* 19. *numer.* 17. *lib.* 1. *& in conſ.* 32. *num.* 3. *cum ſeqq. libr.* 3 nec omittas D. Præſid. Menoch. *de recuper. poſſeſſ. remed.* 15. *num.* 135. Et quibus caſibus occurrere neceſſarium, & per utile extat, quoniam ſicuti ars † arte deluditur, vt cauetur ex Spec. *in* §. *iã* 25
nunc videndum. num. 5. *de Aduoc.* ſic & fraus fraude licite

cite repellitur ex doctrina Bart. *in l. Papinianus. la 8. § quarta. ff. de inoffic. testam.* Et ideo licitum esse parti ter Aduocato prudenter tacere, & ius suæ parti impediens occultare, atq; aduersarium suum falli sine mẽdacio simulareq; dixit Naua. *in suo Manu. c. 25.*

Sæpe autem euenit, vt quis vel ore tenus vel facto erret absque intentione defraudandi, & tunc
26 sicuti dolus † coniecturis & indiciis probatur. *l. dolus. C. de dolo.* sic etiam (inquit Magon. loco supra citato *nu. 6.*) contrariis † indiciis, & præsumptioni-
27 bus excluditur, iuxta sententiam Aret. *de malefic. in verb. falsario. in princip.*

Quocirca per me recensita fraudeq; carentia, contrario imperio destrui non possunt; & ad hoc
28 Spec. *in §. consequenter. num. 4. de Aduoc.* dixit † actoris Aduocatum, serpentis astutiis indui debere, ne alterius insidiis supplantetur & vulpina simplicitate armatum esse ibidem significatur; an autem Aduocatus siue Causidicus in defensione causæ iustæ, cauillationibus & dolis vti possit, id explanat Ala. *in trac. de Aduo. & Causid. Christ. in quæst. 29.* vbi inquit quod licet concessum dicatur posse malitiosis exceptionibus vti contra eos, qui iniustitiam defendunt, ex glos. *in c. venientes. vers. malignantium. de elect. in 6.* attamen id verum dici debet, quoties absit falsitas aut mendacium. *iuxta doctrinam S. Thom. 2. 2. q. 71. art. 3. ad tertium ex Sum. Astens. col. 1. Sum. Ang. in §. bellum. n. 19. Syluest. n. 4. post alios ibidem à prædicto auth. ibidem recitatos.* neq; licere probationes mẽtiri Butr. *in c. per tuas. in fin. qui fil. sint legit.* adducens moralem illam rationem, nempe, animas prius, linguas deinde oportere fieri eruditas, ex glos. *in c. exceptionem. de exceptio. in 6.* post quamplurima alia à prædicto

Ala.

Ala ad materiam faciẽtia *in d. tract. quæst. 29.* tradita, quem ad libitum prospicere poteris.

Repugnantiam allegare an liceat, & qua pœna fraudulenter contraria dicens plectatur, huiusmodi continet Caput.

CAPVT V.

Svmmaria.

1 *Veritas omnia vincit, & in æternum viuit.*

2 *Veritatem non esse relinquendam.*

3 *Veritas sincera, non autem inuoluta esse debet.*

4 *Contrarietas vbi abest, ibi adest simplicitas atque sinceritas.*

5 *Simplicitas vbi est, ibi malitia detegitur.*

6 *Simpliciter dictio, id est, sine malitia exponitur.*

7 *Repugnantia distinctione iuuatur.*

8 *Materia quando examinari dicatur.*

9 *Indistincte qui loquitur reprehendi solet.*

10 *Totius notitia haberi non potest, nisi illius partium distinctio interueniat, & quando.*

11 *Dolus dicitur criminis subiectiua materia.*

12 *Puniri de falso pœna ordinaria ad hoc vt quis possit, quænam requirantur.*

13 *Temeritatis pœna, grauis non dicitur.*

14 *Fraudulentus, iuxta personæ qualitatem, pœnaliter est affiiendus.*

15 *Contraria alleganti non esse credendum.*

16 *Dolo caret, qui suo iure vtitur.*

Primæ igitur propositioni, aduersatiue respõdere congruum erit, quod scilicet, veritatem significare necessarium est, cui omnia cedunt, omniaq; † vincit, ac in æternum viuit. *c. veritati. & c.* 1 *consue-*

consuetudo distinct. 8. illamq; amandam & super o-
2 mnia inuestigandam atq; tenendam & † potius to-
lerandum scandalum q̃ quod veritas relinqua-
tur deduxit Sylu nupt. *in rubr. quom. iu. n.* 14. *cũ seq.*

3 Hec aũt † veritas sincera, non inuoluta esse de-
bet *c. à nobis. el 2. de sentent. excommu. &c.* C *u. d. in c. en.*
4 § *perro. de sum. Trinit.* & vbi adest † contrarietas siue
repugnantia, ibi procul dubio abest simplicitas at-
q; sinceritas Bal. *in l. scripturæ. in fin. C. de fid. instr.* se-
quitur Dec. *in c. ex parte al 2. de offic. d. leg.* quos refert
5 Magon. *decis. Lucen.* 43. *numer.* 16. & vbi † simplicitas
6 abest ibi malitia detegitur, simpliciter † enim, id
est, sine malitia exponitur, sic text. *in l. 1. & ibi Bal. in
2. notab. C de ædil. act.* Quo fit vt responsurus cautus
7 sit ipsam repugnantiam † distinctione inuare, idq;
dixit Magon. decis. Florẽt. 105. *n.* 15 & tunc materia
8 † examinari dicitur, quando distinguendi modus
interuenit Bolog *in repet. auth. habita. C ne fil. pro pat.
col.* 43. *text. in § cum quis. in l. adeo. ff. de acquir. rer. dom.
& text. cũ gl. in c. quærenti de offi. d. leg. glos. in c. sicut ter.
de cens.* & solet † reprehendi qui indist nctè loquitur
9 *gl. fin. in l. fin. ff. ad legẽ Rhod. de* Pomponius scribit *in 2 glos.
D. gest. le n. gat. gest.* Socin. *in l. g. demonstratio falsæ. col.
10 secunda. D. gest. de condit. & demonstrat.* nec totius †
notitia haberi potest, nisi distinctis & cognitis eius
partibus Aristo. 1. *Politic.* quod habere locum, vbi
distinctio sit necessaria, dicit Barbat. *in c. post dusli rer.
si in diligenter. col.* 1. *de foro competen.* alias vbi lex non
distinguit nec nos distinguere debemus. *l. de pretio. ff.
de public.* Neuizan. *in Sylu. nupt. in rubr. quomodo iud.
num.* 29 *libr.* 5. Vnde diligens esse debet Iudex, ne
veritas pereat aut occultetur Spec. *in § qualiter au-
tem. versic. deinde. tit. de teste.*

Scil

Sed nunquid dolus ille, contraria alleganti pœnam afferat? dicas igitur quod licet † criminis materia subiectiua dolus dicatur. *l. nec exemplum. C. de fals.* nihilominus † ad hoc vt quis de falso pœna ordinaria puniri possit, tria copulatiue requiruntur, mutatio scilicet veritatis, quod dolo veritas mutata fuerit, & quod mutatio nocuerit, vel nocere potuerit. *d. l. nec exemplum. iuncto tex. in l. quid si falsum. & in l. damus C. de fals.* Castren. *consil. 57. libr. 1.* Afflict. *decis. 464. num. 8.* Hieron. Gabr. *cons. 169. numer. 14. & cons. 180. num. 6* Cæpha. *in cons. 351. num. 44. libr. 3.* quos refert Timeus Bozatinus *in addition. allegata Magon. decis. Lucens. 43. in litera C.* sic pariter dixerunt N at. *in cons. 314.* Ioseph. Ludou. *decis. Lucen. 15. num. 5* Bar *in l. si mulier la 21. §. si seruus. ff. de actio. rer. amot. & in cons. 199. vol. 1.* 11 12

Aut igitur illa copulatiue concurrunt, & tunc vt supra de falso puniri quis debet authoritatibus iam allegatis, si vero secus, tunc aliam meretur pœnam ad ea quæ tradunt & Bologn. *in cons. 30. col. penul.* & Clar. *in §. falsum. versic. item excusatur. in fin.* atq; D. Menoch. *in cons. 106. num. 14. & seq. li. 2.* & eo casu saltem temeritatis pœnam mereri crediderim, quæ etsi † grauis esse non dicatur *l. eum quem temere. ff. de iudic.* impunitatis tamen beneficio talem indignū iudicauit Magon. *decis. Lucen. 50. num. 17.* Et ideo eundem sicut supra fraudulentum † saltem pœna extraordinaria esse plectendum, iuxta illius personæ qualitatem non est ambigendum iuxtaq; Cæphali doctr. *in cons. 113. num. 18. lib 1.* præter id † quod alleganti contraria non esse credendum, disponit text. & ibi Bart. *in l. Titiæ. ff. de condit. & demonstrat.* 13 14 15

Si quis vero fraudem & dolum euitare studet,

Digitized by Google

veritati adhæreat, & solo iure suo experiatur, quo-
16 niam is † dolo caret, qui suo iure vtitur. *leg. nullus. la 56. ff. de reg. iur. in 6.* & q̃uis reus pluribus, & diuersis exceptionibus vti possit, vt cauetur *ex l. nemo prohibetur. ff. de exceptionibus. c. nullas. de regu. iur. in 6. c. post electionem. de concess. praben.* Nat. *in consil. 16. numero tertio. & in consil. 171. numero septimo.* Peregr. *in cons. 60. numer. 6.* quos refert & sequitur Ala. de *Aduoc. & Caus. christ. in quæst. 40.* Est tamen aduertendum vt inquit ibidem præcitatus Ala. in foro conscientiæ, ne Aduocatus, & Causidicus proponant exceptiones contrarias, & in facto inuicem sibi incompatibiles, vt impossibile sit, ambas esse veras, nam committeretur peccatum mẽdacii, quod de sui natura semper malum est, & semper affert culpam venialem sed si huiusmodi mendacia afferant maximum præiudicium aduersanti, vel fiant cum iuramento, vtique contrahitur crimen lethale, & primo casu tenentur ad damna partis diuersæ, vt de contrariis exceptionibus docet Didac. Couar. *libr. 1. var. resolut. cap. 2. ante numer. 3.* Et ideo inquit præcitatus Ala. *in quæst. 29.* non licere Aduocato, falsitate aut mendacio, causam sibi commissam adiuuare, quamuis Aduocato iuste Patrocinanti, prædictis cessantibus licitum caueatur, occultare posse ea, quæ suo clienti nocere, aduersario vero prodesse possent ex doctrina S. Tho. *2. 2. quæst. 71. art. 3. ad testium.*

Praeoccupata ne sit ante tempus partis Oratio sed tunc demum responsio admittatur fine dicentis expectato.

CAPVT

CAPVT VI.

Svmmaria.

1 *Fraude is suspectus dicitur, qui aduersanti, ne sermonem cœptum prosequatur, adhibet impedimentum.*
2 *Iudiciarius ordo quidnam exigat.*
3 *Benignus inter arrenghantes reciprocus auditus esse debet.*
4 *Aduocatus eorum, quæ alter dixerit, memor esse debet.*
5 *Aduocatus quid obseruaturus sit.*
6 *Patrocinans patienter non audiens, tanquam iudicis auditorii turbator, à Iudice excludi potest.*
7 *Lingua garrula nocet, vt scriptura docet.*
8 *Memoria Patrocinanti necessaria.*
9 *Memoria, quidnam dicatur esse.*
10 *Præcipitium sine modo consistit.*
11 *Præcipitatio ex impetu voluntatis, ordinatum negligit consilium.*
12 *Reassumptio ordinata esse debet.*
13 *Memoriam retinens inordinatam, fatuus dicitur esse.*
14 *Contrariis quare respondere teneatur Orator.*
15 *Patientiæ effectus quinam sint.*
16 *Impediens alium vti iure suo, actione iniuriarum tenetur.*

TRANSEAMVS nunc ad secundam fraudis speciem, atque dicamus illum fraude † suspe- 1
ctum dici, qui aduersanti ne sermonem cœptum prosequatur, impedimentum præbet; ordinate igitur est procedendum, & ideo dixi *sub tit. de Aduoc. ca. 5. n. 7.* proponentẽ ex parte actoris, prius causam

Digitized by Google

&negocii statum explanare, dehinc ex rei latere Patrocinantem ipsam causam defensurum ad arrenghandum admitti debere, vnde Spec. *de exord. & arrengh. aduoc num.* 12. illud allegat scilicet, modus est in rebus, sunt certi denique fines, ordo itaque
2 † iudiciarius exigit vt actor petat, *auth offeratur. C. de lit. contest.* postmodum autem reus excipere debet. *l.* 1. *& ibi DD. ff. de eden.* Spec. *in § nūc breuiter. de disput. & allegat.* quare Imperat. Iustin. in Instit. de actionibus primo, dehinc de except. titulum constituit. Benignus † igitur atque patiens inter ar-
3 renghantes reciprocus debet esse auditus, ita vt alter alterius sermonis finem commode percipiat,
4 & ideo Aduocatum † memorem esse eorum, quæ alter in iudicio dixerit, attingit Spec. *in § . iam nunc. versic. cautus tamen existas. de Aduoc.* quare si præcipi-
5 tanter † quis non sermonis fine praecon cepto respondet, punctualiter vtique excipere non poterit, quoties aduersantis propositionem conclusam non audiat, & ideo patienter vsque ad finem respondere caueat, & modestiam in tacendo seruet, iuxta illud dictum Diui Iacobi Apostoli in sua Canonica scilicet, sit autem omnis homo velox ad audiendum, & tardus ad loquendum, & Vergil.
6 Aeneid. *lib.* 4. nusquam tuta fides, alias † tanquam turbator auditorii iudicis, à iudice excludi debet vt allegauit Spec. *in § . nunc de exordiis. versic. nam iudex. de Aduoc.* prout etiam tetigi *sub tit. de Aduoc. cap.* 5. *nu.*
7 32. & proinde illud succedit dictum † scilicet vt scriptura docet, lingua garrula nocet, quod sequitur Spec. *in d. § . iam nunc. numero septimo.* illud pariter adducens scilicet, qui inconsiderate loquitur, mala sentiet, ex text. *in §. fin.* 5. *quæst.* 5. libenter igitur

igitur quidquid ab Aduersario dicetur audiet vt tradit Iodoc. infra allegatus in proxima tertia fraudis specie, respõsurusque sic agens, facilime aduersarii dicta reassumere poterit ad hoc, vt & me-
moriam habere valeat, † quæ apprime Aduocato 8
est necessaria, prout significauit Opiz. *in repetit. §. diui. col.* 15. mater etenim † intelligentiæ dicitur 9
memoria secundum August. Barbat. *in c. causam quæ. co.* 1. *de iud.* & ad respondendum quis præci-
pitare non debet, præcipitium † enim sine modo 10
consistit. *c. ex parte. de sepul.* secundum Io. Andr. in *clem. pastoralis. de re iud.* Quare ob præcipitatio-
nem † ex impetu voluntatis, & passionis, ordina- 11
tum consilium negligitur Gregor. Reisch. *de princip. Philosoph. mor. cap.* 22.

Reassumptio tamen † ipsa ordinata esse debet, 12
vt singulariter, & ordinate obiectis repsondere
sit conueniens, alias qui † memoriam inordina- 13
tam retinet, fatuus esse præsumitur Alex. *in l. cum seruus. §. constat. col.* 1. *ff. de leg.* 1. quem sequitur Neuizan. *in Sylu. nupt. in rubr. quom. iudican. numer.* 18.
Qua de re † contrariis respondere debet Orator, 14
ne ambitionis vitio accusetur, vt inquit Rolan. *in cons.* 60. *numer.* 31. *libro primo.* & paucis agendo Aduocati pudorem conseruet. Nat. *in cons.* 24. *in princip.* quos sequitur Magon. *decis. Florent.* 66. *n.* 19.

Patienter demum audiat, ex patientia enim omne prouenit bonum, & vt Cyprian. de bono sapientiæ, quem refert Margar. Philosoph. *de princip. Philosoph moral. cap* 37. dicit, Patientia † est quæ 15
nos Deo commendat & seruat, ipsa est quæ iram temperat, linguam refrenat, mentem gubernat, pacem custodit, disciplinam regit, libidinis impe-

Digitized by Google

tum frangit, timoris violentiam comprimit, incendium simultatis extinguit, cohæret potentiam diuitum, inopiam pauperum refouet, tuetur in virginibus beatam integritatem, in viduis laboriosam castitatem, in maritatis indiuiduam charitatem, facit humiles in prosperis, in aduersis fortes, contra iniurias & contumelias mites, docet delinquentibus cito ignoscere, tentationes expugnat, persecutiones tolerat, passiones & martyria consũmat, ipsa est quæ fidei nostræ fundamenta firmiter ponit, quæ incrementa spei sublimiter prouehit, ipsa facit, vt efficiamur filii Dei, dum Christi tolerantiam imitamur, hæc ille.

Ideo sit Auditor patiens, quia secus † impediens alium vti iure suo, actione iniuriatum tenetur. Bald. *in rubr. C. de vsufr.* & Alex. *in l. qui pendentem. in principio. ff. de act. empt.*

Voto communi, circa praxim, & iudicialem obseruantiam quomodo & quando sit acquiescendum, & pertinaciæ vitium, omnino aufugiendum inconsulto non prætermittitur.

CAPVT VII.

SVMMARIA.

1 *Docilitas, disciplinabilem quempiam facit.*
2 *Indocilis, & obstinatus quisnam dicatur.*
3 *Consilium vniuersale præstandum, quænam requirat.*
4 *Opinionum dissensiones, in Gallia quomodo componantur.*

Digitized by Google

nantur.

5 *Regula iuris, quod à maiori parte capituli fit &c. quomodo intelligatur, remissiue.*

6 *Sententia ab vnoquoque proferenda, in publicis sessionibus, quomodo ex Sacrosancto Concilio Trident. proferri debeat.*

7 *Communis opinio quomodo seruanda, remissiue.*

8 *Consilia faciendi, & celebrandi forma ex Stat. Papiensi quaenam detur.*

9 *Opinioni seniorum & maioris partis standum est circa praxis obseruantiam.*

10 *Contraria opinionibus sapientum proferens, stultus dicitur.*

11 *Antiquiorum dicta, benigne à successoribus adimpleri debent.*

12 *Pertinacia interdum quis haereticus efficitur.*

13 *Pertinacia vitium abominabile dicitur.*

14 *Pertinacium dicta nulla sunt reputanda.*

TERTIAM nunc fraudis speciem explicare necessarium videtur; idcirco caeterorum Causidicorum voto, circa praxim & iudicialem obseruantiam arrenghans acquiescere debet, si docilis esse cupit, per docilitatem † itaque quis disciplina- 1
bilis efficitur, & aliorum consiliis acquiescit, vt inquit Reisch. *de princip. Philosoph. moral. cap. 13. vltra medium*. aliter enim valde † tenens vel impru- 2
denter durus, irreuocabilis, indocilis & obstinatus nuncupari debet, iuxta sentẽtiam Io. Andr. *in clem. prima. de sum. Trinit.*

Studeat igitur lector ea, quae substantificè declarat Iodoc. *in prax. rer. ciuil. sub rubr. de opin. sua in examin. processu. dicen. capit.* 198. *fol. mihi* 190. & quae

tam † votaturis, quam contradicentibus, non mediocrem afferunt vtilitatem, & q̄ ſunt hæc, videl.
In œcumenicis concilijs, ſicuti patrum in primis, requiruntur modeſtia, imo ſicut hæc ipſa ibidem in ſcripturarum diſcuſſionibus, & ad veritatis notitiam perquirendam ſeruanda præcipitur, tum partibus tum ſtatibus præſentibus, vel ſaltem ſicuti hoc ab ipſis requiritur, vt ab omni acerbitate, clamore, proteruitate ac linguæ petulantia, & pertinacia ſint alieniſſimi (quia vbi calor & pertinacia dominatur, veritas ipſa periclitatur) deinde vt ad veritatem ſtatuendam, & ad conſtitutiones ſtatuendas ſint placidi, modeſti & benigni, alios placide audiant, cognoſcant & intelligant, & non minus alieno ſenſui quam ſuo omnia tribuant, omniaq; cum modeſtia ad veritatis normam exigant, conferant & definiant. Ita hæc quoq; modeſtia, idemq; faciendum requiritur in conſilijs priuatis, particularibus, ſæcularibus, & in priuatarum cauſarum exceptionibus. Quod vt fieret tandem firmius, & cum maiori authoritate per inſtructionē Cameræ anno 1426. Dux Philip. ordinauit & mandauit vt Præſes & Conſiliarij in examinando proceſſum, imo, vt in deliberando, opinando, & in terminando, ſint non clamoſi, pertinaces aut proterui, ſed modeſti, faciles ac benigni: etſi clarior veritas ex alijs eluceſcat, ad cedendum propenſi, ſic, vt inter argumentandum & diſputandum ſeſe intelligant, & patienter inuicem audiant, aliorum dicta non interrumpant (*Vt iam dictum fuit ſupra in ſecunda fraudis ſpecie*) nulli obſtrepant, non cito iraſcantur, neque inter opinandū

quiſ-

„ quiſquam loquatur, niſi à D. Præſide interroga-
„ tus, & ſuam ſententiam interrogare iuſſus, atque
„ in ea ſententia ſua pronuncianda, dicat ſuam o-
„ pinionem & quod ſentit, breuiter, paucis, mode-
„ ſte, & cum decenti modo & ordine, ne denuo in
„ ſemel dicta argumenta recidatur, & eadem ſæpi-
„ us ſæpiuſq; repetantur, quæ ab alijs pertinenter,
„ & clare ſemel reſoluta fuerunt.

Cum reliquis ab eo recenſitis, ideoq; eo loci ſignificat in Gallia † & in diſſenſionibus opinionū id conſtitutum caueri, quod ſcilicet quoties in deliberando opiniones contingat eſſe diuerſas & diſcordes, quod tunc numerus minor numerum maiorem ac ſaniorem, certioribuſq; cauſis dicta ſua probantem, & ſtabilientem ſequi debeat. Vnde regulam, & concluſionē ſuper iuris baſe firmatam habemus, id ſcilicet quod à maiore parte Capituli, Collegij ſeu vniuerſitatis determinatur, indiſtincte ſeruandum eſſe *l. g. quod maior. ff. ad municip. c. 1. de his quæ fiunt à maior. par. capit. text. iuncta gloſ. & theorica Bart. in l. quicunq; C. de omni agro deſer. lib. 11. in verſic. conſenſu omnium.* quod † tamen reducas ad ea quę colliguntur ex Ant. Corſet. *in ſingularibus ſuis, in verbo, Vniuerſitas.* 4 5

Quocirca, omittenda non ſunt † ea quæ colliguntur ex Sacroſanct. Concil. Trident. de modo viuendi, & alijs in Concil. ſeruan. *Seſſ. 2. prope fin.* ſcilicet, in ſententijs vero dicendis iuxta Toletan. Concil. ſtatutum in loco benedictionis conſidentibus Domini Sacerdotibus, nullus debeat aut immodeſtis vocibus perſtrepere, aut tumultibus perturbare, nullis etiam falſis vaniſue, aut obſtinatis diſceptationibus contendere, ſed quidquid dica- 6

tur sic mitissima verborum prolatione temperetur vt nec audientes offendantur, nec recti iudicij acies perturbato animo inflectatur.

7 Adde modum † seruandi communem opinionem traditum per Neuiz. *in Sylu.nupt.in rubr.quomo. iudic.lib.5.*

8 Habemus quoq; formam † celebrandi & faciendi consilia inter stat. Papiæ, *de regim. potest. sub stat.14.& 20.ad qua te remitto.*

9 Idcirco circa praxis obseruationem † opinioni seniorum, & maioris partis prædicantium quis adhærcat neq; animum suum obfirmet, iuxta illud Sapien. dictum, *in Ecclesiast.cap.6.* scilicet in multitudine præsbyterorum, id est, seniorum prudentum sta, & prudentiæ illorum ex corde coniũgere,
10 proindeque proferens † contraria opinionibus sapientum, stultus dicitur, ex Philosopho *cap.1. Topic.*
11 *lib.4.* & antiquorum dicta † amicabiliter à successoribus suscipi, & benigniter impleri debent vt inquit Galen. de accidenti & morbo.

Pertinaciam igitur quilibet prorsus effugiat, cum per illam † sæpe aliquem hæreticum fieri di-
12 gnoscatur, vt cauetur ex clemen. 1. *in princip.& in §. porro.vbi Card.& ibi glo. de sum.Trinit.* Abominabile
13 † quidem pertinaciæ vitium, quare ex sacris Bibliis legitur de Antiocho, hunc scilicet adeo contra Iudaicum populum induratum fuisse, vt à molestia nunquam cessare studeret, quo factum fuit, vt eidem dicta cogitatione obtruncata, manus Dei Omnipotentis superuenerit, & dum ad Hierosolymæ destructionem iter faceret, ex Dei permissu, dirupta quadriga, ossibus confractis, operis cœpti finem expectauit.

Pharao-

Digitized by Google

Pharaonem pariter Regem, contra Dei pręceptum pertinacem, vna cum exercitu submersum fuisse nonne intelliximus? Lidiamq; à Poetis descriptam fumo atq; tenebris circundatam, infernalia loca ingressam, ne ob illius obstinationis vitium ab aliquo videretur vtiq; percipim⁹. Hãc quippe pertinaciam valde detestatur Thomas, Garzon⁹ à Bagnacauallo *in suo Theatro, Raciocinatione* 47. nec omittas ea quæ habentur ex clemen. *prima* §. *sane. & ibi glos.* & Card. *de vsur.*

Horum autem pertinacium † dicta pro nullis 14 in Mechliniensi consilio reputari & haberi tradit Iodoc. *in allegato cap.* 198. *in fin.*

Et quamdiu debeat quis in malo perseuerare, ad hoc vt pertinax dicatur, videas D. Menoch. *de arbitr iud. cas.* 600. *n.* 3.

Et circa pertinaciæ vitium vide ea quæ infra habentur *in cap.* 41.

Veritatis maximum est fundamentum, hanc autem negare an liceat, & quando absq; difficultate defenditur.

CAPVT VIII.

SVMMARIA.

1 *Veritatem negare nemini expedit.*
2 *Veritas negari non potest.*
3 *Veritas, disputando facilius inuenitur.*
4 *Opposita iuxta se posita magis elucescunt.*
5 *Disputatio quid sit.*
6 *Veritas quando negari possit.*
7 *Verum dicere nõ sufficit nisi veritatis causa assignetur.*

8 *Dubita-*

8 *Dubitare de singulis inutile non dicitur.*
9 *Veritatem negans, fraudandi intentione, quibus afficiatur pœnis, remissiue.*
10 *Negatiua declaratio quotupliciter consideretur.*
11 *Veritatem sine dubitatione inquirentes quibus assimilentur.*
12 *Mentiri, species furti dicitur esse.*
13 *Negatio falsa quemnam producat effectum.*
14 *Negans in iudicio, de mendacio conuictus quib. beneficiis priuetur, remissiue.*
15 *Reus negans se rem possidere, contrario autem ostenso, in odium mendacij actor in possessionem mitti potest.*

AD quartam nunc fraudis speciem successiue
1 properemus, & absolute dicamus † nemini expedire veritatem negare *l. illud §. Padius. ff. de tribut.*
2 *act.* & quæ † profecto negari non potest, *vt in feud. lib. quo temp. mil. inuestit. pet. deb. c. fin.*

Veruntamen illud conceditur, vt scilicet emergente dubio super re seria disputatio admittatur,
3 quoniam disputando † facilius veritas inuenitur *l. mulierum §. mista. ff. de mun. & honor. l. cum quidam. & ibi* Ias. *notab. 6. ff. de lib. & posthum.* Præposit. *in c. 1. col. 1. de eo qui sibi, & hered. su. masc.* & Barbat. *in c. Pastoralis. §. quoniam. col. 3. de rescript.* Riminal. Iun. *in cons. 7. num. 6. vol. 1.* & Viuius *decis. 189. in princip. lib. 1.* Idcirco il-
4 lud sæpe allegatur, opposita scilicet † iuxta se posita magis elucescere, vt inquit Philosoph. *de Cœlo, & mundo.* Calcan. *in cons. 7. in princip.* vnde Antonius Cittadinus in epistola, incipienti, conclusiones, ad finem, de ente, & vno agens, relatus à Neuiz. *in Syl. nupt. in rubr. non est nuben. num. 8* dicit quod dispu-

tatio

Digitized by Google

tatio † est cribrum veritatis, suauissimus animæ cibus nihil habens ingr ti. 5

Et licitum † est quandoque negare veritatem ex 6
mala causa *c. cupientes de elect. in 6.* Doct. *in c. 1. de mut. petit.* & etiam negare veritatem disputandi gratia, non autem fallendi animo id concessum videtur vnde Arist. Ethic. *lib.* 7. dicit quod † verum dicere 7
non sufficit, nisi pariter falsitatis causa assignetur, & *in lib.* 1. *Topic* potentes ad vtramq; partem dubitare, in singulis speculabitur verum & falsum: ideoque in prædicamento relationis, quem sequitur Neuizan. *loco de quo supra nu.* 6. dicit quod † dubi- 8
tare de singulis non est inutile, sic referente glos. *in l. 3. C. de sum. Trinit. & fid Cath.* Bart. *in § autem in Proœm. Digest.* præter alios quos eo loci Neuiz. aperte significat.

Sed quoties † negatur veritas fraudandi inten- 9
tione, negans maximis afficitur pœnis, de quibus agit Spec. *in § nono tangendum. numi. 7. de posit.* & omittendo declarationem negatiuæ, quæ † tripli- 10
citer consideratur, circa factum, ius & qualitatem iuxta opinionem Iodoci *in praxi rer. ciuil cap.* 131 *nu.* 8. & secundum Spec. *in § 1. numer. 1. tit. de probat.* solum illud Aristot. dict*um in lib. 3. Metaphys.* significabo quod scilicet † veritatem inquirentes sine dubita- 11
tione, similes sunt nescientibus quo ire debeant. 12
Mentiri † tamẽ de re proprie vera furti speciem esse deduxit Bald. *in c. dudum. el secundo col. 4. de elect.* & † falsa negatio tollit priuilegiũ, quod alias quis 13
in eodem negocio haberet, sic Spec. *in § octauo loco. versic. mendacium. num. 2. tit. de posit.* & negans † in iu- 14
dicio, si de mendacio conuincatur, quibus beneficijs mendacij causa priuetur, videas Rolan. *in cons.*

88. *vol.*

Digitized by Google

1558.*vol.4.* proindeq; reus † negans rem possidere, contrarium autem probetur, tunc in odium mendacij actor in rei possessionem mittitur, vt tradit Guid. *in singul.609.*

Vtrum secreta Iudici facta locutio suspicionem redarguat.

CAPVT IX.

SVMMARIA.

1 *Iudex, nisi palam ante tribunal altercantes audire debet.*

2 *Iudicis ad aurem si quis loquatur ne aduersarium instruat, quid tunc Iudex agere debeat.*

3 *Iudex qui auris sibilum patitur quomodo suspectus redatur.*

4 *Iudex quibus in causis partem secreto audire teneatur.*

5 *Iudicem qui alloquitur secreto nimis longo sermone in expectantium praiudicium est repellendus.*

QVINTAE modò fraudis speciem declaremus, neque subterfugiamus maximam suspicionem inducere secretam iudici locutionē parte præsente, quia † nisi palam ante tribunal Iudex audire debet *leg. iubemus.in fin.Codic. de Episc. & cler.*
2 Quocirca dixit Spec. *in §.septimo videndum.nu. 9. de posit.* quod si † quis ad aurem iudicis intentionem suam significat, ne aduersarium instruat, ad ea quæ habentur *in capit.contingit de fid. instrum.* tunc si Iudex euidenter deprehendat, quod eius intersit respondere, ad respondendum reum cogere debet,
3 quoniam alias † Iudex qui auris sibilum patitur, merito

merito alteri parti suspectus habetur, nisi secreto dictum illud publicet, vt cauetur ex Spec. *loco de quo supra, numero* 10. sic pariter Butr. cæterique Doct. *in capit. accedens. vt lit. non contest.* Philip. *in tit. de appellat. capit. postremo. col. penult.* & Roman. *in singul.* 261.

Quod tamen limitatur † in causis in quibus procedit sine figura iudicij, quia Iudex eo in casu, partem secreto secum loqui cupientem audire tenetur, alias eundem grauaret, sic Bart. *in extrauag. ad reprimen. in verbo, sine strepitu.* quem sequitur Ias. *in l. apertissimi. caput.* 11. *C. de iudic.* 4

His accedit † id quod pluries obseruaui, quod scilicet nonnulli, tempore audientiarum Iudicum, siue publice, siue priuatim dandæ sint, adeo Iudices illorum, maxima & longa verborum secreta farragine, vel stando, vel deambulando molestia afficiunt, vt ne quid peius dici possit, non habita cæterorum Iudicis ministerio atque officio indigentium consideratione, qui ob longi sermonis tarditatem, sæpe in alia causa coram alio Iudice vertenti sub eadem hora, contra ipsos expectantes, actus sequatur præiudiciales. Idcirco repulsent Iudices huiusmodi peragentes, extraque horam publici auditorij dandi eosdem audiant, vel breuiter ad dicendum eos inuitent, vbi periculum in mora quidquã reperiatur, quia alias numerus pluralis, numero singulari est præferendus, satius est enim, quod vnus patiatur, quam quod plures expectantes, ob exponentis secreto nimis longam 5

Digitized by Google

longam verborum farraginem detrimentum sentiant, etsi forsan dolus, vel in iudice vel in iudicē alloquente insit, eos à restitutione damni, & interesse non excusarem. Hæc intelligat qui intelligere potest.

Sextam porro fraudis speciem præsentialiter attingere non est necessarium, illam namque in Tertio principali membro discutiēdo proponam, in quo Patrocinantem, veridicum coram Iudice necessarium, & perutile esse, diffuse enunciabo.

Iudici, quando arbitrariæ præter legales dilationes dandæ, cōcedantur, eas aūt superflue petēti, de calumniaq́; præsumpto, quomodo concedantur, & grauißime peccare. qui indebite illas postulat, celeberrimi Doctoris traditione, apertissime hæc eadem collecta referuntur.

CAPVT X.

SVMMARIA.

1 *Suspectus de calumnia redditur is, qui præter legales statutas, vlteriores petit dilationes.*

2 *Dilationes ordinariæ quænam dicantur.*

3 *Iudex, præterquam ex vrgenti causa, ordinarias dilationes petitas, neutri partium denegare potest.*

4 *Iudex certa, & vrgente causa, omnem dilationem denegare potest.*

5 *Dilationes extraordinariæ quænam dicantur.*

6 *Dilatio extraordinaria, quando à Iudice sit danda.*

7 *Iudicis interest, processus breuißime absoluere, nec extraordinarias superfluas concedere dilationes & quare*

Digitized by Google

quare.

8 *Iudices iustitiæ progressum accelerare debent.*

9 *Dilationes superfluæ petitæ, quidnam interdum producant.*

10 *Dilationes superfluas petentem siue dantem, vel testes subornantem, aut falsum instrumentum præsentantem iuraue falsa allegantem, ad restitutionem teneri.*

11 *Dilationum materia, quando amputanda, & quando amplianda.*

12 *Probationum facultas amplianda, ne veritas occultetur.*

13 *Iudex dilationes bona fide petitas concedere debet.*

14 *Bona fides quando præsumatur.*

15 *Iudex quando partem dilationē petentem de calumnia suspectam habet, an ad iurandū de calumnia ipsam partem compellere possit, & qua forma sit iurandum.*

16 *Dilatio, vltra quaternam, quando concedi possit, remissiue.*

17 *Iudex arbitrio suo, dilationes restringere, & prorogare potest.*

18 *Dilatio iniusta, & sine causa restricta siue prorogata, admittit grauatum ad appellandum.*

19 *Aduocatus siue Patrocinans, industriose causam prorogans quomodo puniatur, & cliens ex tali dilatione læsus aduersus eum agere potest.*

20 *Dilationes superfluas petens, grauiter peccat.*

21 *Dilationes superfluas petens, in foro conscientia, quanā patiatur, & ex Ala Cremonensi illa eadem demonstrantur.*

Septimam igitur fraudis speciem intueantur, & iure merito dictum fuit, illum de † calu- 1

mnia suspectum se reddere, qui præter legales, & arbitrarias sibi statutas, vlteriores petit dilationes. Qua de re Iodoc. *in praxi. rer. ciuil. cap.* 114. *num.* 4. ordinarias, & extraordinarias diuisim constituit di-
2 lationes, e𝑠𝑡 † autem ordinarias appellat, quas iura tribuūt, aut quas vel stylus, vel consuetudo, vel ordinationes, vel statuta donant, & quas vulgo dilationes peremptorias vocamus, ita vt Iudex præter-
3 quam † ex vrgenti causa neutri partium illas dene-
4 gare possit, quamuis Iudex † certa, & vrgente causa omnem dilationem denegare valeat. Ad dilati-
5 ones extraordinarias † illas nuncupari dixit quas Iudex ex officio suo, supra dilationes ordinarias
6 parti elargitur; quod tamen † nisi ex propria prudentia, ex causa ad hoc Iudicem mouente, & ex animo sibi talis æqui conscio fieri nequit. Et huiuscemodi dilationes temere (inquit) largiri non de-
7 bent. Quinimo (subdens ait) ad Iudicem † spectare, omnes processus breuissime absoluere, omnes remotas abrumpere, ideoque nullas superfluas dilationes extraordinarias permittere, ob enormia damna, & interesse, quæ plerunque ex indebitis dilationibus, & iustitiæ procrastinationibus enascūtur, ita vt alterutra pars ob has sępe depauperetur, aut mendicare, vel maleficia patrare cogatur, aut mœrore contabescat, & moriatur, liberique ipsius squaloribus, & inedia pereant. Ideo (prosequitur) huiusmodi pericula, & mala, tam Deo ingrata, quam hominibus inuisa, iudicibus erūt prę-
8 meditanda, & † iustitiæ progressus legitime ab eis accelerandus. Hæc ille.

9 Quocirca sæpe videmus † in iudiciis calumniantes, extra ordinem continuo dilationes petere,

quibus

quibus concessis, vel rescripta obreptitia atq; subreptitia ii obtinent, ad hoc, vt pars expensis magis defatigata , vel ad compositionem deueniat, vel defessa litem deserat, aut iis pendentibus, commodius subornatos, & falsos producāt testes, aut quod pessimum est, scripturam à veritate prorsus alienā, in expressum partis præiudicium producāt. Quod equidem absurdum penitus euitandum significo, præter namque pœnas à iure communi, & seu municipali exterius indictas, cæteras in foro conscientiæ, à diuina iustitia, similia peragentes pręparatas non vtique aufugiunt, neq; vt plerique facere solent, hortantes testes ad rei defensionem, vt criminaliter, vel aliter falsum deponant testimonium sub spe misericordiæ diuinæ obtinendæ, & nimia fiducia, & ratione temerariæ præsumptionis, qua peccatur in Spiritum sanctum, pœnas diuinitus, vt supra præparatus aufugere putent, & in quos acriter animaduertendum, dixit Ala. *in tract. de Aduoc. & Causid. Christ. quæst.* 73. qui pariter enucleat *in quæst.* 74. quæ crimina testibus in foro conscientiæ, ad illorum personas reprobandas obiicere possint, & valde conqueritur, *in quæst.* 75. de Aduocato , qui notarium testem examinaturum hortatur, ne iuramentum testi examinando deferat, & quem mortaliter peccare dixit.

An vero & quando quis puniatur, & quomodo quoties falsis vtitur testibus ab eo productis vide D. Menoch. *de arbitr. iud. cas.* 315. *lib.* 2. *centur.* 4. *& per me deducta infra in cap.* 14. *nu.* 30. *cum seq.*

Qua de re Nauar. *in suo Manual. cap.* 25. asserit, aliquem † petentem vel dantem superfluas dila- 10

Digitized by Google

tiones, vel testes subornantem ad falsum, vel ne verum dicant, aut præsentantem instrumentum falsum, iuraue falsa allegantem, ad restitutionem teneri.

Et ideo ab huiusmodi tollenda ac euitanda succedit dispositio text. *in l. fin.* ibi gloss. *in princip. ff. de fer. & dilat.* dictantis, dilationum † materiam esse
11 amputandam. Quod tamen ad illum reducitur sensum, quoties Iudex illius prudentia, dilationes
12 petitas non esse necessarias prospiciat, quia † alias probationum facultas non angustari, sed ampliari debet, ne veritas occultetur. *l. generaliter. § necessitate. C. de reb. cred. & iureiur. glos. in c. 1. versic. octo durum. de except.*

13 Iudex autem dilationes † concedere debet,
14 quando bona fide petuntur, & tunc bona † fides præsumitur, quando ambæ partes de calumnia iurauerunt. Quo fit, vt non immerito *ex c. 1. ibi glos. in verbo, calumniæ iuramentum. de iuramento calumniæ.* infrascripta, sub versibus, de quibus infra, tradita fuerunt, videlicet:

Illud iuretur, quod lis sibi iusta videtur,
Et si quæratur, quod nil nisi vera fatetur.
Quod nil promittet, quod falsa probare negabit,
Vt lis tardetur, dilatio nulla petatur.

Quod si formiter vt supra sic iuratum non fue-
15 rit, aut † Iudex dubitet, ne pars dilationem malitiose aut calumniose petat, nempe aut ad processum protrahendum, aut ad suam partem molestãdam, potissimum quod calumniæ talis suspicionem probet, & ob id rationes apparenter ad calumniam tendentes alleget, & concludat, potest tũc

Iudex

Digitized by Google

Iudex, imo ex officio debet eam partem (si modo tunc præsens adsit) aut ipsius procuratorem talem dilationem petentem, ad iurandum de calumnia compellere, quod id, quod petit seu præsupponit, æquum, verum, & sincerum sit, quodque in ea causa nil faciat, nilque dicat, aut petat, quod calumniam, aut malitiam spirare putet, alias enim talem negabit Iudex petenti dilationem, sic punctualiter affert Iodoc. *in d. praxi rerum ciuil. cap.* 118. *numer.* 11. *&* 12.

Quando † autem, & quomodo, vnica, bina, terna, quaterna, & vlterior concedi debeat dilatio, vide Spec. *in tit. de dilat.* nec tamen omittas ea quæ tum prudenter, tum breui modo scripsit Gail. *obseruat.* 91. *tit. de dilat. probat. conceden.* quæ dilationes † in Iudicis pectore resident, quique Iudex eos arbitrio suo, ex causa restringere, & prorogare potest. *l: nonnunquam. ff. de iudic. l.* 3. *C. de dilat.* videas etiam Boer. *decis.* 294. & quoties † iniuste, sineque causa dilationem restringit seu prorogat, tunc grauatum appellare posse indistincte affirmat Spec. *in* §. *viden. restat. numer.* 11. *d. tit. de dilat. per text. in c.* 1. *eod. tit. & in l. si se.* §. 3. *ff. de re iud.* 16 17 18

His addas, quod Aduocatus † ex industria causam prorogans, in libris duabus auri punitur, præter id quod contra eum, cliens ex ipsa dilatione læsus agere non interdicitur, Spec. *in* §. *fin. versic. Aduocatus. tit. de Aduoc.* 19

Et quam graue † sit peccatum superfluas dilationes petere, consideret Patrocinans ipse, † ea quæ in medium affert Ala Cremonensis. *in suo tract. de Aduoc. & Causid. Christian. quæst.* 43. hunc in modum, qui sequitur, videlicet: 20 21

Digitized by Google

„ Excutiant intelligentiam suam ad hunc pun-
„ ctum temporis, Aduocati, & Causidici, vt intel-
„ ligant, qua ratione sine peccato debeant vti dila-
„ tionibus, quæ iure communi, & municipali con-
„ ceduntur in causis pertractandis. Sciant ergo
„ has dilationes fuisse introductas, vt partes possēt
„ proponere, & probare, quæ pertinere putāt ad su-
„ am causam recte instruendam. Quamobrem si
„ Aduocatus, & Causidicus petierint dilationem
„ superfluam, hoc est, quando re vera nihil proba-
„ re volunt, aut possunt, grauissime peccant, ac te-
„ nentur ad restitutionem expensarum, & damno-
„ rum, quæ patitur aduersarius ex dilatione litis.
„ Syluestr. *in §. Aduocatus. num. 16.* Sum. Astensis *in*
„ *ver. Aduocatus, col. 1.* Graffius *decis. aurear. lib. 3. c. 8. n. 8.*
„ *part. prima.* Nauar *in Manual. cap. 25. num. 28. versic.*
„ *quarto.* peccat. Sum. Confessor. *in Rubr. de Aduoc.*
„ *quæst. 172.* Nat *in clem. sæpe. in fine princip. de verb. si-*
„ *gnificat.* Et hoc est vnum ex grauissimis periculis
„ in quo assidue versantur Causidici, qui, vt toties
„ dixi, perficiunt processus sine Aduocato, Alber.
„ *in l. 1. num. 2. versic. Vndecimum periculum. C. de suffrag.*
„ Caccialup. *in tract. de Aduoc. quæst. 4.* & ab omnibus
„ passim obseruatur, quinimo nocent etiam hac
„ ratione proprio clienti, quem Iudex propterea
„ præsumit habere causam iniustam, cum subter-
„ fugiat sententiam. Abb. & Anton. de Butr. *in c.*
„ *nullus. de præsumpt.* Alberic. *in l. prouidendum. Cod. de*
„ *postulan.* Quamobrem studia diuinæ gloriæ sem-
„ per stomachor, atq; indignor, cum audio hæc
„ quotidiana peccata mortalia in quibus viuūt mali
„ Causidici, denūcio absentiam, & tamē cliens non
„ abest. Peto terminum ad informandum, & cli-

ens non

Digitized by Google

„ ens non eget informatione. Postulo dilationem „ ordinariam viginti dierum , atque iterum „ postulo aliam loco dilationis habendæ ab Excel- „ lentiss. Senatu, & sæpè ego obseruaui nihil eos „ habere in promptu, quod re vera probari possit. „ Quod si tot peccatis prætenderent stylum fori, „ sciant eodem stylo fori, & lege Diuinæ iustitiæ, „ in æternos cruciatus se esse detrudendos. Nec in „ diuino tribunali, alię dilationes sperari poterunt, „ posteaquam tota anteacta vita nihil aliud fuit, „ nisi dilatio ad causam spiritualem benè præpa- „ randam. Qua occasione commemorare iuuat „ exemplum adductum à S. Antonio vbi supra *cap.* „ *prim. col. tertia. in fin.* de quodam Aduocato scele- „ rato, qui huiusmodi frustatorijs dilationibus, a- „ nimam suam multis peccatis cumulauerat, cum „ enim ageret in lecto extremas horas, & videret im- „ minentem damnationem, clamabat, Inducias in- „ ducias, & sine inducijs captus fuit miser in ignes „ sempiternos: sed & aliud genus occultæ malitiæ „ explicandum est, & monendus causidicus, ne di- „ lationibus abutatur: si enim statutus fuerit termi- „ nus viginti dierum ad probandum, & possit spa- „ tio duorum, aut trium perficere perficienda, aut „ re vera perfecerit, non tamen continuò probatur „ aut deferuntur processus ad Iudicem, sed varijs „ mendacijs producit negocium, etiam vltra tem- „ pus dilationis: nō deberet ergo Causidicus Chri- „ stianus his malis artibus retardare exitum iu- „ diciorum, quia çessante causa dilationis c[illegible]- „ psa dilatio *l. liberto. § vlt.* vbi Bart. & Alber. *ff.* [illegible]- „ *nu. legat. l. à filia. §. alumno.* & ibi Doctor. [illegible] „ *Trebellian. & in leg. si quis ita heres scriptus.* [illegible] *de acquir.*

,, *de acquir.hered.* Tiraquel.*in tract.cessante causa. nu.* ,, 76. cum multis seqq. licet enim adhuc duraret ,, tempus probatorium, posset tamen Iudex pro- ,, batis probandis, & productis producendis ad vl- ,, teriora procedere, vt concludunt Doctores in ,, locis supra citatis, sed illi Causidici qui nihil fa- ,, ciunt, diuina mandata, omnes suas cogitationes ,, in eo defigunt, vt lites reddant immortales.

Argumentationes Sophisticas euitandas esse: quænam Sophistica dicatur ars edocetur, & contra sophistas nonnulla exponuntur. quæ aduersario præmeditanda atq; obseruanda, iuridice proponuntur.

CAPVT XI.

SVMMARIA.

1 *Facti fundamentum vbi non subsistit, ibi nullum bonæ allegationis poterit ædificium supponi.*

2 *Disputandum non est contra Sophisticos, & variantes, atq; stolidas opiniones afferentes.*

3 *Sophistice, & ceruicose disputando, veritas obumbratur.*

4 *Veritas nimis altercando amittitur.*

5 *Verba obscura, tanquam scopulus sunt euitanda.*

6 *Obscure loquentes male faciunt.*

7 *Fraudulentus præsumitur is, qui rationes intricat.*

8 *Ars sophistica, apparens dicitur, & non existens scientia.*

9 *Sophista vir, dicitur copiosus ab apparente, & non existente.*

10 *Artis*

Digitized by Google

10 *Artis sophisticæ finis, ex dictis claret.*

11 *Sophistæ finis, ad quid tendat.*

12 *Subtilitates, in practica sunt fugiendæ.*

13 *Sophistæ, actus quidam denotantur.*

14 *Restaurata instantia, insufflatione concessa, expensa debentur.*

15 *Instantia alterius partis cauillationibus perempta, eo casu nedum perempta non dicitur, sed & expensa peti possunt.*

16 *Iudex, pronunciando peremptam esse instantiam, illum cuius culpa perijt in expensis condemnare tenetur.*

OCTAVAE nūc fraudis speciem animaduertamus, valde de calumnia suspectum aliquem se patefacere, qui ipsa fraude commemorata vtitur, quoniam vt inquit Spec. *in* §. *allegat. tit. de disput. & allegat.* cum ex facto ius oriatur, ideo vbi fundamē-
tum † facti non subsistat, ibi nullum bonæ allega- 1
tionis poterit ædificium supponi, nec clientulus poterit vllum de allegationis nitore habere subsidium & licet (ait) per subtiles allegationes lis quandoque indebite protrahatur, finaliter tamen iustitia, & veritas sub æquo Iudice valet, quæ omnia dilucidis fundamentis corroborata Spec. idem eo
loci demonstrat, & propterea † contra sophisticos, 2
& variantes, stolidas opiniones afferentes non esse disputandum dixit Mirandula contra Astrologos
libr.5.cap.12.in fin. ceruicose † enim & sophistice dis- 3
putando veritas obumbratur *glos. in clem. sæpe. in verbo, exceptiones. de verbo. signific.* Soci *in cons. primo. numero secundo. lib. quarto* quem sequitur Neuiz. *in Sylu.*
nupt. in princip. proœm. vbi inquit quod † minus al- 4
tercando veritas amittitur, & quod veritas varijs

Digitized by Google

ſermonibus à vulgo diſſi pati ſolet, tum ex Petrarcha *epiſt.6.&11.* tum ex Lactant. *in 2. diuin.inſtit.* Ver-
5 ba † etenim obſcura, tanquam ſcopulus ſunt eui-
6 tanda, Gellius *libr. 1.c ap.10.* & obſcure † loquentes male faciunt Felin. *in Prœm. Decretal. col. 2.* Dec. *in c. quoniam.co.1.de conſtitut.* Barbat. *in c.poſtulaſti.colum.6.*
7 *de foro compet.* & qui † rationes intricat, fraudulentus præſumitur, *l. ſumma ratione. ff. de pecul.* Magon.
8 *deciſ.Florent.76.numer.19.* Ars † etenim ſophiſtica apparens ſcientia eſt, & non exiſtens vnde ſophi-
9 ſta † vir dicitur copioſus ab apparente, & non exiſtente ſcientia, licet videatur opera ſapientis facecere; ſcilicet non mentiri de his quæ nouit, & mentientem manifeſtare, vt cauetur ex Margarit. Philoſoph. *d.Syllogiſ.Sophiſt.cap.1.libr. 2.tract.7.* vbi pari-
10 ter habetur ex doctrina Ariſtot. *in Elencho.* † quod
11 Artis ſophiſticæ finis ex dictis claret: nititur † enim ſophiſta reſpondentem decipere, & ad aliquid inconueniens (quod metam dicimus) virtute alicuius fallaciæ ducere, vt latius ibidem colligitur, &
12 quod in practica † ſint fugiendæ ſubtilitates dicit Neuiz. *in Sylu.nupt.in titu. Quomodo iud.num. 61. prope finem.* Ideoque non ab re Guilielm. Lapidan. *in Me-*
13 *thodo.Dialect.* ac in eius præfatione † contra Sophiſtas, huiuſmodi prolationis digna non aufugit, & quæ ſunt hæc, videlicet: Videmus paſſim in gymnaſiis literariis exoriri ſciolos quoſdam, & verboſos ſophiſtas, qui interim miro quodam ſupercilio tractantes, omnia, non ſolum nullum certum docendi ordinem inſequuntur, verum etiam præter nugas quas tractant, ſiculis (vt aiunt) gerris vaniores, teneros animos torquent difficultatibus, & gryphis non neceſſariis.

Quo-

Digitized by Google

Quocirca huiusmodi sophistas exclamauit Ioannes Caruinus *in Oratione ad lectorem suprascripti Operis*, dicens:

Queruntur eorum complures, sese in Philosophiæ studio multùm olei, & operæ sine vlla fruge consumpsisse, verum tamen se riuulis turbidissimis magis, quam Elimi fonte gauisos fuisse. Quotus quisque eorum est, qui vel Aristotelis volumina nũquam viderit, non dicam legerit? & interim miramur, si semper nostri similes inueniamur. Valeant igitur Sophistæ, fucatæ magis quam veræ eruditionis amici, & suas nugas ad coruos deferant. Quo enim modo in his Aquitaniæ partibus, sicut & in cæteris, ingenia discentium excoli arte, diligentia, & studio poterunt, nisi purulentis illis sophismatibus tempestiue repudium mittant? Quemadmodum igitur ex albo doctissimorum hominum explosi garruli isti sophistæ fuerunt: ita & vos hos fugite tanquam Crocodilis, & Hydris pestilentiores: hæc ille.

Caueat igitur aduersarius Patrocinans, ne sub huiusmodi sophisticis argumentis litem protelantibus, per mendicata suffragia atque subterfugia, partis aduersæ dolo, præsertim circa instantiæ expirationem decipiatur, & ne Principis insufflatione, restaurata † instantia egeat, quo casu expensarum 14
solutio euitari non potest, ad ea quæ circa instantiæ restaurationem tradit Boer. *decis.* 247. *numer.* 11. super huiusmodi propositione videas Capyc. *decis.* 165. Gram. *decis.* 69. *& decis.* 91. atque Cabal. *milleloq.* 974.

Illud

Illud tamen est animaduertendum, quod scilicet quoties † instantia alterius partis cauillationibus perempta dicatur, eo casu nedum minimè petit instantia, sed & etiam expensæ peti possunt, vt
16 dixit Gram. *d. decis. 69.* qua de re Iudex † pronunciando peremptam fuisse instantiam, illum, cuius culpa perijt in expensis condemnare tenetur Crau. *in cons. 170. num. 7.* Bart. *in l. properandum. § illo. Cod. de iud.* & Marant. *in Spec. aur. part. 4 distinct. 16. num. 49.*

Fidem violare graue quam sit delictum demonstratur eandemq; non seruanti quaenam imponatur pœna, factaq; verbis potentiora, utiliter denunciantur.

CAPVT XII.

SVMMARIA.

1 *Fides vbi sana non adest, ibi nec iustitia esse potest.*
2 *Iustitia sub fide continetur.*
3 *Iustitia vbi non seruetur, quid mali nascatur.*
4 *Rempublicam nulla res vehementius continet, quam fides.*
5 *Fides incommutabilis quid sit.*
6 *Vulneri futuro medelam præstare decet.*
7 *Fidem violans, periurium incurrit.*
8 *Fidei interpositio, iuramento æquiparatur.*
9 *Iuramentum, & fidei præstatio se habent, vt genus, & species.*
10 *Fidem, qui per negligentiam, vel realiter non seruat, qua pœna sit feriendus.*
11 *Fidem fallere, graue dicitur esse.*
12 *Hominum malitia indies crescit.*

13 *Affectus*

Digitized by Google

13 *Affectus mitius quam delictum punitur.*

14 *Iniuria verbalis, animo iniuriandi prolata, Iudicis arbitrio punienda.*

15 *Iniuria iudicis arbitrio punienda, quanam præ se ferre debeat.*

16 *Iudicis arbitrium cessat circa pœnam imponendam, quando mera legis pœna attenditur.*

17 *Facta verbis, potentiora dicuntur.*

18 *Periculum vbi maius, ibi cautius agendum.*

NONA tandem fraus oculatim dignoscitur, quando promissa fides violatur; ideoque vbi sana † fides non adest, ibi nec iustitia esse potest, 1
capit. vbi. quæstione 91. iustitia etenim † sub fide 2
continetur §. *festinabis. Auth. de mand. princip.* Hęc
† autem vbi non seruatur in negotijs peragendis, 3
homines segniores reddentur, & commercia frigescent §. *hoc similiter Auth. vt liceat de cætero.* nullaque
res vehementius † continet rempublicam quam 4
fides, imo † incommutabilis fides, est omne, quo 5
viuimus. Cassiod. *lib. quinto var. epist.* 40. sic pariter punctualiter deduxit Magon. *decis. Lucen.* 95 *numero nono & 10.* Quare caueat Causidicorum alter, ne insidijs, & sub promissa fide ab altero supplantetur:
futuro † etenim vulneri medelam præparare di- 6
ctat text. *in leg. fin. Codic. in quib. cau. restit. in integ. necess. non est*; alias enim † ex fidei interruptione, per- 7
iurij reatum quis non aufugit, interpositionem siquidem fidei † iuramento æquiparari Doctoribus 8
communiter placuit *per text. in c. ad aures. de his quæ vi met. cau.* vnde patet † iuramentum, & fidei præsta-
tionem se habere, vt genus, & species, iuxta ea quæ 9
notant Doctor. *in cap. & si Christus. de iureiur.* quod quidem dictum sequitur Ias. *in leg. aut prætor. §. iurari. num.*

ri num.3.ff.eod.tit. pariterq; illud approbat Gail. *obseruat.59 num.1.* idem sentit Spec. *in §.sequitur.versic. nam fidei præstatio.num.49.de arbitr.& arbitrat.* neque illud omittunt, & Io.de Præt. *in l.mutus.§.qui non cogitur.ff.de procurat.&* Alex.*in leg.3. §.dato.in fi.ff. de iureiur.*

10 Qui vero † per negligentiam, vel realiter fidem non seruat, eundem stellionatus crimine teneri deduxit Bal. *in c. 1.col.4. quo temp.mil. in vsibus feud.*
11 Graue † siquidem dicitur esse quando fallitur fides *l.1 in princip.ff.de constit.pec l.1.§.merito.in fin ff.depos.*cum reliquis à Dec.congestis.*in l.& militibus.nu.15.ff de testam.milit.*

Alijs similibus, & decipiendi, & fallendi specie-
12 bus quis vti potest, indies autem † hominum malitia crescit, & malitiæ dedit⁹ homo, quid est, quod nõ adinueniat? Spec. *in §.sequitur videre.tit.de Aduocato rei. versic.quid enim est.num.4* cui obuiandum, vt in cap 1.supra deductũm fuit.

At quia verbalis deceptio, impunitatis priuilegio gaudere non debet, ex suprascriptis, eo magis igitur, qui facto decipit, pœnã maiorem meretur,
13 videmus etenim † affectum mitius quam delictũ puniri ex Bal.doctrina *in leg. 3.col 3.opposit.2.C.de ser.fugit.* quocirca videas Bart. *in l. aut facta.§. euentus.ff. de pœn.& in l.1.versic.pone.tit. de accusat.nec omittas dicta* Angel.*in l.3.§.hac verba.ff.quod quisq; iur.*Ideoq; iniu-
14 riam † verbalem examinum iniuriandi animo illatã iudicis arbitrio puniendam esse, vt colligitur *ex §.in*
15 *summa.Instit.de iniur.* ita pro rebus, † atrocitatem iniuriarum, iniurias scilicet ipsas, personas conuiciantes, & patientes, & deniq; modum, quo inferũtur, Iudex ipse ante pœnæ inflictionem diligenter

præscru-

præſcrutari debet, ſi aſſerente Lud. à Peguer. *deciſ. crim.* 13. *numero* 18. At quando † agitur de delicto, 16
vt puta quoties homicidium ex animo patratum conſideratur, tunc non iudicis arbitrium, ſed mera legis pœna attenditur, quæ talem homicidam pœna mortis ordinaria condemnat, vt dicit Boſs. *in tit. de homicid. numero* 109. ſingularis ad id facit text. *in leg. vnica. Codic. de rapt. virg.* ibi, dum dicit [merito mortis damnātur ſupplicio, cum nec ab homicidij crimine huiuſmodi raptores ſint vacui.]

Ad hæc faciunt ea, quæ ſingulariter dixit allegatus Peguer. *deciſ.* 14. *verſic. ex quibus patet. numero* 14. magis etenim facto quam verbis quis offendi poteſt: ideo facta † verbis potentiora eſſe ſignificat 17
tam Abb. *in conſ.* 166. *numero* 63. atq; Iaſ. *in leg. non ſolum.* §. *morte.* 16. *Digeſt. de operis nou. nunc.* quos ſequitur Magon. *deciſ. Lucen.* 24. *numero* 19. alioſque ad id refert *ibi prope deciſ.* 25. *numero* 21. Quamobrem, vbi maius † periculum, ibi cautius agendum, 18
capit. vbi periculum. de elect. in ſexto. capit. quieſcamus. 42. *diſtinct. leg. prim.* §. *ſed & ſi quis. Digeſt. de Carb. edict.* Bart. *in* §. *& quoniam. Auth. de teſtibus. collat. ſeptima. numer.* 2.

Actis occultatis ſeu ſubreptis, an vel actorum magiſtro, vel parti culpa adſcribatur, quomodo autem omiſſio probetur & occultantibus ſcripturas, quænam infligantur pœna ſuccincto denotatur modo.

CAPVT

CAPVT XIII.

SVMMARIA.

1 *Notarius actorum illorum copiam petentibus pluries edere tenetur, & quando.*

2 *Protocolli seu actorum custodia ad notarii pertinet officium.*

3 *Scripturarum amißio, inducit actorum notarium suspectum, nisi aliter doceatur.*

4 *Amißio rei quomodo probetur, remißiue.*

5 *Processu amisso, quomodo Iudex, vel secretarius teneatur, remißiue.*

6 *Amissæ rei cuinam onus probandi spectet.*

7 *Scripturam fuisse deperditam, ad hoc vt verificetur, quot testes requirantur.*

8 *Notarius conuictus de amißione scripturarum, ad restitutionem interesse tenetur.*

9 *Interesse per iuramentum probari potest.*

10 *Scripturarum custodia & amißio notario actuario necessaria, & redarguenda esse respectiue, ex authore refertur.*

11 *Actis omißis, quomodo amittenti subueniatur, remissiue.*

12 *Notarius pro se præsumptionem habet ratione officii.*

13 *Occultans probationes falsarius dicitur esse.*

14 *Occultans probationes, iudicis arbitrio est puniendus.*

15 *Rationes subtrahens, an ipso iure, vel per sententiam cadat à iure suo.*

16 *Subripiens propria iura, quam Iudicis sententia pœnam mereatur.*

17 *Productio iurium tarda, contra producentem de falso præsumptionem inducit.*

18 *Occul-*

Digitized by Google

18 *Occultans surripiens ve, an & quando furtum falsum, amissionemve causa commisisse dicatur, remissiue.*

19 *Processum subtrahens, an & quando de furto teneatur, remissiue.*

Videre necessarium est, circa surreptionem actorum, vtrũ notario, actuario, siue graphiario, an vero parti in cuius præiudicium illorum facta fuerit productio culpa adscribi debeat.

Et contra notrariũ insurgit vrgens præsumptio, quia cum notarius † actorum partibus petentibus 1 illorum copiam sæpius tradere teneatur, vt scribũt Bart. & Pet. de Lun. *in l. præcipimus. C. de appellat.* atque Paul. de Castr. *in l. veluti. §. hæc vox. ff. de eden.* quod tamen procedit, soluente debitam mercedem illo, qui talem copiam sibi edi postulat, *vt colligitur ex l. argentarius. in princip. ff. eod. tit.* ne oid fieri possit, nisi copia ab originali extrahatur, quod ad memoratum effectum penes notarium remanere debet: protocolli enim † seu actorum custodia ad nota- 2 rii pertinet officium, vt inquit Bart. *in d. l. præcipimus. §. in his autem, num. 2.* & Març. *quæst. 193. part. 1.* Ideo contra † notarium præsumendum erit, nisi omissa- 3 rum scripturarum probationem dilucidet, ad ea quæ prudenter collegit Bart. *in l. si quis ex argentariis. §. prætor ait. ff. de eden.* & quomodo † amissio rei pro- 4 betur vide Aret. *in §. sed & si pater. Instit. quib. mod. ius patr. potest solu.* & amisso † processu quomodo Iudex 5 vel Secretarius teneatur, vide Papon. *libr. 19. tit. 1. arest. 22.* & Boer. *decis. 15. num. 5. cum seq.* & † cui rei 6 amissæ probandi spectet onus, id Bart. *in d. l. si quis ex argentariis. §. an vero nec heredi.* aperte demonstrat.

Digitized by Google

7 Et ad probandum scripturam † fuisse deperditam quot testes requirantur, vide eundem Bart. *in l. te-*
8 *stium la 14. num. 15. C. de testib.* & vbi culpa † notarii amissas fuisse scripturas doceatur, illum versus partem ad interesse persoluendum cogi posse dixit Marc. *allegata quaest.* 193. quod interesse † etiam per
9 iuramentum probari posse attulit Bal. *in l. qui accusare. C. de eden* vbi à minori, de notario acta & scriptu as occultante loquitur. Quare Iodoc. *in sua praxi rer. ciuil. ca.* 195. huiusmodi significauit, videlicet:

10 „ Si Referendarius, † aut processus relator reperiat, quod causæ nõ sint debite completæ, ac formatæ, sed potius, quod nõnulla scripturarum fragmenta sint amissa, ac deperdita, illico factum & causam omnem denuo remittit in graphiariã, vt scilicet graphiarius suppleat, resarciat, & addat omnia omissa, & decenter ea, quæ, vt per negligentiam, aut per obliuionem non sunt, subministrata, restituat Porro si ipsæ informationes seu (vulgo) enquestræ amissæ essent idque accidisset, & prouenisset per graphiariorum negligentiam tunc ipsi graphiario de illa amissione respondendum esset, qui suapte culpa omnia damna & interesse, quæ pars ob id pateretur sustinere, & resarcire deberet, & præter hoc ob negligentiam, tam crassam, & indignam grauiter, & arbitrarie puniendum esset. Si autem eædem informationes amissæ essent per occultum dolum, ac malitiam partis aduersæ, idque vel euidenter, vel præsumptiue constaret, tunc ob eam fraudulentiam resoluere debebit expensas nouæ informationis siue enquestræ faciendæ, & præter istud

grauí-

grauiter puniendus est de malitia: Si autem a-"
missæ essent per negligentiam, aut culpam pro-"
ducentis, tunc is productor aliam informati-"
onem, siue enquestram (ob suspicionem suborna-"
tionis) facere non poterit: tunc enim præsumere-"
tur, quod ipse eam enquestram sciens, volensque "
omisisset, vt vel hoc modo, testes alios suborna-"
tos produceret. Ideoque tunc pars aduersa obti-"
nebit suam conclusionem, & causa ipsi adiudica-"
bitur. In prouinciali consilio Flandriæ & etiam in "
magno Consilio Mechliniensi (vt nouæ infor-"
mationes ritentur) iubent, vt informationes siue "
enquestræ deperditę, denuo exscribantur, ac in "
mundum redigantur, ex diario, ac minutis, quas "
commissarius seruauit, & custodiuit, donec super "
processu sententia esset prolata. His perdenda-"
rum informationum periculis, vt commode me-"
deretur, in Francia vtuntur, vt Commissarius iu-"
beat vnumquemque testium, suam depositio-"
nem subsignare in suis minutis ad finem, vt sua "
minuta, tam sint authentica, quam sint ex iis exce-"
pta, & grossata, deinde, vt ob defectum, vel amis-"
sionem grossę, Iudex semper suum recursum, & "
refugium habere possit ad minutam, tanquam "
ad originalem prototypum.

Actis porro † amissis, quomodo amittenti suc- 11
curratur, pręter allegata tibi sint aperta Specula-
toris dicta *in § satis vtiliter. versi. sed quid si testibus. tit. de teste.*

Animaduertas tamen, pręd*i*cta locum sibi ven-
dicare, quoties culposus dignoscatur notarius seu
coadiutor ipse, iuxta ꝑposita per allegatum Iodocū
vt supra, & secundum Bart. *in allegato §. an vero nec*

Digitized by Google

heredi.in fine. quia alias pro notario præsumendum erit, prout annotaui *in tract. meo de Authorit. notar. cap.*58.*numer.*14.*part.* 1. *nec non & in cap.* 14. *numer.* 8.
12 *part.* 2. Et cum notarius † habeat pro se iuris præsumptionem, ideo liquidissime de falsitate, seu malitia contra eum opposita constare debet, sic consulente Crau.*in consi.*75.*numer.*8.& sic pariter de communi arte stante Ioseph. Ludou. ab Assis.*decis. Lucen.* 13.*num.*2.

At respectu partis, sæpe numero, & partē ipsam, & causæ sollicitatorem fraudandi animo, acta, in partis graue præiudicium surripere prospicimus, adeoque sic cautelose faciunt, vt cuinam culpa doluue adscribi valeat summopere dubiretur, sicuti etiam apud acta coadiutores nonnulli, vllo interueniente mandato, actorum magistri pestiferi reperiuntur, qui vel odio, vel pecuniæ ingluuie, vt iam superius significatum fuit, sic vna ex partibus instante, acta ipsa occultant, aduersæve parti tradunt, quod autem peius est quandoque illa lacerata tradunt igni; Heu miseri & infelices huiusmodi committentes, quoniam, & si ex deductis, ad interesse erga partem teneātur, præter graue ab eis perpetratum peccatum, falsarii nuncupantur, quia qui
13 probationes † occultat falsarius dicitur esse. D. Menoch.*de arbitr. iud. cas.*311.*libr.* 2. & ibi cauetur, an & quando notarius protocollum celans falsi pœna
14 teneatur, & qui † probationes occultat, iudicis arbitrio puniendus esse significat idem D. Menoch. *de arbitr. iud. cas.* 360.*num.*15.

Pars vero, aduersantis rationes subtrahēs, quod cadat à iure suo dicit Castren.*in Singul.*22.& hoc an
15 ipso † iure vel per sententiam. vide Boer.*decis.* 291.

Si ve-

Digitized by Google

Si vero quis † propria iura ſurripuerit, neq; certo in termino per Iudicem ſtatuendo circa ſubreptorum actorum exhibitionem diligens fuerit, eo in caſu, nullam de cætero fidem eſſe adhibendam iudex declarabit, vt voluerunt Bart. *in l. 1. §. edendo. ff. de eden.* & Guid. Pap. *deciſ.* 345. Quo fit vt ex † tarditate productionis inſtrumenti, contra producẽtem de falſo oriatur ſuſpicio Crau. *in conſ.* 28. *n.* 6. cuius rei gratia videas Nat. *in conſ.* 635. 16 17

Circa autem huiuſmodi articulum, an ſcilicet occultans † ſurripienſve Inſtrumenta, vel acta, furtum, falſum, aut amiſſionem cauſæ committat, & patiatur, proſpicias omnino ea, quæ ad materiam ipſam collegit atq; deduxit Boer. *deciſ.* 292. vbi ad ſaturitatem, ad id pariter faciunt ea quæ ſignificantur ex Rot. *deciſ.* 18. *alias*, 430. *de probat. in antiq.* His addas Alex. *in apoſtilla. ad Bart. in l. Paulus. ff. ad legem Cornel. de falſ.* nec nõ & Boer. *deciſ.* 287. *num.* 10. *& d. q.* 292. *num.* 1. 2. 4. 8. *&* 9. 18

At qua pariter pœna plectendus † ſit is, qui proceſſum ſubtraxerit atq; furto ſurripuerit, omnino proſpicias D. Io. Iacobum Berretam patritium Papienſem *in conſ.* 65. & Boer. *ſæpius allegata deciſ.* 292. *numer.* 5. *&* 7. 19

Veritatis immutatio, per cancellationem ſcripturæ de communi conſenſu, altera parte inſcia ſecuta, an & quãdo falſitatis vitio etiam minime nocibilis pœnalis dicatur. an autem quis per occultationem ſiue lacerationem iurium, etiam proteſtatione præueniente de vtendo

ipsis iuribus productis, vel id minus, excusetur, hæc omnia distinctionum medio prospiciuntur.

CAPVT XIV.

SVMMARIA.

1 Falsitas, immutatio dicitur esse, quæ tamen immutatio ex certa scientia sequi debet.

2 Crimen sine dolo committi non dicitur.

3 Falsum dolo cõmissum in homine versuto præsumitur.

4 Falsitas, inter crimina occulte commissa connumeratur.

5 Testes alias inhabiles, ad falsitatem probandam an admittantur.

6 Falsitas graue crimen.

7 Falsitas, capitale crimen dicitur esse.

8 Falsitatis ob crimen, ex confeßione incidenter facta, an quis puniri poßit.

9 Falsi crimen, quot modis committatur.

10 Falsitas scribendo, quomodo sequatur.

11 Falsitatis committendæ modus, remißiue.

12 Immutatio veritatis, adhuc apud acta non existens, an parti nocere dicatur.

13 Acta quænam proprie nuncupentur.

14 Actus, an nocere poßit ratione futuri temporis est animaduertendus.

15 Notarius, qui de instrumento licet nullo rogatus fuerit, quatenus tamen instrumentum illud parti nocere poßit, de falso tenetur.

16 Læditur quis tunc satis, ex eo quod lædi potest.

17 Falsificari qui mandat acta etiam producta, & ob id pars nullum sentiat damnũ, an impunitate gaudeat.

18 Falsum

18 *Falsam, quæ schedulam in præiudicium partis apud acta redigi curat, falsi pœnam meretur.*

19 *Falsam exhibens apud acta scripturam, quomodo, & quando puniatur.*

20 *Falsum exhibens instrumentum, vel testes corrumpens, an causæ commodum amittat.*

21 Notarius, quomodo & quando de apostilla, interlineatura, aut immutatione secuta de falso puniri possit.

22 *Falsitatis author is est habendus, qui apostillam, seu interlineaturam fecit scripturã, & non qui transumptum fecit.*

23 *Falso vtens instrumento, falsitatis particeps præsumitur.*

24 *Actus apud acta non productus, neque penes notarium dimissus, an partem de falso redarguat, remißiue.*

25 *Actum apud acta non productum, an ad illum producendum, quis compelli possit.*

26 *Actu apud acta producto parte pœnitente, illo occultato, vel lacerato, an pars ipsa de falso teneatur.*

27 *Occultanti actum, Iudex quamnam pœnam dare debeat.*

28 *Lacerans actum productum, qua pœna sit feriendus.*

29 *Falsitas nemini nocibilis quomodo punienda, sub num. 33.*

30 *Actum productum de falso redarguere intendens, aduersante autem ab eo interrogato an eo vti velit, & per eum responso quod sic, postmodum autem eodem pœnitente, actum illum dilacerante, an huiusmodi committẽs de falso teneatur, & an causam perdat.*

31 *Instrumentum è manibus magistri actorum cre-*

ptum vel igni traditum, an redarguat falsitatis suspicionem, remissiue.

32 *Interrogatus respondens nolle actu producto vti, an de falso redarguatur, & quomodo sit puniendus.*

33 *Falsitas nemini praeiudicialis, quando punibilis, consideretur remissiue, & nu. 35.*

34 *Coniectura vehementes, an, & quando falsitatem commissam probent.*

35 *Responsio interrogati, circa vsum vel non vsum actus producti, qualis esse debeat.*

36 *Falsitas nemini praeiudicium afferens circa pœnã, quomodo consideretur.*

37 *Falsitatem pœna remissiue recensentur.*

38 *Iudex ex officio, etiam parte non petente, an per inquisitionem contra falsarium procedere possit, & qua pœna falsarius tunc sit puniendus.*

ALIO modo quis facto decipi potest, scriptum scilicet quidquam dolose contra veritaté im-
1 mutando, falsitas † etenim mutatio veritatis dicitur esse, *vt colligitur ex* §. 1. *Auth. de Instrum. caut. & fide.* quæ quidem immutatio ex certa sciẽtia sequi de-
2 bet, crimen etenim † sine dolo non committitur,
3 teste Dec. *in cons.* 78. *n.* 7. *lib.* 1. quodque falsum † dolo commissum præsumitur in homine diligente ac versuto prout sic intrepide deduxit D. Menoch. *de*
4 *arb. Iud. cas.* 309. *n.* 10. *li.* 2. falsitas itaque inter † crimina quæ occulte committuntur cõnumeratur, quo
5 fit vt † ad probandam ipsam falsitatem testes alias inhabiles admittantur, sic voluit Crau. *in cons.* 56. *n.*
6 12. Graue namq; † dicitur crimen, & falsi crimen inter atrociora delicta connumeratur. D. Ioseph. Ludou. de Assis *decis. Lucen.* 15. *numero* 31. illudque capi-

capitale † crimen nuncupari dixit Amanel. *in sing.* 7
241. cæterisque criminibus detestabilius dignoscitur, quia hoc † in crimine, ex confessione etiam incidenter facta, quis puniri potest, quod in aliis criminibus secus procedit, vt punctualiter notauit Hippol. *singul.* 581.

Falsi † igitur crimen quatuor ex modis committi potest, scilicet: 9

Scripto,
Dicto,
Facto, &

Vsv: sic Pract. Papien. *in form. execut. sentent. defini. in verbo, procurauit.* vbi prædicta declarantur: Ideoq; ad rem nostram.

Scripto † quis falsum committit, vel scribendo falsum, vel verum delendo vt res (id est, rei veritas) non appareat, non habita distinctione in testamento, vel in testamento publico, vel priuato, aut in rationibus fiat, sic concludenter significauit Azo. in Sum. Cod. *in rubr. ad legem Cornel. de fals.* 10

Circa modum † falsitatis committendæ videas D. Menoch. *de arbitr. iud. cas.* 316. *n.* 1. *lib.* 2. *centur.* 4. 11

Quoniam autem dixi, dolum considerari in eo qui scripturam communi assensu notatam immutauit, antequam in actis redigatur, igitur videre proficuum erit an is puniendus sit eadem pœna qua plectendus esset, acsi sic talem scripturam in actis productam falsificasset. Dicas igitur prima facie, quod & si † falsitas sit, attamen quia talis immutatio antequam apud acta redigatur, parti non nocet. *l. damus. vbi glos. & ibi Doct. C. de fals.* & Magon. *decis. Lucen.* 43. *nu.* 11. quoniam adhuc de actis non dicitur esse; acta † enim proprie dicuntur esse ea, 12 13

quæ facta sunt in iudicio *l.acta.ff.de re iud* & Alex. *in l.1.ff.de verb.obliga* videretur tamē, talem à pœna falsitatis excusandum esse, succedente regula, iudicē nisi secundum allegata, & iudicialiter producta at-
14 que probata sententiare non posse: si tamen † futurum tempus respiciamus ad hoc vt actus ille nocere possit, tunc aliter esse determinandum dixit
15 Bald. *in l si falsos.C.ad leg.Cornel.de f.l.* Qua de re † licet instrumentum sit nullum, quando tamen alteri nocere posset, notarius tamen de eo rogatus tūc de falso puniri poterit, vt concludenter esti̇catus
16 est Franc.Marc. *decis.737.nu.* 1. & tunc † satis læditur quis, ex eo quod lædi potest. Tiraquel. *de retrac. lignag.in verbo, Des dans.l.An.* §.1 *glos.10.num.*52. quo
17 fit vt † mandatum datum circa actuum falsificationem, etiam in actis productorum, ita vt ex huiusmodi productione, & actis nullum pars sentiat damnum, is mandatarius falsitate punibili sit exemptus, leui tamen pœna coercendus, sic Crau. *in cons.* 46. prudenter dictauit. Videas pariter circa huiusmodi, quæ scripsi *in Tract. de author. Notar.cap.*29.*n.*
18 3.*part.*2 alias enim qui schedulā † falsam in actis redigi curat, pœnam falsi euitare non potest, & hæc est Bartoli sententia *in l.si quis obrepserit, ff. ad legem Corn. de fals. quem sequitur d* Franc. Marc *dec.*697.*n.*6.

Iterum distinguas, quod, aut quis vtitur vel vti intendit ipsa variata scriptura, & sic marte proprio
19 immutata, aut non. Primo † casu si producitur, & in manibus Notarii dimittitur ad hoc, vt parti copia edatur, tuncq; nulli dubium est, quod talis (cōuictus tamē, & ipsa falsitate verificata) nedum pœna falsi tenetur, sed etiam commodum principalis causæ amittit Guid Pap *singu,* 72. & maiori pœna

est

Digitized by Google

est affligendus. Boer. *decis.* 291. *in princip.* Quod secus consideratur † in eo qui testes corrumpit, & instrumentum falsum producit, quia eo casu talis, testes corrumpens vel falsum producens instrumentum, causæ non amittit commodum, ad declarationem eorum quæ supra in proximo præcedenti Cap. dicta sunt, sed vtiq; pœna falsi talem plectendum esse, hancq; magis esse communem opinionem declarauit Boer. *mox allegata decis.* 291. *nu.* 3. 20

Denuoq; distinguas, quod aut manifeste dignoscitur apostillam, † interlineaturã aut immutationem factam esse de manu ipsius Notarij, & eo casu conquerente vna ex partibus, & falsitatem probãte, Notario falsi pœnam esse dandam quilibet inficiari non potest, iuxta iam deducta. 21

Aut aliena manu id secutum prospicitur, & tunc contra producentem vrget præsumptio, sic Bal. post glos. *in leg. maiorem. Codic. d. tit. de fals.* quem refert memoratus Marc. *quæst.* 785. *numero quarto.* Falsitatis † igitur authoris est habẽdus, qui apostillam seu interlineatam fecit scripturam, non autem is qui transumptum fecit idem Marc. *quæst.* 700. vbi docuit † falso vtentem instrumento falsitatis participem præsumi. 22 23

At quando † actus ille apud acta non producitur, neq; penes Notarium dimittitur, an eo casu de falsitate pars redargui possit: replicatione eget negocium distinctionis medio, memoratiq; Marci suffragio, *allegata decis.* 737. *cui te subijcias.* 24

Quo casu, si actus † ille apud acta productus non fuit, tunc non potest quis ad illum producen- 25

dum

Digitized by Google

dum compelli nec ab eo euelli, quodq; veritati consonum esse aperiunt Boer. *allegata decis.* 292.*n* 2.

26 Si vero † producto ipso actu partem pœnituerit, ita quod vel illum statim occultauerit, vel statim lacerauerit, nunquid pœna falsi teneatur? distinguendo siquidem articulum ad hoc reducas, videlicet:

Aut quis occultat, aut lacerat, primo casu (vt
27 iam dixi) habito † termino ad partis instantiam, de iudicis mandato ad actum illum producendũ, negligente altera parte circa productionem illius in termino præfixo, secuta declaratione, nullam esse talis actus de cætero, & in futurum rationem, nullamq; mereri fidem, hæc erit illius pœna ciuilis & si crimen falsi euitari non possit secundũ Afflict. *decis.* 404. & circa hoc vide dicta à Lud. Ioseph. ab Assis. *decis. Lucen.* 15.*n.* 65. *cum seq.* nec nõ & ea quæ scripsit Put. *in tract. de Syndic. sub rubr. de excess. Aduoc. cap.* 1. *num.* 11.

28 Secundo vero casu per lacerationem, † non pœna falsi, sed arbitrio Iudicis, extraordinaria pœna quis puniri debet Anchar. *in consil.* 173. *allegatus per* Boer. *in sæpius memorata decis.* 292.*n.* 7. vbi dixit quod in causa quorundam de Sancta Liberata, contra eorum dominum, quidam consul extitit, qui statim facta cuiusdam instrumenti productione ad fauorem domini tendentis, eodem lacerato, in certa emenda condemnatus fuit, sic pariter dixit Io Andr. *in c. accepimus. de fid. instrum. per me relatus in Tract. de author. Notar. cap.* 13. *numer.* 3. *part.* 2. quodque intrepide sustinet D. Menoch. *de arbitr. iud. cas.* 306. *nu.* 20. *centur.* 3 *libr.* 2. *quem prospicias ibidem sub nu.* 14.
29 19. 22. 23. *&* 30. vbi ponit quomodo † & quando falsitas

falsitas nemini nocibilis punibilis dicatur, nec non & Cæphal. *in consil* 113. *nu.*18. quibus in locis communiter concluditur in materia falsitatis nemini nocibilis quempiam iuxta qualitatem personarũ extra ordinem puniri debere sic pariter dictantibus Alber. *in 2. part. Statut. quæst.*146. ac alijs quos refert Clar. *in* §. *falsum. numer.* 44. *versic. sed bene potest.* quamuis nonnulli dixerint, eiusmodi falsitatem nec extraordinarie puniri posse, inter quos fuit Castren. *in cons.*151. quem refert Corta *in suis Memoralib. in verbo. Mendax. in fin.* horumq; relatore existente Polydoro Rip. *in Tract. de Act. in artic. mort. sub tit. de Notario. cap.* 16. *numer.* 12. & 13. quem etiam circa huiusmodi materiam loquentem, ibidem *sub numer.* 10. prospicias.

Interrogatus autem † an post productionem & aduersarij protestationem, volentis actum illum de falso redarguere, producens ipse respondiderit affirmatiue illo quippe actu vti velle, mox autem respondẽs, actum talem dilacerauerit, an falsi pœnam incidat huiusmodi committens, dicas affirmatiue, scilicet, quod sic, & an simul causam perdat, hoc prospicias ex casu deciso iuxta allegata, & tradita per Boer. sæpius repetita *decis.* 292. *nu.* 8. 30

Sed quando † instrumentum productum reperitur quod altera pars falsum esse excipiat, postmodum autem nulla talis instrumenti vsus ratione, interrogatione pręcedente, è manibus magistri actorum ereptum igniq; traditum reperiatur, tunc an id committens pœna falsi teneatur vel id minus, videas Foller. *in praxi crim. in verb. Idem quod commisit falsitatem. num.* 54. 31

Verumtamen quia dictum fuit quod quis pœna falsi

Digitized by Google

na falsi teneatur, quoties actus non productus ali-
cui nocere possit vltra præmissa, si etenim quisquã
32 † protestatus fuerit se tali actu nolle vti, nunquid
contra ipsum de falso procedi possit? Quo casu di-
stinguendo sic respondeas, quod aut falsificatio
prouenit, vel ex Notario, vel ex parte, actu ipso se
adiuuante. Primo casu Notarium, secundo vero
casu partem de falso teneri non est ambigendum,
casu quo actus ille nocere possit, quod tamen ve-
rum intelligas, parte instante super criminalitate,
quia ciuiliter agendo, mitius per declarationem,
nullam habendam esse talis actus rationem, pro-
cedi debet: ciuiliter etenim falsarius beneficio pri-
uatur, sed criminaliter grauius contra eum proce-
di debet, *vt dixit* Boer. *decis.* 291. *num.* 2.

33 Et circa † falsitatem nemini præiudicium affe-
rentem vide Socin. *in cons.* 82. *li.* 2. Corn. *in cons.* 86.
in litera E. *libr.* 4. quos pariter retuli *in Tract. de au-
thor. Notar. cap.* 29. *nu.* 31. *part.* 2.

34 Addas tamen quod vehementes † coniecturæ
ad eundem finem tendentes, falsitatem commis-
sam probant, quoniam ad probandam plenam fi-
dem coniunguntur, maxime quando ciuiliter de
falsitate agitur Veras. *decis.* 207. *p.* 1. *&* *decis.* 4. *p.* 2. vi-
deasque Viu. *decis.* 81. *n.* 2. 6. *&* 8.

35 Neq; † omittas quod si testes, vel instrumenta
de falso suspecta producens interrogatur, an ijs vti
velit, tunc affirmatiue vel negatiue respondere te-
netur, alias respondendo, quod non intendit testi-
bus vel instrumentis vti, nisi in quantum ex testi-
bus veritas eruatur, vel instrumẽta veritatem con-
tineãt, non est talis responsio attendenda Afflict.
decis. 189. Rot. Auenio. *decis.* 50. *in dec. diuers.* & Marc.

quæst.

Digitized by Google

quæst.751.quos refert Aresm. Tepati *var.sent.sub.tit.ad le. Corn.de fal. lib. 1. vbi omnino videndos esse dixit* Cabal. *Milleloq.*850.& Natt.*in consil.*635.

Et demum, an falsitas † nemini nocibilis punibilis dicatur, vide Afflict. *dec.*404.Dec.*in consil.*615. Lodou ab Assis.*decis.Lucens.*15.*n.*47.Clar.*in* §. *falsum. versic item excusatur*, & quod id Iudicis arbitrio relinquatur scripserunt & Afflict. allegat. *d.cis.*404. *nu.*13. atque Felin.*in d.consil.*48.*in fin.* 36

Quo vero ad falsitatum † pœnas enucleandas, sermocinatio nimis esset lõga, quas diuerso modo post D Menoch. & alios in Tract. *de arbitr. iud. cas.* 306.*li* 2 *Centur.* 4.atq; Tiraquel.*de pœn. moderan. cau.* 31.*nu.*44 *recenset praallegatus* Lud.ab Assis.*decis.Lucen.* 15.*num.*7.*cum seqq* cuius doctrinæ curiosum eo remitto loci, ijsq; visis ad vlteriora deuenire proficuum erit. 37

Illud pariter non omittendum sum arbitratus videlicet quod † aliquando per inquisitionem ex Iudicis officio etiam parte non petente contra falsarium procedi potest, quo casu non pœna ordinaria sed iudicis arbitrio puniendus est, vt prudentissime aperuit D. Menoch. *de arbitr.iud.cas.*313.*lib.*2. 38

Scriptura in iudicio producta etiam priuata, cui nil per partem respondeatur, an fidem faciat, breui loce narratur.

CAPVT XV.

Svmmaria.

1 *Lex, non multum de priuatis scripturis confidit.*

2 *Scriptura producta in actu, nil aduersans opponens an illa approbare videatur.*

3 *Scriptu-*

3 *Scriptura apud acta dimissa, quamuis priuata sit, vbi excipientem non habeat pro publica habetur, atque plene probat, & quando id habeat locum.*

4 *Iudex, quomodo ex sola falsitatis suspicione, cõtra producentem scripturam falsam, vel de falso suspectam procedere poßit.*

VTRVM deceptio dignoscatur, quando scriptũ quodpiam indignum fide producitur, ad hoc, vt parte non opponente (tanq̃ producentis hæc sit causa finalis) damnum ex tali actu producto pars ipsa sentiat.

Et breuiter absoluendo commissis ijs quæ tendunt circa scripturæ fidem adhibendam, & quam dilucidãt Doct. *in l. scripturas. C. qui pot. in pign. habean.* hoc solum notum facio, quod etsi lex † non mul-
1 tum de priuatis scripturis confidat ad ea quæ protulit Magon. *decis. Florent.* 112. *numer.* 2. & quamuis
2 pariter à fortiori, scriptura † producta vel præsentata, contra quam nihil opponatur, approbari non videatur ex Baldi sententia *in l. fi. C. si cert. pet.* nec nõ & Alex. *in l. quo enim. ff. rem rat. hab.* diligens sit tamen Causidicus vel sollicitator, vt ipsam scripturam ꝓductam videat, an vel id minus fidem mereatur,
3 quoniam alias scriptura † priuata in iudicio producta nullam patiens oppositionem defectu responsionis, id est, cui pars non respondet, pro publica habetur, illamque plene probare dixit Butr. post Hostien. *in c. quoniam contra. de probat.*

Ad id punctualiter faciunt notata per Bart. *in l.* 1. §. *accusationem. ff. ad Turpil.*

4 Aduertas tamen † illud non procedere quoties quis produceret in iudicio vel falsam scripturam vel

vel de falso suspectam, quo casu iudex, ex officio inquirere, & eum ex sola suspicione punire potest, nisi illam producens veram probet, sic Bal. & Salicet. *in l. iubemus. C. de probat.* quos sequitur Marant. *de ord. Iud. part. 6. num. mihi* 148.

Publicarum sessionum quoad audientias ob Officialibus præstandas de cõsuetudine fori Papiensis ordo manifestatur mixtim quoq; aliqua scitu digna, circa decretorum publicè factorum cancellationẽ, siue interlineaturam, proficuo documento aperiuntur.

CAPVT XVI.

Svmmaria.

1 *Sessionum publicarum iudicialium ordo quinam in Ciuitate Papiæ seruetur.*

2 *Cancellatio decretorum in iudicio secuta, à quonam facta præsumatur.*

3 *Iudex, solum petenti, iustitiam facere tenetur.*

4 *Iudex sæpius deliberare, & ex varijs opinionibus, alteram præeligere potest.*

5 *Iudex in conflictu opinionum, pro qua parte maluerit sententiare potest.*

6 *Iudex in dubijs, viam, per quam vtrique parti consulatur, eligere debet.*

7 *Iudex, antequam ad decretum deueniat, quid animaduertere debeat.*

8 *Iudex cito pronuncians, non recte iudicasse, contra se præsumptio insurgit.*

9 *Iudicare de lege, nisi tota lege inspecta inciuile dicitur.*

10 *Iudex, antequam partibus ius reddat, quid prospicer debeat.*

debeat.

11 *Iudicis voluntas præcipita, Iustitiæ nouerca dicitur esse.*

12 *Cancellatio decreti post publicum auditorium secuta, manifestato delinquente, quomodo pœna sit delinquenti danda.*

13 *Falsitas in re modica, leue delictum dicitur.*

14 *Falsitatis suspicio in re modica cessat.*

15 *Cancellans decretum, absq; partis præiudicio, quomodo puniri debeat.*

16 *Decretum publice factum cancellans, cũ partis damno, ad interesse tenetur.*

17 *Dolo malo quidq; siue in contractu, siue in iudicio, siue extra faciens, ad interesse erga partem tenetur.*

18 *Cancellatio & interlineatura, licet differant, vnum tamen pro alio ponitur.*

19 *Delinquere solitus, contra se præsumptionem patitur.*

20 *Falsi pœna, iuxta personæ qualitatem imponenda, & quomodo, & quando.*

21 *Indicia legitima, in genere suo clara esse debent.*

22 *Falsum, in his quæ sunt difficilis probationis, suspicionibus & coniecturis probatur.*

23 *Falsitatis suspicio, in ciuilibus pro falsitate habetur.*

24 *Falsitatis suspicio quomodo resultare dicatur, remissiue.*

25 *Iudicis arbitrio indicia relinquuntur.*

26 *Indicia, legitima esse debent, & à iure approbata.*

27 *Iudex ex ceruicæ procedens absq; legitimis indicijs, nihil operatur.*

28 *Falsitatem committens in partis præiudicium de falso tenetur.*

29 *Scriptura vitiata siue immutata falsitatis vitio laborare dicitur.*

30 *Immutationem qui facit, quãnam patiatur, remissiue.*

31 Iudi-

31 *Iudicis arbitrio, falsum fuisse commissum, relinquitur.*

32 *Cancellatio in dubio, ad rationem ipsi cancellationi adiectam, restringi debet.*

Alio modo, fraudulentus aduersantem decipere studet, ne scilicet publicæ audientiæ decreto facto, per secretam, & cautelosam ipsius decreti cãcellationem, expeditione, illius vigore obtinenda pars vti valeat: quod quidem vti ignominiosum, detestabile animaduersionisq; dignum describere non timui, sæpe namque in iudicio, & in practicantium foro, id euenire solet, nec tamen contra huiuscemodi cõmittentes aliqua consideratio adhibetur, qua tamen reuera indiget casus iste, ad illorum prædicta committentium temeritatem refrenandam & ad Notariorum actuariorum atque Cancellariorum, Coadiutorum instructionem.

Sed priusquam vlterius hoc in articulo progrediamur, nonnulla circa huiuscemodi decreta enucleanda atque propalanda censeo.

Solent igitur † hoc in foro Papiensi, singulis diebus (feriatis tamen exceptuatis) publicas sessiones facere Causidici coram ordinarijs Iudicibus, qui alternatim publice ius dicunt, hoc est, singula die, illorum vnicuique assignata in Palatio Prætorio, vbi Iura redduntur, arrenghantes audiunt; diem siquidem Lunæ Perillustris Dn. Prætor Regiusque Mediolani Senator. Martis porro Magnificus I.C. D. Iudex rationis atque maleficiorum: sed Mercurij Magnificus I.C.D. Vicarius, & successiue alios hebdomadæ dies ordine, de quo supra, sibi ipsis indicarunt. 1

O 2 Porro,

Porro, quoniam ex causarum multiplicitate, aliquando Iudicum memoria facilime decipi potest, ita vt sæpenumero, vel ipsa de causa, vel ex supplãtatione alterius ex partibus, vnam causam pro alia ab eis expediri, & seu sententiam super diuersa causa proferre contingat. Idcirco (etiam Patrocinantium participatione) conclusum fuit publicas Sessiones antedictas esse faciendas, in quibus auditis causarum Patronis, circa causarum ipsarum definitionem, publice per actuarium actorumue magistrum, siue tribunalis iusdicentis coadiutorem Iudices ipsi super libro ad id opera data facto, decreta, si ipsis bene visa confici mandant; sed in ijs causis in quibus ad sententiam deuenire ipsimet Iudices ancipites redduntur, tunc super allegato libro „ vt maturius deliberare valeant, vel partibus prius per Iudices indictis die & hora, pro expeditione facienda, ad comparendum, ac causas iterum & diligẽtius explanandum coram sese, & in eorum solitæ habitationis studio, iustitiam faciunt, vel quod sibi ipsis afferantur iura decernunt, quibus visis in alia sessione citata parte, nil alio noui emergente, ad ipsius causæ terminationem deueniunt. Quorumque decretorum notulam ex ipso libro ad eorundem tribunal existenti, ad hoc vt per interessatos in causis videri possit, transumptam in altero libro, Actuarij seu coadiutores in iudicum manibus deferunt ad hoc, vt parte dictos Iudices adeunte, pro expeditione obtinenda iuxta decreti formam, viso decreto (ne ab aliquibus forsan decipiantur) facilius tutiusque ad ipsius causæ expeditionem deuenire consulunt.

2 Quid autem si accedente † parte pro inspectione de-

ne de-

ne decretorum in singularibus seu particularibus causis, decreta ipsa vel ante, vel in actu, aut post inspectionẽ, quandoq; aut cancellata, aut interlineata, siue immutata, prospiciuntur (prout sæpe euenit) nunquid præsumatur id ex iudicis authoritate, vel Notarij marte, vt parti morem gerat, vel ex partis malitia factum?

Qua de re sciendum est, quod circa decretorum ipsorum cancellationem, duo considerari debent tempora, tempus scilicet, in quo publica fit sessio, alterum vero tempus post ipsam sessionem, in quo ipsa cancellatio sequitur. Quo agitur ad primum tempus, dicas quod tempore sessionis, in libro, in quo decreta fieri solent, registrantur præcepta (facta prius per baruatrios publicosue nuncios relatione) parti ad comparendum ad publicum auditorium transmissa, ad videndum scilicet quidquã iuridicũ in causa, certis die & hora indictis, ad instantiam vel actoris, vel rei, per ipsos iudices decerni, & tunc pro tribunali sedente Iudice, die sibi, vt supra, constituta, Notarius tunc Actuarius, siue Coadiutor à latere ipsius iusdicentis sedens, alta voce, astantibus causas propositurus ac defensuris sic loquitur; videlicet, D. N. cõtra Dominum O. quo facto si partes vel illarum procuratores atq; Causidici adsunt, vel is ad cuius instantiam trãsmissum fuit tale præceptum, vel alter pro eo comparens causam proponit, cui enim aduersarius respondeat? ijs auditis, Iudex decretum in illa causa sibi ipsi magis bene visum à legente confici mandat: At quando is, ad cuius instantiam transmissum fuit tale præceptum, vel pro eo causam dicturus, hora ipsa determinata à publico abest auditorio, tunc

O 5 reus

reus ipsius aduersarij contumaciam accusat licet non excusetur reus ad non respondendum in scriptis tali pcepto congruo temporeq; & de mandato Iudicis absque aliquo decreto fiendo, fit talis registrationis cancellatio, quo casu nulla subest fraus
3 cum Iudex † solum petenti iustitiam facere teneatur. Aegid. Bellam. *conclus.* 714. *nu. fin.* & quando tale dictum limitetur videas Hartm. *in cap.* 1. *tit. de iudic.* nec omittas ea quæ tradit Barto. *in l. dies cautionis.* § *hoc autem. ff. de damn. infecto.* Quare petente non comparente, iudex quidquam decernere non curat. Nihilominus sæpenumero in principio audientiarum, vel in medio solent sollicitatores causarum allegare absentiam patrocinātis in causa, ita vt si præsentes in Ciuitate reperiantur durante audientia expectantur, signo crucis ad causam propositam apposito, quibus aduenientibus in fine aliarū audientiarum releguntur, proponuntur atque disputantur, vel ob illorum à Ciuitate absentiam in subsequenti eorundem Iudicum sessione, terminus siue ab actore, siue à reo, de mandato ipsius iudicis ad comparendum statutus, prorogatur, illo autem, vel cuius proponere, vel cuius excipere interest, non adueniente, Cancellatio vt supra talis registrationis procul sit dubio.

Sed quandoque videmus per Iudicem facto decreto, iterum illud in ipsa publica audientia, immutari, variari, siue alterari, quod tamen prouenit vel ex noua causa per arrenghantes deducta, vel ex tertio insurgente, diuersitatem negocij, & interesse suum allegante, quo casu id vtique per Iudicem
4 fieri posse concessum dicitur, Iudex † siquidem sępius deliberare, & ex varijs opinionibus alteram

præeli-

præeligere poteſt, DD. de Rota. *deci.* 55. *alias* 774
de reſcript. in antiq. & in conflictu opinionum Iudex
† poteſt ſententiare pro qua parte maluerit Put. 5
in tract. de Syndic. cap. 3. §. *an ſi iudex. num.* 18. quem ſe-
quitur poſt Corat. *in tract. commun. opin. tit.* 9. *n.* 172.
lib. 2. Ioſeph. Lud. *deciſ. Lucen.* 7. *num.* 3. Debet tamen
in dubijs † illam eligere viam, per quam vtrique 6
parti conſulatur vt dixit Alexan. *in leg. prima. co-
lum. quarta. Digeſt. ſi quis caut.* quem ſequitur Afflict.
deciſio. 373. *num.* 6. ſatius tamen eſſet quod Iudex † 7
auditis partibus antequam decretum inſcribatur
iuberet, quod partes, ſi quidquam aliud in cauſa
proponendum ſeu allegandum habeant, illud de-
ducant, aut ſi aliquis reperiatur tertius qui contra
deducta excipere velit, ad reſpondendum illum
inuitet, ne facto decreto illud variare cogatur, &
præcipue ad hoc, vt iudicis malæ intelligentiæ ne-
gocij ſuſpicio tollatur, vel ne nimis ſententiam pro-
peraſſe ſibi imputetur contra diſpoſitionem text. 8
in le. ſecunda. & ibi Doct. vltra Bart. *Cod. de offic. rect.
prouin.* Ideoque † Iudicem cito pronunciantem
non recte iudicaſſe præſumendum eſſe dixit Put. 9
in tract. de Syndic. in verb. ſententia. num. 2. *cap.* 8. Ad id
facit, quod iudicare † de lege, niſi tota lege per- 10
ſpecta inciuile eſt. *l. inciuile. ff. de legib.*

Quare iudex † antequam partibus ius reddat, 11
proſpicere debet, ne quid durius aut remiſſius cō-
ſtituat, quam cauſa expoſcit Foller. *in Prax. crimin.
rubr. numero ſexto.* alias voluntas † Iudicis præcipi-
ta, Iuſtitiæ nouerca dicitur eſſe, *Cle. paſtoralis.* §. *verū.*
& in Cardin. *de re iud.*

Digitized by Google

Quas tamen publicas audientias, nisi certis in casibus atq; instructo processu dandas esse, nuperrime intellexi, ob diuersa dietim inconuenientia quæ superueniunt, quod equidem Causidicorum Vniuersitas atq; cœtus hui⁹ Ciuitatis medio si opus fuerit Senatus Consulti atque Decurionum Ciuitatis confirmatione, sic decernere cupit.

At si de secundi temporis negocio tractetur, quando videlicet post publicum auditorium, talis
12 sequitur ipsius decreti cancellatio, tunc aut † ex tali cancellatione manifestatur delinquens, antequam transumptũ Iudici afferatur, & eo casu, quia super transumpto, vt plurimum fundat se Iudex, ex quo ipsius cancellationis nullam habet notitiam, neq; ob id parti damnum inferatur, neque nocumento possit esse parti, nisi ratione expensarum ob præcepti reiterationem, quo casu huiusmodi committentem, pœna extraordinaria puniendum esse crediderim, ratione contemptus Iudicis & actus temerarii, vbi tamen graue consideretur delictum,
13 quia secus † in re modica, falsitas leue delictum dicitur, etiam dolo interueniente Craue. *in cons.* 46. *n.* 12. falsum namq; dolo commissum non præsumi-
14 tur, quando de † modica vtilitate agitur. D. Menoch. *in cons.* 98. *numer.* 28. *vol.* 1. quinimo in re modica falsitatis suspicionem cessare disposuit Crau. *in cons.* 56. *num.* 14. *& in cons.* 75. *numer.* 16. sic referente Aresm. Tepati. *var. sentent. tit. de fals.* Ideoque vt
15 dixi, ratione † temerarii actus, talem crimine stellionatus teneri, & ad expensas versus partem condemnandum fore iudicarem ad ea, quæ per me superius deducta fuere. Ad hæc faciunt ea quæ notauit
16 Felin. *in consil.* 48. *in fin*, neque pariter hunc † ad interesse

Digitized by Google

tereſſe teneri negandum cenſeo, quoties ex moræ periculo, pars, aduerſarij dolo, per talem cancellationem damnum aliquod pateretur, dolus ſiquidem † malus in quocunque contractu, ſiue in iudicio, ſiue extra, commiſſus, contra doloſum ipſũ, intereſſe ſoluendum præ ſe fert prout clare colligitur ex text. *in l. ſtipulationes. la 19. ff. rem rat. hab.* 17

Et quod dicitur † de cancellatione, idem conſideratur de interlineatura ſiue inducto, quia licet inter ſeſe differre videantur ſecundum Bart. ſententiam, *in l. cancellauerat. ff. de his, quæ in teſt. delen.* vnum tamen pro alio ponitur, vt dixit Poma. in Bartoli apoſtilla eo loci authoritate Ioan. de Anan. *in conſ. 12. in princip.* 18

Aut non conſtat de delinquente, & tunc iudex arbitrio ſuo, id iuris medio intueri debet, habita partis, ſiue ſollicitatoris, aut notarij qualitatis conſideratione, vt puta ſi quis in cauſa intereſſatus, vel ſollicitator, aut notarius talia committere ſolitus
† præſumptionem contra ſe mereatur, ſecundum 19
text' diſpoſitionem *in l. deſertorem. §. is qui. ff. de re milit.* Foller. *in prax. crim. ſub rubr. Capiat informationem. num. 66.* & quod circa † falſi pœnam imponen- 20
16 *Patrocinans caueat, ne partem iustitiam fouentem ad transactionem inducat.*
17 *Causidico, an & quando clientem ad cedendum, vel componendum inducere liceat.*

AD vlteriora itaque transeamus, & secundum membrum principale à Patrocinante sedulo custodiendum intueamur, ordinemq; inscriptum prorsus seruemus, quoniam actum † inordinatum perfectæ cognitionis nõ esse dictauit Bal. *in Proœm. Digestorum, in princip. ad propositum allegatus*. per Ias. *in l. Gallus. in 2. lectura. §. idem credendum. col. 2. ff. de liber. & posth.* quos sequitur Neuiz. *in Sylu. nupt. sub rubr. non est nuben. numero nono.* atque concludamus, ex necessariis, Causidico inter alia vnum esse, vt scilicet partibus collitigantibus placidum se demonstret, illius † autem humanitas circa infrascripta versari debet, nempe circa partium amicabilem compositionem studendam. Prorogationis instantiæ facilem concessionem. Eorum tandem quæ sine clientis damno elargiri possunt promptum obsequium præstare debet. 1 2

Quo igitur ad primum caput, illud est obseruandum, dubium † scilicet esse litis euentum. 3 *leg. quod debetur. ff. de pecul.* & proinde Causidicus promptum † se præbeat ad partes ipsas compo- 4 nendas, quia (vt inquit Spec. *in rubr. de prepa-*

rat.iud.) is quem bona fide consulimus, sæpe pronior est ad componendum, quam ad contendendum, neq; colligitãtes se retrahant à persuasa compositione, quia (vt affert Iodoc. *in prax.rer. ciuil. cap.* 27. *numer.* 7. & 8. sub his verbis videlicet) proxima eaq; non minor prudentia est cẽsenda, si quis ante institutionem litis, simul cum prudentia, vrbanitate vtatur, quæ multum nonnunquam euincit, hoc est, vt prius ante institutionem litis partem aduersam associatus, aut solus, amice extra iudicium conueniat, moneat, & roget, vt de controuersiis, cum illo (si potest) amice transigat, æqua persoluat, & ab iniquo sese liberet. Si id per se non potest, nihilque rogando promoueat, idem sedulo per amicos, & cordatos viros intercessores transactum id curet, qui diem certum mutuæ communicationis constituant, sic vt omnia amice, & moderate potius, quam odiosis litibus transigatur; in huiusmodi communicationibus (inquit) non raro ab vtraq; parte audiuntur, quæ prius ignorabãtur, & alterius partis secreta audita, magis amice disputantur, & refelluntur, per quod sæpe partes ad concordiam & ad veritatem perspectam rediguntur. Quæ ratio communicationis longe melior est quã sumptuosis litibus ærarium cum mentis inquietudine exhaurire: hæc ille.

Vnde dictum illud vulgare sæpius audiui, plus scilicet tenuem inter partes compositionem, quã Iudicis pinguem sententiam valere. Quare succedunt Euangelica verba illa, scilicet: Si quis voluerit tunicam tuam tollere, & in iudicio tecum contendere, dimitte ei & pallium secundum Euangelist. Matthæum *capit.* 5. & de quo fit mentio *in* 14. *quæst.*

Digitized by Google

quæst.1.§.1.sic etiam Spec. *in rubr. de præparat. iudic.*ac idem refert Flor.*in l.fin.in fine.ff.fam.hercisc.*

Persuadeant, † igitur Causidici partibus concordiam,ad id etenim tenentur, iuxta doctrinam Dec. *in c. vt debitus,notab*. 2. *de appellat.* partibusque ipsis intiment, id quod cauetur *ex Clem. dudum. de sepult*.& vt inquit Neuiz. *in rubr. quom. iud. pro communi opin.numer*. 8. memorandum esse illud, quod sculptum in marmoreo lapide, penes scalas, per quas ascenditur pallatium Broleti, Mediolani legitur, quod scilicet in controuersiis † causarum, corporales inimicitiæ oriuntur, fit amissio expensarum, labor animi exercetur, corpus quotidie fatigatur, multa & inhonesta crimina deinde consequuntur, bona & vtilia opera postponuntur, & qui sæpe credunt obtinere, frequentius succumbunt, & si obtinent, computatis laboribus, & expensis nihil acquirunt. 5 6

Postponant igitur † patrocinantes lucri auiditatem, omniaque circa clientis vtilitatem præmeditent, ne vt ex allegato Iodoco, loco superius citato, *numer*. 5. tales lucrosi procuratores, plus sibi, quam aliis, quorum causas susceperunt, defendendas inuigilare videantur, nihil habentes pensi quid aliis eueniat, dummodo marsupium infarciant. Quocirca non esse omittendum duxi, illud sane dictum memorati Iod. *d. praxi rer. ciuil. cap*. 199. *num*. 4. scilicet. Hoc omnibus † Iudicibus, ex Christiana charitate velim esse familiare, vt quoties coram ipsis vllus processus intentatur, partes per se, aut per alios concordare curent si possint, prius quam ad voracissimas, ac odiosas lites descendant, id enim facientes (inquit) non tantum pii Iudicis, 7 8

ſed etiam veri, ac ſinceri Chriſtiani, Saluatoris noſtri, ac pacifici exemplum ſe componunt, & id imi-
9 tatione exprimere curant. Hinc eſt † quod deſiſtens à lite compoſitionis intuitu non dicitur diffidere de iure ſuo, ſed lites execrari. Felin. *in c. illud. col. 5. de præſcrip.* Vnde Salomon, honor eſt homini, qui ſeparat ſe à contentionibus: & iuxta Senecam,
10 muliebre eſt † litigare, & præcipue de re minima, vt plerique facere conſueuerunt. Ideo Parnus, amiſſa per eum nauicula parua, cum omnibus flumen tranſeuntibus altercabatur, hinc prouerbium illud, ſcilicet, Ob Parni Scaphulam. Et denique Sapiens in Eccleſiaſt. inquit, certamen feſtinatum accẽdit ignem, lis feſtinans effundit ſanguinem. Hæc percipiat, qui percipere poteſt.

Si autem contingat, nec ſuo commodo, neque ciuili humanitate partem eo inflectere poſſe, vt à lite intentanda abſtineatur, ſed magno diſpendio, ipſam partem etiam inuitam ad proceſſum inchoandum pertrahat, præuideat, ea quæ mox allegatus Iodoc. tradit per eum inueſtiganda. *in d. cap. 27. num. 10. cum ſeq.*

Illud tamen verum eſt, quod & ſi † concordia
11 ſuaderi, non tamen imperari, nec quis ad tranſigẽdum regulariter cogi poteſt. Iaſ. *in auth. ſi vero contigerit. col. ſin. C. de iud.* Lanfranc. *in tract. de arbitr. quaeſt.* 16. Caccialup. *in tract. de tranſact. quaeſt.* 20. Felin. *in c. qua in eccleſiarum. col. 14. de. Conſtitut.* latiuſque *in rubr. de treuga. & pace.* Dec. *in conſ.* 125. *col.* 2. poſt alios quos ſequitur Sylu. *nupt. in rubr. quom. pro communi opin. iudic. numero duodecimo*. Vbi authoritate Felin. in allegata rubr. adducit, quod non ſo-
12 lum partes cogi non poſſunt, imo ſi videt † Iudex

alteram

alteram litigantium iustitiam fouere, non modo cogendo, sed persuadendo compromissum facere, contra conscientiam facit, si ob id pars iustitiam fouens aliquod de suo relaxet. Quod tamen ibidem limitat Felin. nisi pars illud scienter relaxet, quia tunc id donare videtur, vel iuxta Barbat. sententiam *in consil. 1. col. pen. libro tertio.* nisi Iudex forte parti iustitiam fouenti, ex aliqua causa id expedire videatur, vt puta, quia lis p appellationes multum protelari posset, quo casu vtrique parti, vt potius transigere quam diù sic litigare persuadere poterit, quia (vt inquit Neuizan. *allegato loco sub numero. decimo tertio*) melior est † certa pax, quam sperata victoria; nec immerito prætereunda sunt ea quæ memoratus Neuizan. ibidem tradit, dum ex Cicer. doctrina, in Officiis dicit, quod est non modo liberale paululum nonnunquam de iure suo decedere, sed interdum fructuosum; idem (inquit) Felin traditione, loco de quo supra, habet locum in paupere cum diuite litigante, nam licet iustitiam foueat, non poterit tamen contra illum potentem consequi: contra enim † maiorem nemo præsumat honorem, *ex glos. 2. in l. quia etiam. ff. de alienat. iud. mut. cau. fac.* quo casu † Iudex partes concordando, aliquid de iure pauperis detrahere potest secundum Corset. *in tract. de potest. Reg. in 23. priuilegio pacis.* & Roc. *in c. nouit. notab. 8. de iud.* 13 14 15

Plures (subdit prælibatus Neuiz.) alias fallentias, & alios casus, in quibus quis compromissum facere cogi potest, seu concordare, ponunt Ias. *in l. quidam æstimauerunt. ff. si cert. pet.* & Caccialup. *allegata quæstion. 20.* vbi in fine dicit, quod inter

Digitized by Google

alia aduocatorum † pericula, illud est primum, quando scit partem suam fouere iniustitiam, & illam transactionem inducit, sicq; consulit; quod alienũ capiat allegando Diuum Thom. dicentem,
17 quod † si in progressu litis videt causam clientuli sui iniustam, debet eum inducere ad cedendum, vel ad componendum sine aduersarij damno, prout etiam aperietur infra, dum de iusto, & æquo verba faciam, ad hæc faciunt tradita per Spec. *in rubr. de præparat. iud. num.* 8. & ibi glos. *in verbo, disputandum.* & quomodo pariter in foro conscientiæ sit suadenda transactio, tibi sint aperta ea, quæ scripsit Ala *de Aduoc. & Caus. Christ. quæst.* 42. *incip. Quemadmodum peccant Aduocati, &c.* nec omittas per recitatum Authorem ad rem nostram facientia *in quæst.* 26. dum circa concordiam suadendam sine peccati labe, infrascripta dictauit, videlicet:

„ Receptissima est conclusio in quæstione proposita, Aduocatum debere omnino deserere patrocinium, alias mortaliter peccaret, & hoc procedit in quacumque parte litis cognoscat iniustitiam, statim enim debet desistere Alberic. *in leg. rem non nouam. n.* 2. *C. de iud.* Toletan. *vbi supra versic. dico tertio post* D. Thom. *vbi supra artic.* 3. *ad* 2. *argumentum*, vbi omnes eius commentatores late, & bene declarant, Sum. Angelic. *numer.* 14. Tabien. *nu.* 13. Ant. Gales. *in tract. de exercitat. Iurisperitor. lib.* 3. *nu.* 13. Viu. *decis.* 123. *num.* 10. Sed quia in negocijs forensibus, quandoq; obseruaui nonnullos Causidicos obstinatos, qui mordicus sustinẽt causas iniustas vsque ad executionem rei iudicatæ, quarũ tutelam Aduocati propterea dimiserunt, idque faciunt vt inducant aduersantem ad aliquã trans-

actio-

Digitized by Google

actionem, illis denũcio culpam mortalem, quæ" condemnat eos ad perpetuos cruciatus inferni, " clara est enim doctrina D. Thom. in loco supra" citato, in solutione secundi argumenti, quod in" causa quæ cognoscitur iniusta, non possunt Ad-" uocati, & Causidici procurare concordiam, dolo" & fraude, & cum damno aduersantis, quæ verba" postea explicantur à Michaele Salon. *controuers. 2.*" *conclus. vltima.* qui vtitur his formalibus verbis." Habet secundum D. Thom. Aduocatus in hoc" casu, debet dimittere Patrocinium, ac deserere" illam causam iniustam. Quinimo debet admo-" nere clientem suum, vt illam deserat, vel compo-" nat se cum altera parte, sine damno aduersarij, si-" ne vlla fraude, & dolo, hoc est, aperiendo illi ius" suum, vt compositio sit amicabilis, libera, & vo-" luntaria, ita vt si nulla subsit dubitatio, nihil acci-" piat, nisi quod omnino gratis, ac libere voluerit" alter conferre; si vero aliqua sit dubitatio, aliquid" conferat secundum qualitatem dubij, arbitrio" prudentis, in quam sententiam concurrit Cagnol." *in l. ea est natura cauillationis. num. 24. de reg. iur.* quod" etiam sensit Alber. *in l. vnica. num. 7. versic.* tertium" est cũ Aduocatus adducit clientem suũ ad cõcor-" diam, quem scit habere iniustam causam; consu-" lit enim vt alienum accipiat, & tenetur ad restitu-" tionẽ &c. C. *de suffragio*, sequitur Socin. *in l. quidem*" *n. 11 ff. si cert. pet.* Petr. Aragon. *vbi supra versic. Est aliud*" *dubium*, ibi, ad cuius explicationẽ dico, breuiter," quod si sunt certi de iniustitia non possunt tra-" ctare concordiam, sed tenentur inducere clien-" tem ad cedendum, vt altera pars recipiat totum" quod suum est; sed si res est dubia, poterunt con-"

Digitized by Google

„ sulere compositionem pro qualitate dubij &c. „ Caccialup. *in tract. de Aduoc. quæst. quarta. versic. tertium periculum*: ad quæ aurea verba, tanquam ad „ lapidem Lydium conferantur quæso omnia stra„ tagemata forensia quæ diabolus docuit, & ab e„ ius alumnis exercentur, hæc est namque vna via, „ qua itur ad cœlum, cæteræ vero omnes ducunt „ ad æternam mortem.

„ Quod si accideret vt clictes compromitterent „ vnusquisque in suum Aduocatum, & vnus ex e„ is probe sciret clientem suũ iniuste litigare, vtiq; „ ni fallor huiusmodi Aduocat⁹ in grauissimũ pec„ catum incideret, si nollet conuenire cum altero „ Aduocato, vt causa iure terminetur, sed varijs ar„ tibus negocium produceret, vt excluso Aduo„ cato partis aduersæ, qui partes suas egregie tue„ retur, subsequatur tandem iniquissima transa„ ctio, propterea quod suscepit munus iudicandi, „ & illud noluit explere, ne faceret clienti suo rem „ minus gratam, & forte quando consensit com„ promisso sibi facto, non habebat animum iudi„ candi contra suum clientem, sed duntaxat trans„ igendi in causa penitus iniusta, quod consilium „ diuina lege improbatur, licet prę se ferat speciem „ cuiusdam prudentiæ, quam ego soleo appellare „ diabolicam calliditatem, illa est enim vera pru„ dentia, qua homo disponitur ad quærenda vera „ bona, per media vere bona D. Thom. 22. *quæst.* „ 55. & 57. Nauar. *in Manual. ca.* 23 *n.* 77.

Prorogatio instantiæ seu suspensionis inter patrocinantes, seu partes ipsas, absque impensa

Digitized by Google

sa facilis esse debet Charitatis ideo, & Odii deinde effectus, succincto modo non subticentur.

CAPVT XXI.

Svmmaria.

1 *Prorogatio instātiæ à iure municipali per N. C. Mediolani quomodo concedatur, remißiue.*

2 *Pauper, quo iure Instantiam agendo, sustinere non teneatur.*

3 *Pauperi multa competere priuilegia, remißiue.*

4 *Pauperi asserenti de paupertate, oppositio contrarium probandi, ex latere opponentis conceditur.*

5 *Instantia, ad quem finem à supremo Principe aßignetur.*

6 *Abbreuiatio litium publicam respicit vtilitatem.*

7 *Humanorum actuum, quænam dicantur extrema.*

8 *Arbitrium ea quæ liberum habent, solemnitati iuris ciuilis non sunt supposita.*

9 *Instantiæ prorogatio facili conceßione digna est.*

10 *Beneficentia, inter Charitatis actus connumeratur.*

11 *Charitate deficiente, nil valet id, quod agitur.*

12 *Charitatis contrarium, odium dicitur esse.*

13 *Odium quid sit.*

14 *Odium, & ira quomodo inter se differant.*

15 *Dei odium, peccatum mortale grauißimum dicitur.*

16 *Odium proximi, quando peccatum mortale causet.*

17 *Odium quomodo probetur, remißiue.*

18 *Instantia, an impedimento Iudicis, vel partis currat, remißiue.*

19 *Instantiæ prorogationem facere recusans, quænam incurrat.*

Qvæ-

Digitized by Google

QVONIAM autem sæpe numero euenit, vt infra instantiam à iure municipali terminatam, caussa expediri non possit, vel ob iudicis siue partis impedimentum, aliaue de caussa, ideo vel à statutis locorum, vel aliter, vt per N.C. dominij Mediolani,
1 † quod scilicet instantia ipsa adhuc pendente possit ad Excellentiss. Senatum recursus haberi, pro prorogatione seu suspensione obtinenda, prout d. nouæ Constitutiones determinant *in tit. de iud. §. & quia sæpissime.* ideoque fere elapsis terminis ipsius N.C. adire d. Excellentiss. Senatum sit necessariũ, circa vitæ ipsius instantiæ conseruationem seu restaurationem, neq; id fieri valeat circa Cancellariæ honorantiam absq; partis impensa; & à parte sæpenumero ipsa prorogatione seu suspensione ab aduersario flagitata, vt de consensu fiat ad impensam prædictam euitandam, recusante partium altera, miserabilis & pauperrimus cliens, vnde reuerti nõ habens, & qui ius fouet in meritis, caussam, per instãtiæ expirationem, aduersantis in humanitate amittere, & derelinquere cogatur.

2 Et quamuis † pauper, ex aliquorum traditione, instantiam sustinere non teneatur, multaque eidẽ
3 † priuilegia competant, de quibus agit Marant. *de ord. iud. parte 4. distinct. 9.* nihilominus, ad probandam paupertatem, expensæ sæpenumero requirũ-
4 tur, cum probandi contrarium † aduersanti non sit prohibitum, cuilibet etenim proponenti probationes permittuntur Bald. *in l. quinquaginta. ff. de excusat. tut.* & vnusquisq; id, quod intentionis suæ fundamentum extat, probare tenetur Socin. *in cons. 65. incip. visis. versic. secunda hæc conclusio. circa med. parte secunda.* vnde ex eo quod diuitem nõ esse asserit pauper, &

per,& pauperem se iustificauit; nihilominus huiusmodi negatiua reprobari potest, ad ea quæ tradit Bald. *in leg. fin. Codic. de reb. cred.* etsi iudex eo in casu informationes secretas super paupertatis qualitate adhibere teneatur, ne ipsum pauperem expensis grauatum relinquat, & ex eis arbitretur Iudex, qui circa ipsam qualitatem sentiat, vt dixit D. Menoch. *de arbitr. iud. cas. 65. numer. 7. cent. 1. lib. 2.* alias. Ideo Excellentiss. Mediol. Senatus sub die 5. Iunij anni 1548. vt cauetur ex Cõstitut. Mediolani impressis in Bibliotheca Antoniana de anno 1599. *in addi. fol.* 24. sic sanciuit.

Cum in decreto causas ad iudices ordinarios remittẽte sancitum sit, quod causæ pauperum in quibus ipsi ductores sunt instantiam non habeant, dubitatum est, an causæ appellationum, quæ in huiusmodi causis interpositæ sunt, vel interponentur, instantiam habere debeant Senatus, omnibus consideratis, & mature discussis.

Declarauit causas omnes pauperum, instantiam non habere, quando onus sustinendi instantiam ad ipsos pauperes spectat. Quod vult locum habere non solum in causis futuris, sed etiã in pendentibus in quibus adhuc instantia ipsa subest, signat Io. Cattaneus & sigillat sigillo Imper. in cera rubea, more solito.

Pauper ipse substantia carens; expensis in lite principali defatigatus ad huiuscemodi qualitatis verificationem demonstrandam, & pecunia egenus, vt plurimum vndique destitutus, atque desperatus remanet. Talia denegantes, in foro conscientiæ absolutos esse credunt? non vtique: quando tamen in meritis succumbere legitime præuiderit;

Digitized by Google

5 derit; quoniam † & si instantia detur, tempusq; ad lites terminandas assignetur, id profecto non ad pœnam, sed in vtilitatis publicæ fauorem introductum videtur. Socin *in consi. 31. incip. prosequendo. versic sed nec loquitur lib.* 1. ne lites immortales fiant; li-
6 tium † etenim abbreuiandarum ratio, publicam respicit vtilitatem, Felin. *in c. nonnulli. col. 21. de Rescriptis.* Imol. *in c. fin. literis de dolo & cõtum.* quos sequitur Cacher. *decis. 22. num. 8.* quæ sane causa non principaliter ad partis merita causarum tollenda, sed vt dictum est ad abbreuiandas lites optime adinuenta prospicitur, & instantiæ abbreuiationem per statutum vel rescriptum factam licitam dici debere, sedulo significauit Mynsinger. *obseruat. 45. centur. 3.*

Et licet actor siue reus, in aliquo articulo actoris vices sustinens, non teneatur de iuris rigore ad ipsius prorogationis instantiæ reciprocam familiarem indulgentiam, quandoquidem tum ex iuris cõmunis dispositione tum ex dicto iure municipali prouisum sit, præexistentis causæ allegatæ finalis conclusione, & ea quæ consistunt in hominis liberum
7 arbitrium vel fieri, nec fieri debere in illius voluntate fundetur, humanorum † siquidem actuum duo potissimum sunt extrema, voluntas nempe & potestas. *l. cum te. & ibi Bald. C. de donat. ante nupt. l. nolle. ff. de acquir. hered. c. super. de offic. deleg.* ita vt horum vno deficiente, actus non teneat, prout deduxit A-
8 lex. *in d. leg. nolle. num.* 2. atque pariter ea † quæ circa liberum arbitrium versantur, solemnitati iuris ciuilis non esse supposita intrepide sustinuerit Bar. *in leg. prima. quæst. prima. Codic. de sacrosanct. Eccl.* nihi-
9 lominus † ex æquitate atque charitate quadam, petitam prorogationem siue suspensionem aduer-

sans,

sans, libenti animo concedere deberet, non enim in foro conscientiæ, litiganti quoad merita causæ ius minime fouenti, vt supra dictum est, per malitiam defraudare licet argumento eorum, quę pręponderat Spec. *in § septimo. vers. decimoseptimo, tit. de posit.* aliqui etenim iuxta substantiam, & merita, victoriam obtinere student, & ij faciles se prębent ad huiusmodi prorogationem, atque ad contumaciæ accusatę nouam admissionem, quod vtique magnanimi actus esse dicendum procul est dubio. Duces ideo & victoriosos in bello captos, libenti animo inter sese restituere videmus, dummodo regioni captę detrimentum non afferatur, de his loquitur text. *in leg. in bello. & ibi Bart. Digest. de capt. & postlim. reuers.*

Hoc igitur concedere nonne actus charitatis dicitur esse? vtique sic. Beneficentia † etenim inter actus charitatis exteriores connumeratur, & 10 qui sunt,

Beneficentia,
Eleemosyna.

Et fraterna correctio, vt inquit Grego. Reisch. *de princip. philosoph. moral. cap. 56. in princip.* adducens illud Euangelicum dictum Marci *cap. quinto.* scilicet, benefacite his qui oderunt vos: & sub cap. 55. *in fin. allegato tit.* hęc profert videlicet: qui autem odiunt, vel se, vel alios per obdurationis vitiũ, in mortem ruunt, nec enim animę suę miserentur, nec proximis in necessitate subueniẽdo & sine † chari- 11 tate quod agitur nihil valet, Paulus etenim Apostolus ad Corinthios Epist. 1. sine charitate, nec prophetiam, nec martyrium, nec eleemosynas,

aut

12 aut alia valere testatur. Cuius autem † charitatis contrarium esse dicitur odium, vt attestatur d. Reisch. *tit. sæpe allegato. cap.* 54.

13 Vnde odium † ex diui Thomæ traditione. 1. 2. *quæst.* 29. est dissonantia appetitus animalis, aut rationabilis ad apprehensum, vt disconueniens, sicut amor est consonantia eiusdem ad conueniens.

14 Vnde odium † sic ab ira differt, quod odium alicui appetit malum absolute, ira vero in quadam mensura sub ratione iusti, & punitionis, qua de re ita ad mortuos cessat. 1. 2. *quæst.* 46. & ad grauiter læsos. *ibidem. quæst.* 47. quia iam vindicta facta videtur; Dei autem † odium peccatum mortale grauissi-
15 mum. 2. 2. *quæst.* 34. similiterque † proximi odium, peccatum mortale dicitur, de per se loquendo, quia Charitati opponitur; vel quia illud facit, quod facere tenetur, vel quod facit, quod non facere tenetur, quorum opposita Charitas facit; per accidens tamen, secundum S. Thomam est veniale.

Primo propter actus imperfectionem, vt quia non est cum deliberatione voluntatis.

Secundo propter obiecti exiguitatem, vt quia proximo exiguum, & non notabile optat malum.

Tertio, quando non fertur in naturam vel gratiam fratris immediate, sed in vitium, quia hoc pertinet ad fratris amorem, quem vult magno malo carere, id est, peccato.

Quarto, quando fertur immediate in naturam, sed non vltimate, vt quia vult quis alicui malum propter bonum, puta vt corrigatur. Hæc ad vnguem recitantur in summa Syluestr. *in verbo, odium.*

Quomodo † autem odiũ probetur, vide Spec.
17 *in* §. 3. *versic. sed quomodo. n.* 19. *tit. de teste. libr.* 1.

Procli-

Procliuis igitur sit nedum pars, sed & procurator aut sollicitator ad huiusmodi prorogationes seu suspensiones concedendum, quando præcipue iusto impedimento pars detenta reperitur, vel iusta de causa id fieri seu indulgeri petit, omissa disputatione pro nunc an † propter iudicis, vel partis, aut 18
tertii impedimentum currat instantia, cuius articuli decisionem habes ex Marant. *de ord. iud. part. 5. numer. 30. & 31.* & illud diuinum sequatur præceptum, quod, scilicet, vis tibi fieri, alteri feceris, ita vt eueniente casu possit aduersans præmeditare atque adimplere illud vulgatum dictum, scilicet, par pari referto.

Et tandem † procliuis sit ad huiusmodi gratiose elargiédum, ne mereatur sibi applicari id, quod 19
refert Mago *decis. Lucen. 68. num.* 31. dum loquendo contra procuratores versutos hæc dixit, videlicet; qui cum vulpinos processuum circuitus ignorent, facilius è manu Herculis claua eriperetur, quam quid ab istis versutis quidquam extraheretur.

An & quando promissio futuræ prorogationis siue instantiæ suspensionis, à parte obtinenda promittentem obliget, & in Praxi, & in Theorica curiosa demonstratione panditur.

CAPVT XXII.

Svmmaria.

1 *Substantiæ prorogationem siue suspensionem promissam non obseruans, quomodo à Venerando Collegio D D. Notariorum atque ab honoratissimo D D. Causidicorum cœtu Papiæ coerceatur.*

2 *Instan-*

2 *Instantia prorogationi, quando quis subscribere possit, & nu. 3.*

3 *Procurator, quando cum libera constitutus dicatur.*

4 *Obligatio interesse, quando succedat post moram in obligatione facti.*

5 *Promittēs quidquam facere cum effectu an casum proprium faciat, ad hoc vt eodem promissa non obseruante ad interesse teneatur.*

6 *Difficultatis gratia, in obligationib. facti quis à pœna, mora, periurio, & ab interesse liberatur.*

7 *Dubitatio quid sit.*

8 *Promissio facta intelligitur, vt quamprimum commode adimpleatur.*

9 *Dies an interpellet pro homine, & quādo interpellatio sit necessaria, remissiue.*

10 *Actio ex stipulatione nascitur.*

11 *Feci quod potui, legem adimpleui.*

12 *Veritas nulla datur determinata de futuris cōtingentibus.*

13 *Certus quando quis dicatur.*

14 *Certum quidnam dicatur.*

15 *Prouerbium quidnam dicatur.*

16 *Prouerbia in causarum decisionibus allegari possunt.*

17 *Promissio super futuro euentu incerta, pro infecta habetur.*

QVAMVIS igitur sæpenumero promissa prorogatio suspensioue instantiæ à plerisque adimpleatur atque obseruetur, nōnulli tamen id facere consueuerunt, aduersantem decipiendi fallacia p̄existente, quos sæpe prospexi, ad idque vt plurimum animaduerterim, tales scilicet prorogaio-

gationem aut suspensionem ipsam promittere, illámque subscribendam penes se retinere, postmodum vero per negatiuam responsionem, partem ipsam delusam relinquunt, ita vt vel Senatum Excellentissimum aliumue supremum Iudicem circa instantiæ restaurationem adire, vel ingentibus expensis promissionem verificare sit necessarium, quocirca videas ea, quæ deduxi superius: *in cap proxime præcedenti. sub num.* 1.

Vnde ad † hoc vt promissa prorogatio adimpleatur, solet Venerandum Collegium D D. notariorũ huius inclytæ Ciuitatis Papiæ, in quo causarum Patroni seu Causidici in ipsa Ciuitate, vt plurimum resident atque in negociis pertractandis, ratione Theoricæ ac scientiæ legalis praxi adiunctæ illorum præualet authoritas, instãte altera partium cogere aduersarium sub pœna, ad promissam prorogationem subscribendam atque tradendam, quæ pœna hæc est, vel quod Causidicus promittẽs promissa obseruet, vel alias patrocinio renunciet, licet plerique se excusent sub eo prętextu, quandoque fallaci, nempe quo ad eos promptos se parare, at prohibitionem illorum principalium in medium afferre studeant. Quibus omnibus, distinguendo, responsum dare sic conueniens existimo hunc in modum, videlicet: Aut quis † mandatum habet ad lites, vel non. 1 2

Primo casu potest prorogationi se subscribere, & promissam tenetur adimplere, quia in mandatarium censetur facultas concessa id faciendi, & præcipue † quando generaliter & cum libera constitutus est, & tunc etiam censetur cum libera constitutus, quando in mandato illa verba adsunt videl. vt omnia facere possit, quæ facere posset domi-

nus, talis enim clausula, loco specialis mandati habetur Franc. Marc. *quæst. 694. part. 2.*

Secundo vero casu si quis mandatum non haber, & tunc is, aut solitus est ꝓ domino intercedere; vel non; primo casu, quando cum rati cautione id facit, sub obligatione attendendi de proprio faciens casum proprium, talem vtique promissionem valere dixit Corn. *in cons. 26. col. 2. libr. 1.* atque idem sequitur Magon. *decis. Florent. 143. numer. 4.* & tunc promittens tali casu prorogationum illam subscribere tenetur, præcipue quando dominus talia rata habere in aliis causis consueuerit, iuxta tradita per Bart. *in l. si pupilli. §. item si procuratori. numero octauo. in fin. ff. de negot. gest.* & quod solitus intercedere possit, absque principalis siue domini mandato, ipsi prorogationi subscribere, & talem prorogationem sic ab eodem solito intercedere subscriptam nullá pati exceptionem, id in hoc foro Papiensi obseruatur, practicatur, atque communiter recipitur.

Aut autem, quis intercedere non est solitus, & eo in casu distinguas prout infra, videlicet.

Aut quis simpliciter, & affirmatiue prorogationis subscriptionem, & consensum domini seu principalis reportare spondet.

Aut ancipitem se reddit.

Quo ad primum, vbi promissa non adimpleantur, tenetur promittens ad interesse, vbi labatur in-
4 stantia, promittentis factum culpa, regulariter † n. in obligatione facti succedit obligatio ad interesse post moram Crau. *in cons. 1. incip. pro genero. nu. 280.* vide Marc. de Mantic. *singul. 90.* nisi fuerit adiecta pœna quæ succedit in locum eius quod interest, vt nec omittenda sint, quæ mox allegatur. Crau. tradit

dit allegato cons. *sub dicto numer. 280.* quos recitatos authores recitat Aresm. *Var. sentent. sub tit. de obligatione facti. lib. 2.*

Nec obstat id, dum dici posset, promissionem scilicet facti alieni inutilem inducere stipulationem, *ex vulgato § si quis alium daturum. Instit. de inutil. stipulat.* quia respondetur quod † casu, quo quis promittat se facturum, & curaturum cum effectu &c. tum non factum alienum sed proprium dici debet, & eo casu valere stipulationem, atque promittentem ad pœnam vel interesse conueniri posse, dictat text. *in l quoties quis. ff. de verb. obliga* & Alex. *vbi cõmuniter scribentes in l. stipulatio ista. in princip. col. 1. ff eod. tit.* & præcipue quando iuramentum interuenit, vel quando quis per pactum quidquam facere promisit, non obstante quod valeat se excusare in futurum, se scilicet suum posse fecisse, quia tunc ex eo quod talis se in necessitate posuit saltem ad interesse propter effectum non secutum tenetur & sibi imputet: sic optime in puncto docuit Marant. *disputat. 7. nume. 6 & 7.* alias etenim † quis difficultatis gratia in obligationibus facti, à pœna, mora, piurio, & ab interesse liberatur; prout tetigit mox allegatus Marant. *loco nunc recitato sub nu. 16.* videas pariter Rot. Genuē. *decis. 152.* & Crau. *in cons. 271.* ac Barto. & expositores *in d. §. si quis aliũ daturum. instit. de inutil. stipulat.* nec omittas singulare dictum Ant. Corset. *in verbo, Promissio facti.* atque Hartm. *cap. 2. tit. de fideiuss. lib. 2.* nec non & Magon. *decis. Lucen. 100. num. 29.*

Secundo aũt casu, quando quis, nec affirmatiue neque negatiue ꝓmittit, sed dubiam reddit promissionem, an autem ex hac dubitatione, quæ † 7

ſecundum Bal. *in rubr. C. de probat. col. 2.* eſt animi paſſio cum præciſa extremorum ignorantia, & ſeu ex hac incerta promiſſione naſcatur obligatio, tunc dicas quod, vbi talis promittens, promiſſionem ſub huiuſmodi verbis, quæ aliquando à ſollicitatoribus prolata audiui, conceperit, videlicet; *Io piglio la proroga, qual mi porgi accio la facci ſotto ſcriuere dal mio principale, non amancharai di pregarlo accio la ſotto ſcriui & ſe la ſotto ſcriuera, io te la daro, & recuſando eſſo di farlo, non voglio eſſer obligato à coſa alcuna.*

Quo caſu, non expreſſo ac limitato tempore ad reportandam reſponſionem, promittens tenetur quam primum ipſum principalem adire, & pro-
8 miſſa obſeruare, promiſſio etenim † intelligitur facta, vt quamprimum commode adimpleatur ſecundum Bart. *in l. rogo. ff. vt legat. dies ced.* & etiam quamprimum interpelletur promittens, ad hoc vt vbi ſubſit pœna, hæc eadem committatur, textus eſt clarus *in l. ſi ita ſtipulatus. §. habemus. ff. de verbo. obligat.* Ioan. de Port. *in l. ſi homo mortuus. ff. eod tit.* An
9 vero † & quando dies interpellet pro homine: & quando interpellatio ipſa ſit neceſſaria, videas Cacher. *deciſ.* 48.

10 Et quamuis deduci poſſit, actionem † ex ſtipulatu naſci, quæ ex verborum obligatione proficiſcitur, & quæ datur illi qui ſtipulatus fuit, ſibi aliquid dari vel fieri ab alio, vt illud adimpleatur, quando omnino de re aliqua certitudo dari non poteſt, quæ tamen promiſſa eſt per ſtipulationem, vt tradit Ioan. Criſp. de monte. *in ſuo tract. terminat. action. num.* 164 *poſt. volu.* Iaſ. *de act.* quos refert Areſm. *Var. ſentent. ſub tit. de verb. obligat.* nihilominus, quia reſpon-

sponsio est qualificata, & vbi promissa adimpleuerit, nullam contra eum dari actionem erit dicendum purificata siquidem fuit conditio, & sicuti difficultas excus t pure promittentem, vt supra, quo magis igitur excusandus erit promittens sub conditione? *argument. auth. multo magis. C. de sacrosanct. eccles.* & † qui fecit quod potuit, legem adimpleuit. *l. multum interest. C. si quis alt. vel sibi*. Crau. *in cons. 171. incip. magister Ioannes num. 17.* Dec. *in consil. 446. & 496.* & Roman. *in cons. 496. incip. primus. numer. 1.* & denique textum apertum habemus *in l. 1. § si quis ita.* & ibi Doct. *ff de verb. obligat.* 11

Vnde cautus sit prorogationem petens, ne sub verborum promissione ancipiti instantia pereat, quoniam vt inquit Philosophus, de futuris † contingentibus nulla datur determinata veritas, iuxta illud, nunquid Medici resuscitabunt? Spec. *in §. nunc tractemus. versicul. quia dubius litis euentus, sub tit. de Aduoc.* nisi tamen de effectu promissionis subsecuturo certus quis redderetur, quo casu is certus † dicitur, qui de re aliqua vehementem habet opinionem Bart. *in l. si quis ita. notab. vlt. ff. de testam tut.* & illud certum † dicitur in quo nulla cadit fallentia Bald. *in l. hac consultissima. colum. 3. C. qui test. fac. poss.* & quando certum in dubitationē cadere non potest. *l. ornamentum. ff. de aur. & argen. leg.* nec ab re dicitur illud vulgatum dictum, scilicet: 12 13 14

Chi viue di speranza fa la fresca danza.

Prouerbium † etenim dicitur scientia generalis, cui consuetudo fidem attribuit. Hostien. *in c. & si Iudaeos. de Iudaeis.* Alex. *in le. 1 colum. 13. ff. si cert. pet.* 15

 pro-

Digitized by Google

16 prouerbiaque † in decisionibus causarum allegari posse cauetur, vt tradunt Ioan. Andr. & Doct. *in d.c. & si Iudaos.* Ad rem faciunt notata ex text. *in leg. solent in fine. ff. de offic. procons. & leg. & in l. si chorus. ff. de leg. 3. ne tales de consuetud. distinct. 5. & c. quemadmodum. de iureiur.*

17 Et tandem † quoties super futuro euentu incerta fit promissio, tunc illud incertum pro non promisso habetur *l. ita fidei. ff. de iur. Fisci.* Bal. *in cons. 44. vol. primo.* quem sequitur Boer. *decis. 153. nu. 35 in fine.*

Qua pœna feriendi sint ii, quos vulgatus vtraq; maxilla comedentes appellat, & quomodo puniendus aduersæ parti secreta causæ reuelans. Demum vero an, & quando pro vtraq; parte patrocinari sit licitum, ordine recollecto hac omnia protenduntur.

CAPVT XXIII.

SVMMARIA.

1 *Patrocinantis hortatio circa partium compositionem, qualis erga clientem esse debeat.*

2 *Causidicus, auaritiæ suspicionem aufugere debet.*

3 *Aduocatus siue patrocinans, cum partium alterutro paciscens, quomodo puniri debeat.*

4 *Aduocatus in quo excedat.*

5 *Secreta partis aduersario reuelans qua pœna feriatur, & num. 8.*

6 *Iudex, an ex officio contra accusatorem seu colludentem procedere possit, remissiue.*

7 *ausidicus secreto, vel publice aduersæ parti qui fauet, mortaliter peccat.*

8 *Aduo-*

Digitized by Google

8 *Aduocatus, & seu Causidicus, qui secreta clientis sui aduersario detegit, qua pœna plectendus sit.*

9 *Aduocatus, de aliqua re secreto consultus, illud sibi dictum reuelare non debet.*

10 *Aduocatus, & seu Causidicus, qui ab vtraq; parte munera & emolumenta recipit, valde puniendus est.*

11 *Labor vbi maior, ibi maius præmium exoptat.*

12 *Delictum quo magis grauius, maiorem pœnam meretur.*

13 *Patrocinans, an & quãdo pro vtraq; parte causam suscipere poßit.*

14 *Contraria allegans non est audiendus.*

15 *Aduocatus, in dubijs pro quibus consulere debeat.*

SIc igitur Causidici munus, atq; benignitas exigit, vt inter partes principales, charitatis amore, non autem alterum decipiendi animo se gerat, ꝙ sæpe ponderaui, dum nonnullos Patrocinantes prospexi, qui partem principalem aduersam, absq; causidici aduersarij participatione ad cõpositionẽ inducere student, non principaliter, vt Christiani actum facere animaduertant, sed vt secuta compositione, ipsam aduersam partem ad clientelam suam trahant, emolumentisque Causidicum ipsius aduersæ partis priuent, quare non immerito exposuit Iodoc. *in praxi rer. ciuil. in princip. Libri, & in præfatione, de voracitate processuum.* sub his conceptis verbis, videlicet: Quare † ex fraterna 1 charitate suaserim (repræsentando personam patrocinantis cum cliente loquentis) ne in hanc litẽ temere descendas, aut vt cœpta desistas, omnemq; controuersiam cum aduersario potius amice transigas, ad quod (si placet) ego veluti de hac tua vo-

Digitized by Google

luntate ignarus, libens meam præsento fraternam operam, & aduersarium tuum cum ipsius aduocato simul quoque inflectere conabor, hæc ille. An autem hoc deceat, quilibet examinet.

Neque ab re prætereundum illud duxi, quod deterius est, dum alios inique agentes intellexi, qui ex vtraque parte pecuniam muneraque illarum vtraque inscia recipiunt, & pro vtraque parte clam patrocinantur, quos autem vulgus Vtraque maxilla comedentes appellat. Hi siquidem præcipitant, immemores illius Ciceronis sententiæ.
2 *lib. Offic. scilicet*. Caput † autem in omni procuratione muneris publici est, vt omnis etiam minima auaritiæ fugiatur suspicio, Vtinam, inquit Caius Sauinus, ad illa tempora me fortuna seruasset, quibus Romani recipere dona cœperunt, non .n. fuissem passus eos diutius imperare, vnde Tullius in oratione pro Milone, quem refert Boer. *d. decis.* 153. *num.* 26. hæc dixit scilicet, Munera, & dona excæcant sapientes, & subuertunt verba iustorum. Quare aduersus hos exclamat Iodoc. *in allegata praxi rer. ciuil. cap.* 49. huiusmodique prohibita esse asserit *sub nu.*
3 12. dum aduocatum † seu Patrocinantem cum partium alterutro paciscentem, officio priuandum, & iudicis arbitrio puniendum esse aperto tradit ore;
4 proindeque † Aduocatum excedere dixit Put. *in tract. de Syndic. sub rubr. de exces. Aduoc. num.* 25. quando pro vna parte aduocare promittit, postmodum au-
5 tem pro altera parte patrocinium suscipit, † neq; licere ipsi Aduocato partis secreta aduersario reuelare, sub præuaricationis pœna, optime ibidem significatur, & contra huiusmodi committentes succedit

cedit textus dispositio *in leg. accusatorem. §. prauaricatorem. & ibi Bar. Digest. ad Turpil.* 6

An autem † Iudex, ex officio contra accusatorẽ. 7
seu colludentem procedere possit, videas Marant. *de ord. iud. sub tit. de inquisit. numero* 156. & 180. *parte* 6. & qui secreto † vel publice parti aduersæ fauet peccat, vt in puncto tradit Nauar. *in suo Manual. cap.* 25. 8

Quo fit vt Aduocatus † & procurator, qui secreta clientis sui aduersario detegunt atque reuelant, teneantur erga eorum clientem ad omne damnum, ac interesse, & etiam pœna præuaricationis falsi ad ea quæ scribunt Bart. *in leg.* 1. *ff. de prauaricat.* Angel. Aret. *in Tract. malefic. in verbo, falsario. num.* 49. Bois. & alij in puncto allegati per D. Menoch. *de arbitr. iud. cas.* 137. *numero* 25. *centur.* 6. *lib.* 2. Quare dicit Nauar. *in suo compend in verbo, Aduocatus numero* 9
10. quod † Aduocatus consultus de aliqua re in secreto, secretum illud seruare debet, quod idem tradit in suo Manual. *præcitato cap.* 25. *n.* 42.

Ego quidẽ † dicere audeo (prudenti tamen cuiuslibet alterius iudicio remissus) atroci pœna iudicis arbitrio talem vtraque maxilla comedentem plectendum esse, quinimo infamem effici, & officio priuari debere illum, quem cum parte de quota litis pacisci videmus, ꝑ hoc declaratũ dixi supra *sub ti. de Adu. c.* 8. multo quidẽ magis hunc nedũ, vti præuaricatorem, sed proditorem arbitrio iudicis punibilem significo, quoniam primo loco designatum, vnam tantum ex partibus, hunc autem vltimo loco patefactum ambas ipsas partes ꝓfecto defraudare prospicimꝰ, & sic uti † vbi maior labor, 11
ibi

ibi maius præmium dari debet, ad ea quæ significauit Boer. *in tract. de author. magni consil. numer.* 144.
12 *&* 145. Sic etiam eo magis † quis pœnam meretur, quo magis delictum grauius consideratur. Grammat. *decis.* 25. *numero octauo* quem communiter approbatum refert Lud. ab Assis. *decis. Lucen.* 16. *numero* 6.

13 An autem Patrocinans † possit pariter pro vtraque parte causam suscipere? Hoc determinat Sum. Syluestr. *in verbo, Aduocatus, dum de Aduocato agit. nu.* 7. *versic. decimo tertio*. & ibi respondet secundum Sum. Rosel. quod non, quia (inquit) non video quomodo vtrique partium contrariarum seruire possit, sed (ait) Summa Angelica, & Spec. *in tit. de Aduoc.* tenent, quod sic, quod tamen (subdit) limitationem capit ex doctrina Archid. *in c. disciplina. & ibi glos.* 45. *distinct.* quando ex aduocatione, parti non infertur præiudicium, attamen (prosequitur) veritas est, quod vbi scit iustitiam, vel iniustitiam causæ, hoc non potest, quia semper ex vna parte tueretur iniustam causam scienter, quod non licet, vbi vero hoc nescit, sed in dubio, sicuti licite potest tueri singulas, ita & vtramque partem, quo in casu dubio patrocinari potest, secundum Sanct. Thomam, & Rhod. Quod indubitate verum esse affirmauit allegatus Syluester.

Primo vbi patrocinatus est vni parti, & deinde cognoscens se male allegasse, vt tenetur, caute tamen propter scandalum pusillorum, argum. Bart. *in l. fin. C. de furt* & aliorum de quibus ibi.

Secundo, in diuersis articulis, & diuersa instantia, puta aduocando pro vna parte in casu principali, & pro alia in causa appellationis, cauendo tamen

men à pusillorum scandalo, authoritate Spec. Io. Andr. & aliorum.

Sed tandem (concludit) quod in eadem instantia, etiam in dubiis hoc fieri non potest, tum ob scandalum, & famæ detrimentum, tum quia impossibile videtur, vt visa materia diligenter habeat bonam fidem respectu vtriusque causæ, tum etiam quia videtur contra iura, allegans † etenim contraria, non est audiendus ex text. *in l. 1. C. de furt. & in leg. cum precum. C. de liber. cau. & in c. sollicitudinem. in fine. de appellat. & vt pariter dixi supra in cap. 5 prope fin.* Quo casu (præcitato authore sic ibidem deducente) debet Aduocatus siue Procurator in totum desistere, vel in dubio † eligere partẽ rei contra actorem, vel consulere pro matrimonio, pro testamento, pro dote, pro libertate, vel pia causa, vt in dubiis textus dicit *in c. eligendum. de re iud* aliter est præuaricator, & puniendus iuxta Doctorum traditiones de quibus eo loci, & tandem an in causa vere dubia possit siue Aduocatus, siue Causidicus pro vtraque parte patrocinium suscipere, animaduertit in foro conscientiæ, Ala. Cremonensis. *in suo tract. de Aduoc. & Causid. Christ. in quæst.* 97. dum isthæc scribens ibidem ait, videl.

14

15

Licet concludãt Theologi, in foro conscien- "tiæ rigorose non peccare Aduocatum, & Causidi- "cum, qui in causa omnino dubia, pro vtraq; par- "te patrocinatur, vt notat Sum. Angel. *in §. Aduocatus. numer.* 17. post Rosell. & alios, arbitror tamen "animaduertendum esse, vt Aduocatus non affir- "met se pro vtroque cliente ita sentire, sicut scri- "bit, aut loquitur, quia hoc profiteri non posset "sine impudenti mendacio, & manifesta contrari- "

„ etate: Sed ſimpliciter ſuggerat iudici rationes
„ vtriuſque partis, vt melius poſſit diſcernere me-
„ rita cauſæ; Sed ſi aliquis Cauſidicus reperiretur,
„ qui non profiteretur legalem ſcientiam, & nihil
„ faceret, aut ſcriberet ſine conſilio Aduocati, cre-
„ derem huiuſmodi Cauſidicum poſſe tuta conſci-
„ entia ſcribere ac notare ſcripturas vtriuſque liti-
„ gatoris iuxta conſiliũ Aduocatorum; verũ tamẽ
„ perdifficile puto in praxi cõtingere talem cauſã
„ quæ adeo ſit dubia, vt Aduocatus, & Cauſidicus
„ intelligere non poſſit in quam partem propen-
„ deant, vnde ſequitur, eos in dubia re non poſſe
„ ſcribere, aut loqui contra conſcientiam ſuam, &
„ ideo cauere debent Aduocati, & Cauſidici ab his
„ patrocinijs vt ita dicam valde ſcandaloſis, nec
„ præbet iuſtam excuſationem, apud Deum & ho-
„ mines probos quædam cautela à me quandoque
„ in nonnullis Cauſidicis obſeruata, habent enim
„ in numero ſuorũ ſectatorũ quoſdã notarios iuue-
„ nes in ordinẽ Cauſidicorũ cooptatos; qui ad ſpe-
„ ciem ſuſcipiunt tutelam clientis aduerſantis, ſed
„ re vera Cauſidicus principalis, omnia regit, diſ-
„ ponit, & moderatur, & ita furtiue præuaricatur,
„ vtrumque litigatorem acerrime defendendo, &
„ prodendo.

Quibuſque illud addere non diſplicet, quod interdum animaduerſione dignum iudicaui, nempe quoſdam Cauſidicos clandeſtine pro vtraque parte patrocinium præſtare, dum pro altera partium domicilium eligitur extra ipſius Cauſidici habitaculum, ne cauſam vtrinque ſuſcipere videatur, attamen ſollicitator cauſæ vnius partis, tranſmiſſo pręcepto ad locum electi domicilij ex aduerſantis

late-

latere, statim accedens domum electi dicti domicilij, recuperato præcepto eodem, etiam de consensu Causidici, pro altera tantum parte patrocinium præstare fingentis compatitionis actum ipsi præcepto accõmodat, & in actis per alium redigi illum curat, atque sic, vt furtiue prædicta committentes & Causidic⁹, & sollicitator præter restitutionis obligationem, in tales animaduertere dignum iudicarem, ad ea quę tradit D. Menoch. *de arbitr. iud. cas.* 323 *nume.* 5. *lib.* 2 *centur.* 4.

Ad hęc pariter accõmodari possunt ea quę suprascriptus Ala. recenset *in quæst.* 95. in hunc, qui sequitur, modum, videlicet:

Non possum lugere satis miserrimam conditio-
„ nem aliquorum causidicorum, qui profitentes
„ Christianam probitatem, gloriantur se nullius
„ culpę conscios esse, cum tamen certissime sciam,
„ & indies obseruem, eos viuere, & consenescere in
„ multis peccatis mortalissimis, quę vel ignorantia
„ inexcusabili, non cognoscunt, vel malitiose dissi-
„ mulant, vel minus legitime confitentur sine con-
„ stanti proposito veræ emendationis, aliquando
„ enim obseruaui, duos clientes ordinarios eius-
„ dem Causidici, inter se contraxisse, alterum eo-
„ rum Iudicio vexari à Sempronio: Causidicus sta-
„ tim repertoria suorum librorum reuoluit, ex his
„ aliquas rationes ieiunas, & frigidas expiscatur,
„ quibus putat se posse sustinere defensionem rei
„ conuenti, Iudicium suscipit suo marte, sine con-
„ silio Aduocati, illudque producit, & differt quan-
„ tum potest, his malis artibus, quæ in hoc libello
„ explicantur, perducitur causa ad calculum ferẽdę

senten-

„ ſententiæ: Iudex ordinarius promouet dubita-
„ tiones parti conuentæ, ex quibus conijcit Cauſi-
„ dicus, aduerſam ſententiam ſibi imminentẽ, ca-
„ pit Conſilium ſupplicandi, & confugiendi ad ſu-
„ prema tribunalia, & vocat cauſam à Iudice, qui
„ pronunciaturus erat vulnerata cauſa, & pericli-
„ tante, quo ſe vertat, minime ſcit, conſulit aduo-
„ catum, vt allegationibus ſuis ſubueniat cauſæ, in
„ ſupremo tribunali definiendę, aduocatus peritus
„ & bonus, cauſa cognita reſpondit, reum non poſ-
„ ſe defendi, & opus eſſe denunciari litem alteri
„ clienti, eiuſdem Cauſidici qui cum reo contra-
„ xit, & ita aduocatus deſerit patrocinium iniuſtũ:
„ Cauſidicus autem diabolica malignitate inſigni,
„ non vult denunciare litem, ne alterutrum clien-
„ tem dimittere cogatur, cum ſalario conuento,
„ perſequitur Iudicium in dicto tribunali intro-
„ ductum, tãdem ſuccumbit in cauſa, vt prædixerat
„ aduocatus, neq; adhuc quieſcit Cauſidicus, ſed
„ calumnioſis ſupplicationibus, & appellationi-
„ bus, iuſtiſſimum exitum retardat, neque vnquam
„ voluit trahere in iudicium alterum clientem, qui
„ tenetur conſeruare indemnem reum conuen-
„ tum, quo tandem fit, vt infelix cliens infinitis, &
„ grauibus incõmodis affectus, amiſſa cauſa mul-
„ tis imprecationibus, & execrationibus perſequa-
„ tur Cauſidicum; hoc equidem loco fateor mihi
„ deeſſe orationis copiam, vt poſſim pro rei indi-
„ gnitate explicare ſumma ſcelera, quæ in hoc ge-
„ nere perpetrantur, & ab hoc vno fonte fluunt,
„ ꝙ Cauſidicus non vtitur his Chriſtianis p̃ceptis,
„ ꝙ ſeruanda proponũtur, vbi contingat, duos cli-
„ entes vnius Cauſidici, inter ſe Iudicio contẽdere.

Munera

Digitized by Google

Munera an & quando à Iudice siue Patrocinante recipere licitum sit, & contra iuris terminos dona recipiens, qua pœna feriendus, id Lectori cognoscere non est absconditum.

CAPVT XXIV.

Svmmaria.

1 *Munera, & dona recipere an licitum sit. Doctores, quæstionem hanc magno conflictu declarant.*

2 *Munus, Iudicem à recta deuiat norma.*

3 *Iudex, per pecuniam, iniustam proferens sententiam, tradit, atq; Christum D.N. vendit.*

4 *Christus D.N. Summa veritas, & Summa iustitia dicitur.*

5 *Iudices pecunia corruptione damnati, & officium perdunt, & ad restitutionem recepti tenentur.*

6 *Causam qui suscepit, à muneribus caueat, quia cum legibus pacem habere non potest.*

7 *Munera quando recipienda sint, ex nonnullorum sententia declaratur.*

8 *Munera recipiendo quis, qualitatem personæ dantis respicere debet, vt omnis tollatur suspicio, & numero 32.*

9 *Esculenta, & poculenta modico tempore consumenda, quando, & quomodo recipi possint.*

10 *Magnificus quisnam dicatur.*

11 *Esculenta, & poculenta, quæ modico tempore sint duratura, iudicis arbitrio relinquuntur.*

12 *Munera non semper, nec ab omnibus sunt accipienda.*

13 *Munus à nemine accipere, inhumanum dicitur, & numero 33.*

14 *Munera, ex edicto Francorum Rege, quanam prohibita dicantur.*

15 *Iudex pecuniam recipiens, ex causa iniustitiam committendi, non obstante superuenta pœnitentia, pœnam euitare non potest, & num. 23.*

16 *Iudex corruptus & in ciuilibus, & in criminalibus, quã patiatur pœnam, & num. 25.*

17 *Iudex, qui per gratiam iudicat, ac Constitutiones negligit, cui pœnæ subiaceat.*

18 *Iudex pecuniam recipiens ad hoc vt iustam proferat sententiam, corruptus dicitur.*

19 *Iudicis corrupti, per sordes & barateriam iudicantis materia, remissiue disceptatur.*

20 *Iudici pecuniam dans, vt pro eo iudicet, impune remitti non debet.*

21 *Iudicem in camera flagitans, vt pro eo proferat sententiam, quam pœnam reportet.*

22 *Munera Iudici promittens, quæ tamen non tradidit, an pœnis à iure, & à Doctoribus significatis suppositus dicatur, remissiue.*

23 *Iudex, pecunia accepta, pœnitens, an impunis dicatur, remissiue.*

24 *Sollicitator, Iudicem corrumpens quomodo puniatur, remissiue.*

25 *Iudex falso, vel ex malitia, vel ex corruptione iudicans, quomodo puniendus.*

26 *Corrumpens aliquem, seu etiam corrumpere studens, quomodo mulctandus, remissiue.*

27 *Corruptio Iudicis, & barateria difficilis dicitur probationis.*

28 Cor-

Digitized by Google

28 *Corruptio Iudicis, & barateria, per mediatorem probari potest.*

29 *Iudici, & Causidico, ante sententiam, pendente patrocinio, vel post patrociniũ, nunquid, quidquã recipere licitum dicatur.*

30 *Iudex imperite iudicans, an teneatur erga partem ad damna, ex illa sententia resultantia dato ex quo ab ipsa sententia non fuerit appellatum.*

31 *Munus, post sententiam à Iudice receptum, nunquid licitum dicatur.*

32 *Munus post sententiam siue patrocinium praestitum receptum, conscientia recipientis, & dantis esse remittendum.*

33 *Encenia aliqua interdum recusare, inhumanum dicitur esse.*

34 *Iudices, hodie, de quibus syndicatui subiaceant.*

35 *Iudici quomodo, & quando liceat munus dare, & ab eo illud recipere.*

36 *Munera recusare bonum est, & quare.*

37 *Iudices munera recipiẽtes, dorophagi, id est, munera comedentes dicuntur.*

38 *Iudex, post sententiam munera recipiens, in Syndicatu conueniri potest. & quando.*

39 *Excellentissimi Mediolani Senatus, in Nou. Constit. ab omni muneris receptione sub poena iurisdictionem exercentibus, ac ab aliis abstineri mandat.*

40 *Excellentiss.* MEDIOLANI *Senatus laudes recensentur.*

41 *Stipendium, de eo quod non debetur recipiens, valde peccat.*

42 *Stipendum, quodnam moderamen recipiat.*

43 *Quod tibi prodest, & alteri non nocet facilis est concessionis.*

Digitized by Google

28 Cor-

Digitized by Google

28 *Corruptio Iudicis, & barateria, per mediatorem probari potest.*

29 *Iudici, & Causidico, ante sententiam, pendente patrocinio, vel post patrociniũ, nunquid, quidquã recipere licitum dicatur.*

30 *Iudex imperite iudicans, an teneatur erga partem ad damna, ex illa sententia resultantia dato ex quo ab ipsa sententia non fuerit appellatum.*

31 *Munus, post sententiam à Iudice receptum, nunquid licitum dicatur.*

32 *Munus post sententiam siue patrocinium praestitum receptum, conscientia recipientis, & dantis esse remittendum.*

33 *Encenia aliqua interdum recusare, inhumanum dicitur esse.*

34 *Iudices, hodie, de quibus syndicatui subiaceant.*

35 *Iudici quomodo, & quando liceat munus dare, & ab eo illud recipere.*

36 *Munera recusare bonum est. & quare.*

37 *Iudices munera recipiẽtes, dorophagi, id est, munera comedentes dicuntur.*

38 *Iudex, post sententiam munera recipiens, in Syndicatu conueniri potest, & quando.*

39 *Excellentißimi Mediolani Senatus, in Nou. Constit. ab omni muneris receptione sub pœna iurisdictionem exercentibus, ac ab aliis abstineri mandat.*

40 *Excellentiß.* MEDIOLANI *Senatus laudes recensentur.*

41 *Stipendium, de eo quod non debetur recipiens, valde peccat.*

42 *Stipendum, quodnam moderamen recipiat.*

43 *Quod tibi prodest, & alteri non nocet facilis est concessionis.*

Digitized by Google

IN præcedenti capite, munera & dona sapientes excęcare, verbaq; iustorum subuertere dixi: vtrum autem quandoque illa recipere liceat; in hoc
1 igitur articulo diuersitas † opinionum inter Doctores succedit, quando de Iudice recipiente munera loquuntur. Alij etenim, Iudici munera atque dona magni momenti recipere prohibitum esse dixerunt, sed tantum esculenta modici valoris sibi dari licitum esse substinuerunt. Alij vero, Iudicem nil prorsus recipere posse voluerunt.

Qua de re Iodoc. *in praxi rer. ciui. c.* 150. dum de remuneratione Iudicum acturus scribens, hæc dixit, scilicet: Nolo quempiam esse tam iniqui Iudicij, vt putet magistratum in iure dicendo, munera potius quam iuris æquitatem spectare debere, sic vt eorum causa in hanc potius, quam in alteram partem, rectitudinem iuris inclinare possit, sed in iustitiæ administratione, ipsum cæcum quodammodo ad partes esse conuenit, sic vt non partium fauore nec munerum corruptelis inficiatur nec à rectitudinis via se deuiare permittat, vtpote honesta, ac tantum constituta, & ordinaria mercede cōtentus sit, hæc ille: ratio aũt hæc est, quia vt cauetur *ex c. quatuor.* 11. *q.* 3. inter quatuor quæ humanũ iudiciũ puertunt, potissimũ munera corrumpunt, & nullum est officium tam sanctum, neque profecto tam solemne, quod auaritia comminuere atq; violare nõ soleat. Qua dę re Galter⁹ de Castillono quẽ
2 refert Boer. *decis.* 153. *n.* 26. dicere solebat, munus † à norma recti distorquet acumẽ iudicis, & terra voluit caligine mentem, & alibi venditur arbitrium, dum ex alio initur sumptus. Ideoque dixit Marant.

de ord.

Digitized by Google

de ord.iud.part.3.num.67. quod Iudex † qui pecunia 3
accepta peruertit iustitiam, sententiam iniustam proferendo, ex eo quod veritatem peruertit *vt in c. cum aeterni. de iureiur. libro sexto.* sic tradit & vendit Christum, qui est † summa veritas, & summa iu- 4
stitia secundum Abb. *in c. & si Christus, de iureiur.* vnde (inquit ibidem *sub numer. 66.*) falsum testimonium pro pecunia dicentem, tunc Christum pro precio vendere, sicuti fecit Iudas, esse dicendum. Vnde † Iudices pecuniae corruptione da- 5
mnati & officium, & ius ad officiũ perdunt, ex quo lege Iul. repetund. tenentur, sic Emanuel *in suo commun. opin. tract. in verbo, Iudex. numer.* 259. quadruplumque eius quod receperunt, restituere coguntur, & hanc esse communem opinionem significauit Clar. *in sua pract. in §. vltimo. quaest. 73. in verbo, Iudex committens barrateriam*, quem sequitur Nicol. Carbon. *in sua pract. practicarum. cap. 6. numer.* 18. *libro secundo.*

Caueant igitur † tam iudex sententiam prola- 6
turus, quam Patrocinans causam defensurus, ne munera recipiant, alias cum legibus pacem habere non poterunt D. Alex. Rauden. *in tract. de Analog. cap.* 31. *num.* 35. & Rebuff. *in constitut. Reg. Tom.* 3. *tit. de Salar. taxan.*

Porro & si prohibitum caueatur, munera recipi
debere, voluerunt † tamen nonnulli, id locum sibi 7
vendicare, quoties ampla & pinguia sint munera ipsa, sed quando leuia & modici momenti existũt, ea concessa fore significarunt, vt puta poculenta & esculenta modici valoris, D. Menoch. *de arbitr. iud. cas.* 342. *nu.* 36. *libr.* 2. D. Rauden. *d. cap.* 31. *n.* 34. Quocirca dixit Bald. *in l. plebiscito. §. nunc vero. ff. de offic.*

præsid. quod pro quibusdam minimis lex non offenditur, vt pro paruo caseo, vel pro duabus finalis maiuaricæ, *argum. l. quamuis. ff. de condit. & demonstrat.* quia pro tam paruis rebus, animus rectoris non flectitur, quem retulit Puteus. *in tract. de syndic. in verbo, Poculenta & esculenta.* Idem sequitur Iodoc *d cap.* 250. *num.* 11. dum licite, quædam honesta ac gratuita dona recipere posse significat, veluti lepores, cuniculos, perdices, phasianos, pauones, capones & similia seu usculula, quæ sunt mensalia, esui, potuiq; accommoda, sic vt ea non sint talia, quæ marsupiis seruiant, aut auaritiæ vel corruptelæ suspicionem
8 præbeant Ideoque † in his donatiis (inquit) ac honestis præsentationibus accipiendis, spectãdæ sunt personæ, quę ea munera offerunt, sic vt à tenuioribus, tenuia quoque munuscula, pari animi gratitudine accipiant, quæ aliquanto præstantiora à locu-
9 pletioribus accipiunt. Et esculenta † poculentaq; illa recipi posse dicunt Doctores, quæ intra dies paucos prodiguntur & consumuntur. *d. l. plebiscito. & c statutum. § insuper. de rescript. libr. 6.* quod tamen verum intellexerim, (alterius veriori iudicio deditus) quoties id munus sufficiat ad vsum recipientis, non autem vt ob lauta conuiuia per iudicem facienda, maximumque apparatum expectãtia, etiam vnico conuiuii concessu omnia consumerentur, quia eo casu, non quidem minimum sed magnum munus Iudicem corruptione præsumptum redderet, quia non modici valoris id consideratur esse, alias Iudex, qui amplum habet patrimonium dummodo de suo expendat, suspectus non redditur,
10 quia hodie is † magnificus dicitur, qui magnos facit sumptus vt ex Philosopho Ethic. *lib.* 1. prout etiam

ſiam tetigit Boer. *deciſ.* 222. *in fin.* Atque † eſculenta 11
& poculenta modico tempore ſint duratura, arbitrio iudicis eſſe declaranda voluit D. Menoch. *de arbitr. iud. caſ.* 342. *num.* 38. *lib.* 2. *centur.* 4. Quæ † au- 12
tem munera, neque ſemper ab omnibus accipi debeant ex text. *in l. ſolent. ff de Offic. proconſul. & leg.* nã valde † inhumanum eſt (vt ibi text. inquit) à ne- 13
mine accipere, ſed paſſim & ſine delectu viliſſimũ & per omnia auariſſimum, ſic optime reportaui à Boer. ſæpius recitata *deciſ.* 153. *num.* 24.

Ad quorum corroborationem ſuccedunt tradita per Iodoc. loco nuperrime allegato, ſcilicet, in Francia † edicto Regio cautum & vetitum eſſe, ne 14
quis iudicum, aut ex parlamento, aut ex vllo alio Magiſtratu per ſe, aut per alios, aut directe, aut indirecte vlla munera promiſſa aut præmia à partib⁹ accipiat, quæ vllam corruptionis ſpeciem præ ſe ferrent, quibuſue iudicum animi, à rectitudinis ſtabilitate deiicerentur, aut à ſinceritate iudicii facilius corrumperentur, ſic vt munerum cauſa tanto aut citius, aut tardius iudicarent, aut nequius ſententiam peruerterent, ſub pœna perdendi officii, & deinde correctionis arbitrariæ, iuxta qualitates rerum & perſonarum, vt reliqui ita metum ſimilia auſi incurrant, & vt omnibus ita correcti exemplo fiant: hæc ille. Quo caſu † Iudex accipi- 15
ens pecuniam, vt committat aliquam iniuſtitiam, & ſi poſtea eum pœniteat, pœnã non euitat. Petr. de Rauen *ſingul.* 408. & Boer. *ſæpius recitata deciſ.* 153. *numer.* 22.

Qua de re † Iudex corruptus, in ciuilibus triplum ſoluit fiſco, & cingulo dignitatis priuatur in

criminalibus vero exilii & publicationis omnium bonorum punitur, falsique crimine tenetur Grammat. *vot.* 25 *numer.* 6. Ideoque Iudex qui perperã seu precio, aut gratia iudicauit, dignitate priuatur ac ad interesse tenetur, & aliis afficitur pœnis, de quibus agit Marc. *quæst.* 919. *num.* 4. *part.* 2. *& quæst.* 684.
17 *& seq. part.* 1. atque Papon *lib.* 6. *tit.* 2. *areſt.* 13. Et † qui per gratiam iudicat, aut Constitutiones negligit, pœnam falsi meretur. Marc. *allegat. quæst* 919. *num.* 6. *part.* 2.

18 Iudex † quoque corruptus dicitur esse quando pecuniam accepit, ad hoc vt iustam proferat sententiam D. Menoch. *de arbitr. iud. caſ.* 342. *libr.* 2. quo
19 loci circa iudicis † corrupti vel per sordes & barateriam iudicantis materiam abunde disceptatur, & circa huiusce modi decisionem videas pariter allegatum Marc. *quæst.* 141.

20 Nec etiam † pars, quæ iudici pecuniam dat, vt
21 pro ea iudicet, impunis esse debet, sicuti etiam † is qui in camera flagitanter rogat iudicem, vt pro se ferat sententiam, quia nedum is pœna centum aureorum in causa criminali est puniendus, sed & in ciuilibus & in criminalibus causam perdit. *Roman. ſingul* 331. præter id quod pœnam falsi incidit, vt notat Nicol. Pignolat. *in addit. ad ſingul. d. Romani.* idem
22 tradit Petr. de Rauen *ſingul.* 205. quo loci an † qui solum promiserit, non tamen tradiderit, pœnas prædictas incurrat, curiose tu videas.

23 Et an † Iudex pecunia accepta, ad hoc vt aliquã committat iniustitiam pœnitens, sit puniendus, vide tum *d.* Petr. de Rauen. *in ſingul.* 408. tum etiam Boer. *allegata deciſ.* 153. *nu.* 20.

Animaduertat tamen quod Iudex, non tantum

ratione

ratione corruptionis, & pars, sed & etiam sollicitator Iudicis corruptor, pœnam merentur, & de sollicitatore † Iudicem corrumpente loquitur Papon. 24
*lib.6.tit.2.areſt.*12 & circa huiusmodi pœnam declarat Iodoc.*in praxi crim.cap.* 21.*num.*8.hæc dicens scilicet, Postremo quisquis † falso iudicat, vel ex ma- 25
litia, vel ex munere corruptus falsam fert sententiā, is puniendus est de crimine falsi, & falsarius declarandus, atque ampliori pœna insuper mulctandus, iuxta qualitatem, & circumstantiam iudicis offendentis, & personæ offensæ, atque etiam magnitudinē damni ex ea falsa sententia consecuti.*l.*1.§.*& si quis. versic. & qui iudicem.ff. ad legem Cornel. de fals.*&
quod nedum corrumpens, sed & corrumpere stu- 26
dens seu tentans, sit puniendus & qua pœna mulctandus, videas D.Menoch.*de arbitr.iud.cas.*343.*lib.*2.*centur.*4 Et circa huiusmodi esculentorum & poculentorum oblationes, & præstationes atque iudicis corruptionem videas præallegatum D. Menoch.*de arbitr.iud.in addit.ad lib.*2.*prope centur.*6.*cas.*342.*&* 343.

Et quamuis † barateria seu corruptio iudicis 27
difficilis sit probationis, & præcipue in criminalibus, quo casu plenæ requiruntur probationes secundum Doct.sic D.Menoch. *de arbitr. cas.* 116 *nu.*23.*&* 24.*libr.*2. nihilominus † etiam per mediato- 28
rem probari potest, prout in medium attulit Marc. *d.quæst.*919.*num.*6.*part.*2.

Nec ab re illud prætereundum duxi, an scilicet
liceat † Iudici ante sententiam, vel Causidico pen- 29
dente patrocinio, vel post patrocinium, quidquam recipere? & quo ad hoc, partem negatiuam autho-

ritate Bal. defendit Put. *in tract. de Syndic. in d. verbo, poculenta, & esculẽta.* ea præcipua ratione, quia quod fit in ingressu, vel egressu officij, id in officio fieri dicitur *l. iurisgentium. §. quinimo. ibi, ea enim. ff. de pact.* & quia potest præsumi promissum durante officio *leg. si ventri. §. fin. Digest. de priuileg. cred.* & ex Bald. *in l. pars literam. ff. de iud.*

Secus vero considerauit Nicol. Carbon. *in sua pract. practicarum. cap 9. numero 52. lib. 2.* suffultus doctrina Petr. de Anch. *in cons. 272. & in cons. 202.* ac Bal. *in consil. 409.* nec nõ, & Felin. *in c. tua nos. de Simon. in fine.* atque Hippolyt. *in l lex Cornelia. ff. ad legem Cornel. de sicar.* quod, licet Iudex ante sententiam pecuniam capiens, barateriam committat, & sententiam nullam faciat, & quæ per consequens inualida est, attamen si post sententiam pecuniam accipiat (secus inquit) ex quo nec barateriam Iudex committit, neque sententia venalis dicitur, & consequenter valida atque executioni demandãda. Quare refert d. Nicol. Carb. Emanuel. *in suo com. opin. tract. in verbo, Iudex. nu. 240.* communiter sic traditum scribentem, quod † Iudex pecunia forsitan corruptus, qui inique sententiam tulit, à qua sententia appellatum non fuerit, de damno in illa sententia illato conueniri poterit Iudex, qui generaliter etiam imperite iudicans, ei cuius interest arbitrio alicuius competentis iudicis tenetur, prout iuxta communem sententiam tradit Alex. *in l. dies cautionis. ff. de dam. infec.* Couar. *in tract. de spons. 3. part. cap. 8. §. vlt. num. 18. cum reliquis à dicto Nicol. loco de quo supra congestis.*

Attamen quidquid sit id, † quod post sententiam recipitur, licitum non esse dixit Neuiz. *in Sylu. nupt.*

nupt. sub titu. quom. iudic. in dub. numer. 97. vers. amplia sexto, quoties ex qualitatibus, & circumstantijs fraus præsumi potest, imo (vt inquit) & in dubio, tali casu præsumitur de tempore ante sententiam ad tempus post sententiam; & tenetur (ait) iudex, etiam quod contra eum non militet aliqua suspicio, ex textu *in auth. sed nouo iure. C. de pœn. iud. qui male iudic.* & ex doctr. Curt. *in le. qui accusare. Codic. de eden.* quæ quidem confirmant dicta allegat. Putei loco de quo supra.

Hoc tamen vltimo loco allegatum, an scilicet † 32 post sententiam quidquam recipere sit licitum, cōscientiæ, & recipientis, & dantis esse remittendum crediderim, quod equidem confirmauit Boer. *d. decis. 153. num. 29. circa medium.* tolerabile namque id considerari debet, quoties officio pendente, nulla secuta fuerit pactio seu promissio, sed id ex mera donantis liberalitate post sententiam recipiatur, ratione esculenti & poculenti, *de quo in d. le. plebiscito. ff. de offic. præs.* ideoque Guiliel m. quem refert Bart. in mox allegata *leg. plebiscito.* dixit † inhumanum 33 esse interdum aliqua encenia non recipere, ex textus dispositione *in d. l. solent. de offic. proconsul. & leg.* nec † iudices hodie ex communi consuetudine 34 syndicātur, nisi de dolo & barateria, ac alijs extorsionibus & quam communem opinionem dixit esse Clar. *in eius praxi crim quæst. 73* Boss. *in tit. de Offic. pecun. corrup. num. 26.* atq; Grammat. *consil. 54. numero 11.* quos refert Lud. ab Assis *decis. Lucens. 3. nu. 39. idem testatur in decis. Lucen. 1 num. 50.*

Alij vero intrepide dixerunt, omnino munera cuiusuis generis, siue magni siue modici momenti respuenda esse, id enim facere prohibitum à iure dixe-

Digitized by Google

dixerunt *ex allegata.l.plebiscito §.nunc vero.& ex Auth. scriptum exemplo. ff. de offic. praef. & ex Auth. vt Iud. sine quoquo suffrag.& ex glos. in §. fin. in versic. reputandum. Instit. de pub. iud.* vt etiã refert Boer. *saepius memorata dec. 153.n.25.*

35 Ad quorum hinc inde responsorum † concordiam Matth. de Afflict. *in Commentat. Regn. Sicil. in Constitut. incip. Capitaneorum. num.* 24.& 26. quem in medium attulit Mynsiger. *obseruat.* 75. *num.* 5. *sic* distinguit, scilicet;

Aut volo dare iudici ob iuris mei retentionem siue redemptionem, vel causae expeditionem, & non licet *l. vt puta §. fin ff. de condict. ob turp. cau. & le. quae explicandi. vbi Angel. C. de accusat.* quod datum olim repeti poterat, causam tamen perdebat, secus hodie habetur, quia non repetitur pecunia data iudici ab ipso dante sed parti aduersae applicatur *l. tertia §. illud. ff. d. tit. de condit. ob turp. cau.* quod idem tradit Roman. *in singul.* 333. quem sequitur Boer. *d. decis. 153. num.* 23.

Aut munus datur ad iudicem corrumpendum, & tunc pariter non licet, quinimo (inquit) punitur *iuxta l.* 2. C. *de poen. iud. qui male iud.* & dans, causam perdit, *l.* 1. C. *mox allegato tit.* & vt supra iam retuli.

Aut pro amicitia, & tunc vsque ad esculentum & poculentum fieri licere asserit, quod tamen breuiter consumi possit seu prodigatur.

Aut datur iudici vti consanguineo, & ratione coniunctionis eidem dari potest quantum libet, ex text. *in l. 1. in fin. ff. ad legem Iul. repetund.* quocirca videas Boer. *d. decis.* 153. *num.* 27 & 38.

Aut quis iudici dat ob laboris impensi remunerationem, & tunc (inquit) interest videre, an sit ordinarius

dinarius

dinarius Iudex, qui à Principe, vel ex publico habeat salarium, quo casu nihil recipere potest; si vero delegatus & tunc iuxta consuetudinem sportulas habebit. Et quo ad summi Pontificis delegatum concludit Mynsiger. loco supra citato nil præterquam esculenta, & poculenta recipere posse, quæ omnia tum iuris dispositione, tum Doctorum authoritatibus atque doctrina comprobata ibidē affert.

Attamen † quidquid sit, à munerum receptione cautius est abstinendum, cum à litigantibus illa recipere valde sit periculosum, dum non charitatis amore, sed corruptionis causa illa sæpius dentur, nam, vt inquit Put. de Syndic. *in d. verbo, esculenta & poculenta. cap. 2. numer. 1. prope finem.* gallinam Iudici donans vt eidem bouem recompēset, ea facit intentione: & quod xenium intrat per portam iudicis, diabolus autem per fenestram exit, adducens illud Iob dictum *cap.* 8. scilicet, ignis cito deuorabit & tabernacula eorum qui libenter munera accipiunt, & licet modica sint rusticique dicere soleant, gallinam iudici portaui, & quidquid volui fecit. Merula namque inter consilia Barbat. *libr.* 1. *cons. penult. incip. multos. col. fin.* relatus à Neuiz. in *Sylu. nupt. in tit. quom. iud. nu.* 94. dicit quod Hesiodus appellat † tales Iudices dorophagos, id est, munera comedentes, quorum auarum animum, & iniqua iudicia Deo vlciscenda reliquit. Ideoque incurrunt infamiam, neque sunt recipienda, quia (vt inquit Put. loco superius recensito) qui dat, Iudicis mentem polluere putat, qui mundas debet habere manus, iudexque magis existimabitur si non recipiat, licet de iure recipere possit. Tandem concludit 16 17

cludit allegatus Puteus præcauendum esse à mu-
8 neribus recipiendis,ita vt etiam † post sententiam recipiens Iudex præmium, in syndicatu conueniri possit,ea ratione,quia (vt supra dictum fuit) qui accipit præmium post factum, perinde est ac si antè factum recepisset, quod tamen verum ego intellexerim vbi aliqua contra vel dantem vel recipientem vt supra vrgeret suspicio. Ad hæc videas ea quę punctualiter aperuit Neuiz. *in d. titu. quom. iud. in dub. num. 93. cum seqq.*

An autem Aduocati fiscales,sportulas,& munera recipere possint in foro conscientiæ id aperuit & aperiendo significauit Ala *in tract. de Aduoc. & Causid. Christ. in q. 76.* cuius explicationi te remitto.

9 Quamobrem † non immerito Excellentissimus Mediolani Senatus in Nouis Constitut. sub tit. de sportulis, Omnibus & singulis Gubernatoribus, Capitaneis, Commissarijs, Prætoribus, Assessoribus, Vicarijs, Iudicibus & quibuscunque alijs Magistratibus quacunque dignitate fulgentibus, & quocunq; nomine nuncupentur, etiam si eos cõtingat delegatam exercere iurisdictionem, nec nõ & omnibus Aduocatis,& Syndicis, Fiscalibus, Dominii Mediolani interdixit, ne quidpiam accipiant neque acceptent, nec in magna, nec etiam in minima quantitate, directe nec per indirectum, nec sub colore sportularũ aut honorarii vel alio velamine, in tractandis aut terminandis causis criminalibus ab a terutra ex partibus aut agentibus pro eis sub pœna priuationis officiorum, pecuniaria atq; corporali deficiente pecunia, & prout ex dicto Senatus Consulto cauetur; in quo quidem Amplissimo Sapientissimorum virorum cœtu, sic Iustitia, Pruden-

Digitized by Google

Prudentia, Temperantia, atque Fortitudine miro regulantur ordine, vt vniuerſo orbi id notum exiſtat.

Nonne igitur manifeſtum eſt, omnibus † in ipſo Excellentiſſimo Senatu in cauſis pertractandis 40
atque decidendis ſic regulato iuridicoque modo & ordine procedi vt ad id magis ampliandum meæ non ſufficiant vires, nec omittas quæ circa dicti Ampliſſimi Collegii laudes ſcripſi *in tract. de Author. & fidel. Notar. cap. 17. part. prima.* Quocirca pro concluſione huius articuli deduxit Nauar. *in ſuo Manual. cap. 25.* quod ſcilicet qui † exigit ſtipendium 41
de eo pro quo non debetur, vel notabiliter maius debito, peccat. Et ibi ſubdens ait, ſtipendium † de- 42
bet moderari pro qualitate cauſæ, laboris, ſcientiæ, conſuetudinis, vel ſi conueniant ſine vi, & ſcandalo, in principio, vel in medio litis, & hoc in foro conſcientiæ, imo & dando aliquid præter ſtipendium, ſi vicerit, & extra dentes paciſcentem de quota parte litis ad tertiam aſcendente partem, atque quod victa lite ſolum nec aliter pactio ſoluatur, peccare idem eo loci ſignificat.

Circa huiuſmodi eſculentorum, & poculentorum receptionem, & quando recipere licitum ſit, videas D. Menoch. *de arbitr. iud. articulum ad partes diſputantem. caſ. 517. centur. 6. lib. 2.*

Et denique quam ſit periculoſum iudici ſiue patrocinanti, munera recipere, id compertum tradit Cacheran. *in deciſionum proœmio ſub numero quinto. videlicet:*

Subuertunt munera Reges.
Munera ius ſtatuunt, deſtituuntq; ſimul;
Munera peruertunt leges, decreta refellunt.

Eua-

Euacuant patrum iura rigore suo
Munera iudicii libram moderantur, & ipsam
Protinus inflectunt, quæ data pensa trahunt.
Omnia vincit amor, sed amorem munera vincunt.
Excæcant oculos præcipitantq; gradus.
Munera si cessent, cessabunt iurgia lites.
Mars cadet, & Veneris nullus amor erit.
Munera si cessent miseris mortalibus vllus
Clamor, nec luctus, nec dolor vllus erit.

Ad rem nostram succedunt ea, quæ propter pecuniæ receptionem indebitam animum peruertunt, & præsertim de iis, qui pecuniam alicui dant pro obtinendo officio, quoniam præsumuntur malefaciendi animum habere, & vendentes officia iustitiæ quo modo teneantur, hæc ad vnguem explanat Neuiz. *in Syl. nupt. in tit. quomodo iudican. in dub. num. 94. cum seq.*

Huc accedunt ea, quæ in aliquorum & Aduocatorum, & Causidicorum animo præmeditata, iudicibus quandoq; corruptionis iustitię causam, ob munera præbenda tentantium, atque clientem iudici quidquam ad donandum inducentium, non exiguum sed maximum præ se ferunt animæ saluti detrimentum, aduersus enim tales prædicta committentes salubriter scripsit Ala. *in tract. de Aduoc. & Causid. Christ. in quæst. 93.* formaliter hæc scribens, videlicet:

„ Aduocati, & Causidici qui vt plurimum fla-
„ grant desiderio obtinendæ victoriæ, quandoque
„ solent persuadere clientibus, vt aliqua munera
„ mittant ad Iudicem, vt eius beneuolentiā alliciāt;
„ quamobrem prætermittens agere de illis aduo-

catis

eatis notorie peccantibus, qui ſcientes tuentur " cauſam iniuſtam, & hac ratione vellent corrum- " pere Iudicem; verſabor tantummodo in eo " Cauſidico & Aduocato qui putat ſe cauſam iu- " ſtiſſimam ſuſcepiſſe, & ideo hortatur litigatorẽ, " vt muneribus inducat iudicem ad ferendam pro " ſe iuſtam ſententiam, in qua diſputatione præ- " mitto, quod quando aliquis accipit precium vel " munus, vt faciat illud ad quod obligatus eſt lege " iuſtitiæ, ſemper turpiter accipit & peccat contra " iuſtitiam. *c. non ſane.* 14. *quaeſt.* 5. vbi dicit D. Auguſt. " iuſtum iudicium vendi nõ poſſe, Molina *de iuſtit.* " *diſputatio.* 83. *col.* 2. *verſic. pro ſecundo eorum.* Nauar. in " Manual. *ca.* 17. *nu.* 33. Couar. *in repetitio. c. peccatum.* " *part.* 2. §. 3. *colum.* 1. Lud. Carb. *in tract. de reſtitut.* " *quaeſt.* 50. ſimiliter ille litigator peccaret, qui " hoc propoſito Iudicem muneraretur, & ob id " punitur iure ciuili amiſſione cauſæ *l.* 2. *& ibi ſcri-* " *bentes. ff. de condict. ob turp. cau.* ſed ſi Aduocatus & " Cauſidicus omnino ſibi perſuaderent Iudicem " nõ eſſe pro cliente ſuo iuſte ꝓnunciaturum ſine " muneribus & donis, aut maximi temporis morã " eſſe facturũ, non eſſet reprehendẽdus in foro cõ- " ſcientiæ, ſi induceret clientem ad donandum, " cui licet redimere vexationem ſuam; veruntamẽ " ſumma cautione opus eſt, ne hoc obtentu de- " labatur Aduocatus ad Iudicem corrumpendum " & ideo debet eſſe abſq; vllo dubio certus, Iu- " dicem laturum fore iniuſtam ſentẽtiam, niſi do- " nis coerceatur Molin. *in diſputa.* 88. *verſic. an vero.* " Graff. *deciſ. Aurear. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 122. Gail. 2. *quaeſt.* " 100. *artic.* 4. *verſic. eodem artic.* ex quibus conſtat, " nõ eſſe tutã ſententiam Soti *in tract. de iuſtit. libr.* 4. "

„ *quæst.7.artic.1.col.11 in fine.* qui credidit, nunquam
„ esse licitam redemptionem vexationis propriæ
„ quippe cum sit aliquando licita, vt ex comuni te-
„ statur Abb. *in c.cum ab omnibus num.7 .de vit.& honest.*
„ *cleric.* quando scilicet litigator timet grauari in-
„ iusta sententia; hoc igitur memoria teneant, præ-
„ cipue causidici, ne consilium præbeant ad hæc
„ peccata committenda, caueant etiam ne crume-
„ na clientum aperiant sibi aditum ad Iudicum be-
„ neuolentiam; nonnulli enim eliciunt à suis cli-
„ entibus immoderatas sportulas Iudici dandas,
„ vt ab ipsis ineant gratiam, qui propterea tenentur
„ restituere proprio clienti, quem decipiunt, affir-
„ mantes tot nummos Iudici deberi, & pessimum
„ vsum in forum inducunt, quo exhauriuntur fa-
„ cultates litigantium, & expletur cupiditas iudi-
„ cantium.

Vltimo quidem loco procliuis sit Causidicus aduersario concedere id, quod sine partis damno petitur, quocirca vlterius super huiusmodi expositione minime progredior, hoc siquidem ex iuris re-
43 gula demandatur scilicet quod † tibi prodest, alterique minime nocet, indulgeri debet. *l.2. §.1 ff. de aqua plu. arce* Surd. *in cons.41. nu.5. vol.1.* quem refert I.C. celeberrimus Io. Baptista Costa publicus in Ticinensi Gymnasio professor, præceptor meus *in suo tract. de portione rata. quæst.132. num.9.*

Mendacium proculdubio fugiendum: quando vero ex eo committatur mortale peccatum: rursus an, & quando illud ad torturam faciat indicium: quomodo vero committatur: & an

iudex

iudex dolose & mendaciter impunitatem delinquenti veritatem dicturo promittere possit: Tādem quomodo falsum testimonium perhibens, & de mendacio conuictus puniatur in hoc Capite continetur.

CAPVT XXV.

Svmmaria.

1 *Veritas pecuniæ præferenda.*
2 *Veritatem sequi cupiens, quid animaduertere debeat.*
3 *Veritas inter virtutes iustitiæ coniunctas, vna ex virtutibus moralibus dicitur esse.*
4 *Veritas quid sit.*
5 *Verax quis dicatur.*
6 *Veritatem qui occultat mortaliter peccat.*
7 *Simplicitas sub veritate consistens, cordis duplicitatem atq; dolum excludit.*
8 *Fidelitas in quo consistat.*
9 *Fidem rescindere, in malis promissis licet.*
10 *Mentiri verbum, an mortale sub se peccatum contineat.*
11 *Mendacium à perfecto homine prolatum, an ex eo dicatur mortale peccatum commissum.*
12 *Mendacium quotuplex dicatur.*
13 *Mendacium, falsam vocis significationem importans, quando producat peccatum mortale.*
14 *Mendacium quando veniale, & quando mortale peccatum generet.*
15 *Mendacii detestatio ex diuo August. denotatur.*

Digitized by Google

16 *Negantes veritatem impunes dimittendi non sunt.*
17 *Correlatiuorum eadem dicitur vulgaris disciplina.*
18 *Dolus maior in proponente, quam in negante arguitur.*
19 *Negans, Interrogatus à Iudice seu confitens, postmodum vero contrarium dicens, an ob id torqueri possit, & an ex officio id fieri valeat.*
20 *Actor mendax, in expensis est condemnandus.*
21 *Mendax, imperfecti hominis nomen sibi attribuit.*
22 *Mendax de mendacio conuictus, contra eum indicium ad torturam patitur. Quod tamen declaratur vt ibi.*
23 *Mendacium, quando faciat indicium ad torturam.*
24 *Mendacium, ad hoc vt inducat indicium ad torturam, iudicis arbitrio relinquitur.*
25 *Erubescere, pallere, titubare, inconstanterque loqui, signa dicuntur malæ conscientiæ.*
26 *Coloris mutatio in facie, arbitrio iudicis relinquitur, ad hoc vt falsi testimonii signum dicatur.*
27 *Mendacium quid sit.*
28 *Mendax puniendus, ex quo iudicem decipere videtur.*
29 *Mendacii causa, quis in dolo esse videtur.*
30 *Falsum testimonium quotupliciter consideretur.*
31 *Falsum testimonium simplex, quotupliciter committatur.*
32 *Mendacium, quænam mala præparet.*
33 *Falsum testimonium, in iudicio quomodo cõmittatur.*
34 *Mendacium iudiciale, quænam mala generet.*
35 *Mendacium, quandoque in iudicio admitti.*
36 *Iudex, veritatem totis viribus prascrutari debet.*
37 *Iudex ex aliquorum traditione, impunitatem delinquenti promittere potest, ex aliorum autem sententia id minime fieri posse ostenditur sub num. 39.*

Digitized by Google

38 *Persuasio quid sit.*
39 *Iudex ex sententia nonnullorum, impunitatem promittere non potest.*
40 *Falsa testimonia bifariam puniri.*
41 *Lex diuina occulta quanam sit.*
42 *Falsitas verbis commissa quotuplex dicatur.*
43 *Testis falsum testans, seu dicens, vel veritatem tacens, aut quidquam recipiens ne testimonium ferat, & criminaliter & ciuiliter iuxta qualitatem facti est puniendus.*
44 *Falsi pœna, quare triplex dicatur.*
45 *Veritas omnino amplectenda.*
46 *Mendacii pœna, de iure diuino quænam dicatur.*
47 *Testis verum tacens quid patiatur.*
48 *Mendaci verum propalanti credendum non esse.*
49 *Mendax, nisi in casibus à iure expressis puniri non debet.*
50 *Mendacium committens, quando puniatur, remissiue.*

TERTIVM nunc autem principale membrũ amplectamur, aperto igitur ore dicamus, Causidicum veritatis, & non mendacii oratione vti debere, nam † vt inquit Viu. *decis.* 189. *libr.* 1. si veritas, salus, & vita cognoscenda in se dicitur, magis igitur, quam pecunia quæri debet. Ideoque authoritate Lactan. Firm. *diuin. Institut. lib.* 6 ibidem huiusmodi protulit, videlicet, qui † veritati studet, abiiciat inimicas, & anxias voluptates, quæ animam sibi vincunt, præferat vera falsis, æterna breuibus, vtilia iucundis: nihil aspectatum sit, nisi quod iuste quod pie fieri vides, nihil auditu suaue, nisi quod animum meliorem teque reddat, & quæ veritas, teste allegato Viu. *loco de quo supra sub num.* 3. est cla- 1

2

ritate ac sermonis nitore illustranda, & quodammo differenda est, vt potentius influat in animos, vt sit instructa & luce orationis ornata, eodem illa Ciceronis sententia exultante *in lib. 1. de natura Deor. in principio.* sic dicentis scilicet, tam temerarium, tãque indignum sapienti grauitate atque constantia, quam aut falsum sentire, aut quod non satis explorate perceptum sit, & cognitum sine vlla dubitatione defendere? Quam quidem † veritatem inter
3 virtutes iustitiæ coniunctas, vnam ex virtutibus moralibus esse describit Gregor. Reisch. *de princip. philosoph. mor. cap. 24. in princ.* & q̃ iuxta Tullii sen-
4 tentiam sic definitam tradit videlicet, veritas † est, per quam immutata quæ sunt, aut ante fuerũt, aut
5 futura sunt, dicuntur. Qui ergo † nec verbo, nec facto maiora vel minora de se ipso dicit, aut recognoscit quæ sunt, verax dicitur à veritate iam definita.

6 Verax igitur causam proponat, quia alias † veritatem occultando, quis mortaliter peccat, *ex text. in c. quisquis. 11. quæst. 3. cum aliis à Gail. significatis obser-*
7 *uatione centesima nu. 1.* Sub hac autem † veritate simplicitas detegitur, quæ cordis duplicitatem atque
8 dolum excludit. Similiter † & fidelitas quæ in reddendo promissa consistit. Reisch. *loco de quo supra,*
9 & si † in malis promissis, fidem rescindere liceat secundum Isiodor. *22. quæst. cap. 4. ab eo relatum.*

10 Et licet † mentiri vt supra dictum fuit, mortale sit peccatum, quod etiam extraiudicialiter verum intelligitur iuxta sententiam Angeli de Clauasio *in Sum. Angelica in verbo, mendacium. nu. 3.* attamen id cum aliquali temperamento procedere dixit Ve-
11 ras. *decis. 389. n. 4. lib. 2.* Quoniam indistincte † absolute

lute,& ſimpliciter verum eſſe illud in homine perfecto mendacium committente, quia mendacium ſiue benignitatis ſiue malignitatis, ſaltem in ipſo homine perfecto dicitur ſemper peccatum mortale,& perfectionem ceſſare facit *per text in cap. ne quis arbitretur 12 quæſt.2.* Quod tamen ſimpliciter, nec ſemper verum eſt, licet falſum eſſe poſſit, ratione ſcandali ſcilicet, vel ſi voto vel iuramento obligaſſet ſe perfectus vir in nullo caſu mentiri, vt notat Sum. Angelica, in verbo, mendacium: cæterum mendacium quod de ſe eſt veniale, etiam in viro perfecto veniale dicitur.

Quocirca † triplex mendacium dicitur eſſe.

Iocoſum ſcilicet, quod profertur gratia luſi & riſus. 12

Officioſum, quod vtilitatis cauſa enarratur.

Pernicioſum autem, quod animo alterum fallendi, vt ei noceat exprimitur & quidquid ſit ſub præcitato authore *num.*1. mendacium † falſam voci ſignificationem importans prolatum, ſemper peccatum inducit, cum ea intentione fallendi proferatur, quia contra iuſtitiæ virtutem dirigitur. 13

Sed quando † mendacium, ad proximi bonum tendens dicitur, quodque officioſum nuncupatur, tunc veniale dicitur peccatum. 14

Si vero ad ſolatium tendit, quod Iocoſum appellatũ, & eo caſu veniale pariter peccatũ dicitur. Quandoque tamen tendit ad ſpirituale vel corporale nocumentum, quod ſi vel ratione perſonæ, vel ratione rei notabile exiſtit, tũc mortale efficitur peccatũ, ſin autem de re parua, vel ſecũdum primos animi motus, vel abſque intentione nocendi proatum communiter veniale peccatum dicitur;

ſimiliter quando ex loquacitate, vel ſine mala intentione, niſi ex hoc aliquod graue damnum ſequeretur, quod quis animaduertere debuiſſet; quo caſu mortale dicitur eſſe.

Tandem pernicioſum mendacium illud dicitur, quando committitur contra ſacram ſcripturã, vel contra ſcientias, quæ ſunt intellectus bona, & vt hæc omnia ex d.ſum Armilla colliguntur.

Sub his autem, mendaciorum ſpecies continentur, à Diuo Auguſt. enumeratæ. *in libr. contra mendac. vol.* 4. & ibi in principio (mendacium dete-
15 ſtando) hæc profert videlicet, nullum † eſt enim mendacium, quod non ſit contrarium veritati; nã ſicut lux & tenebræ, pietas & impietas, iuſtitia & iniquitas, peccatum & recte factum, ſanitas & imbecillitas, vita & mors; ita inter ſe ſunt, mẽdaciumque contraria. Vnde quanto amamus iſtam, tanto illud odiſſe debemus.

De pœna modo veritatem negantis ſatis dixi
16 ſupra *in cap.* 5. ſed † aliquos quandoq; audiui in cõtradictorio iudicio, qui fallendi animo, doloque concurrente, ad partis extorſionem illud deducunt, ſiue actor, ſiue reus ſit, ſcilicet nõ conſtat, nec apparet, etſi de allegato firmam habeãt ſcientiam, ideoque ſiue hoc ab actore ſiue à reo concipiatur, impune prætereundum non eſſe exiſtimo; corrella-
17 tiuorum † eadem exiſtente diſciplina. *l. ſi quis ſeruo.* & ibi gloſ. & Doct. *C. de furt.* Bal. *in auth. ex cauſa. col.* 13. *verſi. concludo ergo. C. de lib. præter.* quænam autem correllatiua dicantur videas D. Menoch. *de arbitr. iud. quæſt.* 11. *numer.* 15. *libr.* 1. etſi maior † arguatur dolus in proponente quam in negante, nam proponens, cum intentione ſcilicet fallendi, profert mẽdaci-

dacium, negans autem ſaluandi gratia id excipit, & † is qui à iudice interrogatus negat, ſeu fatetur, 19
poſtmodum vero contrarium dicat, hunc non poſſe torqueri, licet contraria dixerit, ſuſtinet Put. *in tract. de Syndic. in verb. Teſtis. cap. 5. numer.* 4. id etenim ad vacillantis rei ſalutem prolatum conſideratur ex text. *in l. nemo. ff. de except.* ſecus tamen (inquit) dicendum eſt de teſte vacillante, qui ex officio torqueri poteſt, ſed in proferente ſecus conſideratur, quoniam principaliter ad rei ſubducendum ius, mendacii medio ipſum excludere intendit & proinde iuris illa ſuccedit vulgata regula, vt ſcilicet actore non probante reus abſoluatur, ex vulgato text. *in l. qui accuſare. C. de eden.* cuius † mendacii de 20
cauſa, actorem in expenſis condemnandum eſſe nulli eſt dubium, quoniam qui temere litigat, expenſarum pœnam vtique patitur. *l. eum quem temere. ff. de iud. c. 1. de dolo & contum.* Pract. Papiẽ. *in for. lib. act. real. in verbo, & expenſis. num. 3. prope fin.* Ideo † caueat 21
Cauſidicus, ne mendacium fallendi intentione proferat, imperfecti etenim hominis nomen tunc ſibi attribuit, vt ſupra dictum eſt; maximum ſiquidem ex mendacio reſultat damnum. Ideoque videmus, contra † conuictum de mendacio, indici- 22
um ad torturam oriri ſecundum Bartoli doctrinam. *in l. de minore § plurimum quoque. ff. de quaeſt.* Marſil *in ſua praxi. § diligenter. numer.* 74. atque iuxta aliorum ſententiam quos refert Foller. *in praxi cri. ſub rubr. Item quod ſororem venenauit. numer.* 9. Quod tamen limitauit Pute. *in tract. de Syndic. loco ſuperius citato ſub dicto numer. quarto. quem videas.* Quod etiam verum intelligas, quoties mendacio alia adiuncta ſint indicia, ſecundum Carrer. *in ſua praxi in princip.*

Digitized by Google

*num.*119. quia alias mendacium seu variatio circa circumstantias, & qualitates delicti, nullo modo faciunt indicium ad torturam & quod magis est, dato etiam quod mendacium versaretur circa delictum ipsum, & hanc communem opinionem dixit esse Cacher. *decis.*79.*nume.*17.& 23.

23 An autem & quando † mendacium faciat indicium ad torturam, vide Iodoc. *in prax.crim. cap* 36. *nu.*26. quo loci indicat, pallorem, ruborem, variationem, inconstantiam, trepidationem & mendacium facere indicium ad torturam; quod tamen verum dicas concurrentibus aliis adminiculatis indiciis vt supra, quia in aliquibus insit, vel ex subitanea, vel improuisa de causa, vel iudicis Maiestate, pauor, timor, vt illorum natura, in eis non existente culpa siue dolo, illos ad pauendū, contremiscendū, atque variandum inducat, ideo recte communiter scribentes in eam venerunt sententiam, de qua loquitur præallegatus Cacher. *vt supra.* Ideoque Iudicis † arbitrio hoc relinquendum esse dixit Iodoc.
24 *d.cap.*36.*numero* 34.& 35. Qua de † re licet erube-
25 scere, pallere, titubare, & inconstanter loqui, concedere, vel aliquid polliceri, signa dicantur malæ conscientiæ: attamen sunt nonnulli, qui vel periculi magnitudine, vel ob corporis debilitatem, aut pusillanimitatem, hæc & similia peragunt vt dixit Put. *in tract.de Syndic.in verbo, Tortura. cap.* 5. *numero septimo*.quo loci asserit se vidisse quendam nobilem de magno crimine inculpatum, qui cum aulam intrasset in qua stabat chorda, ea visa statim cecidit in terram, & minxit sub se, & egestionem emisit, innocens tamen repertus fuit. Ideoq;

memo-

memoratus Put. vbi supra authoritate Bald. *in leg. presbyteri Codic. de Episcop. aud.* dixit † quod pallere, 26
trepidare, colorem in facie mutare, signa sunt falsi testimonii, attamen id iudicis arbitrio relinquendum, & non ex solo colore vel trepidatione, sed & aliis concurrentib. coniecturis aliquẽ esse torquendum, & ideo Iudicem circa huiusmodi loca, tempora & personas prospiciendo discretum esse debere.

Mendacium (ad rem nostram redeundo) proximum quidem est vitium, quod etiam peccatum contra naturam nuncupari dixit D. Thom. 2.2. *quæst.* 110. Neuizan. *in Sylu. nupt. in titu. est nuben. numer.* 25.

Pessimum quidem dicitur esse mendacium, 27
quod † esse falsam significationis vocem cum intentione fallendi dixit allegatus Put. *loco de quo supra in litera A. vbi sub numero tertio idem approbauit etiam ex glos. in leg. de ætate §. qui tacuit Digest. de interro-* 28
gat. act. dum † dicit quod mendax iudicem decipere videtur, ideoq; illum esse puniendum *per* 29
text. in leg. non debuit. Digest. de infam. nam † inquit, ratione mendacij quis in dolo esse videtur, suffragante text. *in leg. seruus. § persuaseris. ff. de dolo.*

Capiamus igitur doctrinam Iodoci Burgentam *in sua praxi ciuil. quam etiam crim. & cum ea in praxi ciui. cap,* 172. *numer.* 15. *cum seqq.* dicamus, quod scilicet falsum testimonium bifariam consideratur; Aliud enim † simplex siue extraiudiciale, 30
allud autem iudicialiter commissum. Ad prius pertinet omne mendacium, quod † duplex est. 31
Aliud enim committitur ign cer, quod culpa

carere

carere videtur; Aliud ſcienter quod varium eſt & multiplex.

Alius enim mentitur ex apparenti pietate quadam, vel horrore naturali, ſicut obſtetrices Aegyptiæ.

Alius ex metu vel imbecillitate carnis ac fidei, vt Sanctus Petrus in negando Chriſtum D N.

Alius ex quadam affectione, vt Michol mentiendo Dauidem maritum ſuum.

Alius ex ſtudio iuuandi proximi, ſic Ionathas filius Saulis liberauit Dauidem è manibus Saulis Patris.

Alius ex fide, vt Raab.

Alius ex metu & pudore ſimul, vt Sara, ꝙ maritum dicit eſſe fratrem, & quando negabat ſe riſiſſe.

Alius mentitur proprii commodi gratia, vt Ananias, & Sapphira. *Actorum cap.* 5.

Alius adulandi gratia.

Alius nocendi, atq; proximo detrahendi cauſa.

Alius denique (ait) non tam ioco, quam ex leuitate mentis, & ex mala prauaque mentiendi conſuetudine, vnde quam perniciosum ſit mendacium, eo loci Iodoc. *ſub num.* 15. hæc gratioſe dicit.

32 Quam malum † autem ſit hoc falſum teſtimonium coram Deo præcipue, quod ad nocēdi ſtudium ſpectat, & ad detractionem, vel aſſentationē, id multis patet modis.

Primo enim tales mendaces excludit Cœlo, *Pſal.* 5.

Secundo, ſeparat eos à Deo, & coniungit diabolo, quia diabolus eſt mendax, & pater mendacii.

Tertio, linguas eorum, veritati, & laudibus diuinis

uinis consecratas conspurcat ad gratiam mendacissim mendacij authoris.

Quarto, fidem in hominum commercijs necessariam, aut labefectat, aut tollit.

Quinto Christianæ Religioni probrum infert, Deo mentitur, & proximi commodis plerumque incommodat, quod quotidiani exempli notius esse puto, quam vt priscis exēplis lati' comonstretur. Et quanquam hæc mendaciorum mala, leges non puniant, Deus tamen (nisi resipiscant) ea acerrimè aliquando puniet, de eius punitione non est, quod mea temeritas asserit (author antedictus) sic quidquam pronunciet, cum ea in ipsius diuino arbitrio tota consistat; Ideoque ipsi tota asserenda potius, quam hum norum vltioni, aut forensi iudicio. Sed hæc de falso testimonio, siue mēdacio extra iudiciū.

Falsum † autem testimonium in iudicio est, 33 quando aliquis adiuratus, aut scienter falsum & mere confectum deponit, quale fuit falsum testimonium contra Prophetam Naboth. Aut quando verba ad peruersum verbum detorquentur, sic falsum ferebant testimonium de verbis Christi, soluite templum hoc, &c. & testes illi contra Steph. *Act. cap. 6.*

Aut quādo adiuratus veritatē celat, vel ex malitia, vel ex metu inani, ne cōtra proximū testando, charitatem fraternam violare videatur, cū tamen interim mentiendo, non reuereatur Deum, quem mētiendo offendit, nec propriam animam, quam commaculat, nec alterius proximi commodum, quod celando remoratur, & impendit.

Quantum quorum † malum sit hoc testimonium nemo satis expenderit. 34

Primo

Primo enim (vt supra dixi, vt inquit allegatus Iodoc.) Deum, qui veritatis est patronus, sui mendacii patronum efficit.

Secundo, nomen Dei, mendacio polluit, & ipsius mandatum violat.

Tertio, iusiurandi vsum in rebus humanis necessarium corrumpit, adeo, vt ob tale falsum testimonium non raro bona adiudicentur improprüs dominis, & eripiantur veris possessoribus, aut heredibus, ob quod etiam proximo suo plurimum (vt supra diximus sic allegante suprascripto authore) incommodat. Imo fit vt ob falsum testimonium subinde plectantur innocentes, & absoluantur nocentes. Imo vt per Iudicem aliquando innoxii rapiantur ad torturam, per quam contra se falsa asserere malint, quam ea tormenta diutius perpeti. Hanc autem falsi testimonii malitiam, licet non statim puniant leges humanæ, quia non semper ea falsitas venit in propatulum, non ob id falsi testis feliciores, sed multo sunt infeliciores, quia grauissimum est incidere in manus Domini, cuius notitiam nulla humana fallere possunt: hæc ille.

5 Porro quandoque † mendacium admitti videmus, præcipue in iudicis personam, cuius officium illud † est præcipuum, vt scilicet veritas ab eo totis
6 viribus eruatur, illaque pariter diligenter ab eo perscrutetur. *c. quoniam contra. de probat. c. iudicantem. 30. quæst. 5. c. illi qui. 5. quæst. 5.* Dec. *in l. is apud quem. num.* 11.
7 *C de eden.* Ideoque Iudicem † voluerunt aliqui Doctores, delinquenti (si delictum confiteatur) impunitatem promittere posse; ita vt non obstante tali promissione, ad pœnam contra culpabilem ipsum pro-

procedere possit huius fuit sententiæ Felin. *in c. afferte. de præsumpt.* huiusmodi etenim persuasiones magis ad extorquendum confessiones, quam chorda dicuntur aptæ, persuasio siquidem † nil aliud, quam compulsio quædam dicitur, vt notat Cyn. *in l.1. C. de rapt. virg. & in l. si quis non dicam. C. de episc. & cler.* 38

Contrarium † tamen tenendum esse sustinuit Imol. *in consilio 109. incip. visa inquisitione.* quem sequitur Philip. Dec. *in l. vnica. numer. 25. C. de sentent. quæ pro eo &c.* ea præcipua ratione, quia fides etiam hosti seruari debet, & quod Iudex id facere nequeat aperte concludit Put. de Syndic. *in verbo, Tortura. cap. 7.* dum ibidem defendit, Iudicem non posse pœnam corporalem remittere delinquenti, cum id Principi spectet, & quod confessio facta per delinquentem talis promissionis, vigore reuocari possit Dec. dixit loco de quo supra remissiue, nec tamen omittas ea quæ allegatus Put. tradidit *in dicto tract. de Syndic in verbo, Saluus conductus.* cum ibidem annotatis vbi expresse cauetur, Iudici licitum esse quandoque simulare ad veritatem indagandam, & quod Iudex etiam iurans securitatem bannito, non tenetur promissa seruare, nisi faciat iure permittente, ad id faciunt allegata per Dec. *in allegata l. vnica. numer. 22. cum seq.* Animaduertendum tamen est, quod etsi nonnulli dicant, quod Iudex ad eruendam veritatem, delinquenti veniam promittere, & ex confessione sic secuta delinquentem condemnare possit, id tamen de iure solum, non autem in foro conscientiæ procedere dixit. 39

dixit Franc. Marc. *quæst. 516 part. 1. & quæst. 68. part. 2.*

Videamus tandem nonnullas pœnas à iure contra mendaces indictas. Et contra quos de mendacio opponi possit; Et an mendacij exceptio sit peremptoria; & an in forma peremptoriæ exceptionis opponi debeat, cuius de causa non prætermittas dict. Bal. *in l. peremptorias. C. sentent. rescindi non posse.*

Ideoque allegata per d. Iodocum *in recitata praxi rerum ciuil. cap. 172. nu. 19. cum seqq.* perficiamus,
40 & cum eo dicamus bifvriam † punienda esse falsa testimonia, lege scilicet diuina, & lege humana.

Lex autem hæc diuina, aliquando est occulta, aliquando expresso mandato prolata.

41 Occulta † est, qua Deus sine humano intellectu omne malum punit, quia coram Deo nullum malum impunitum. Punitio vero diuina, quæ de hoc malo expressa statuitur Deuteronomij 19. nempe vt falsus testis puniatur lege talionis, quæ exigebat animam pro anima, oculum prò oculo, dentem pro dente, pedem pro pede, & manum pro manu. Hęc lex (inquit) multo fuit iustissima, quia per eam falsus testis patiebatur, quod fratri suo facere cogitauit, quodque frater suus fuisset passurus, nisi mendacium, ac falsitas testimonij fuisset deprehensa, si isthæc (subdit) lex talionis apud nos Christianos adhuc duraret, & executioni mandaretur, non tot passim cõmitterentur periuria, nec tam faciles essent multi ad ferendum falsum testimonium cõtra proximum, & postremo, si qui ita contra proximum falsa fuissent testati, hi è medio tollerentur ad quod Deus eam legem talionis tulit.

Qua de re idem Iodoc. *in praxi crim. titul. de fals. cap. 119. 120. 121. 122. 123. & 124.* vbi agit de falsitate per

Digitized by Google

per consensum. In verbis scriptorum. Per abusum, & per silentium, pœnas legis humanæ describit, & circa † falsitatem quæ verbis committitur, & de qua nos agimus, *in d. cap.* 121. sic distinctum tradit 42
sub huiusmodi verbis dicens, videlicet:

Altera falsitatis species est, quæ verbis seu dictis committitur dolosis, & ad fraudem, & circumuentionem alterius, committitur autem huiusmodi verborum falsitas, ferè quinque modis, nempe:

Falsa Suggestione,
Falsa Denunciatione,
Falsa Accusatione,
Falsa Depositione, seu falso Testimonio, &
Falsa Iudicatione, vel condemnatione.

Quisquis à Principe, aut à Iudice impetrat quippiam falsa suggestione, aut declaratione, illius impetratio, & obreptitia, & subreptitia est, dolosa, falsa, atq; ob id nulla, impetratumq; ipsius fit irritum, siue id remissio criminis, siue alterius cuiuspiam beneficii, aut officii impetratio: potissimum cum ex ea suggestione, ac persuasione fiat iniustitia parti, contra quam persuadetur. *l. si quis obrepserit. ff. ad legem Cornel. de fals. cum iuribus per glos. in ea allegatis. & l. maiorem. & l. vbi falsi. C. eodem tit.*

Quocirca ibidem, *sub nu. 4. & 5.* hæc memoratus Author protulit, videlicet:

Testis † vero qui falsa testatur, seu dicit vel tacet veritatem, vel aliquid accepit, ne ferat testimonium, punitur, aut criminaliter, aut ciuiliter, iuxta qualitatem facti. *l. 1. in princ. & §. 1. & l. falsi* 43

„ pœn.a.ff.ad legem Cornel.de fals. etiam si falsum suum
„ depositum nullum sortiatur effectum c. 1.de crim.
„ fals. sin ob falsum suum testimonium res produ-
„ catur ad actum, adeo vt ob fidem ipsius quis cō-
„ demnetur ad mortem, is tunc falsarius testis non
„ solum puniendus est vt denunciator vel falsus te-
„ stis, sed vt proditor, & vt homicida. [Præterea in-
44 „ quit sub num. .] Signa ex his quæ diximus † pœ-
„ nam falsi testis esse triplicem, quia tres lædit.
„ Primo Deum, pro quo imponitur pœnitentia.
„ Secundo Iudicem, propterea efficitur infamis.
„ Tertio proximum contra quem testificatur, &
„ punitur pro modo læsionis d.c.1.de crim.falsi.

45 Veritatem † adeo amplectatur Causidicus ipse, ad cuius, vti triumphatissimæ, & omnium fortissimæ splendorem quamplura notatu digna refert Viu.decis.389.inter cætera namq; ibi numer.quarto in medium affert illud diui Paul.Apost. ad Ephes. cap. quarto, scilicet, propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo, quoniam sumus inuicem membra, omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, sed sit quis bon⁹ ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus.

46 Ideoq; pœnam † ex Apocalyp. Cap.21.promittit dicens, timidis autem, & incredulis, & omnibus mendacibus pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secunda, & Dauid Psal.5.Odisti omnes qui operantur iniquitatem, & perdes omnes qui loquuntur mendacium, quibus adiicio illud Dominicum dictum secundum Euangelistam Matth.ca.5 scilicet, sermo autem sit vester, est est, non non: præterea Viu.loco de quo supra

pra voluit, quod testis † tacens verum, nedum pec- 47
cat mortaliter: sed punitur etiam de falso sicuti falsum diceret, exceptis in tribus casibus de quibus Feln. *in c. de test. cogen.*

Demum inter cæteras illa præcipua est, vt mendaci † veritatem propalanti non sit credendum 48
Cyn. *in l. transigere. col. 3. ff. de pact.* Ias. *in* §. *item si quis in fraudem. col. 19. Instit. de act.* quos refert, ac sequitur Neuiz. *in Sylu. nupt. & in titu. est nubendum. numero 15.*

Vltimo tamen loco, mendacem † non esse pu- 49
niendum præterquam in casibus à iure expressis voluit D. Menoc. *de arbitr iud. cas. 276. numero 8. lib. 2.* & quando † puniatur quis mendacium com-
mittens. vide Hartm. *cap. 12. sub tit. miscellanea . lib. 1.* 50
quos refert Aresm. Tepati *var. sentent. sub tit. de mendacio. notab. 1.* præmissis adiicere illud notabile non ab re sum arbitratus, nempe an Aduocato siue Causidico liceat clientem hortari, vt summam ab aduersante petitam in toto, vel in parte neget, & sequendo dicta Alexan. *in eius Tract. de Aduoc. & Causid. Christ in quæst. 41.* sub eius formali dicto sic erit dicendum, nempe:

Præsens quæstio versatur in tanta perplexitate, vt vix sciri possit quę sit magis comunis opinio, "
plerique enim affirmarunt posse reum sine mendacio, periurio negare totam positionē, aut libellū "
& hanc esse communem opinionē testatur Marsil. "
in rubr. ff. de fideiuss. num. 339. versic. quarto limita. & "
ab Aduocatis passim obseruari inquit Abb *in c. 1. nu. 15. de mutu. petit. vbi Imol. & Zabarell.* quam ipsi "
appellant magis receptam, sicuti etiam facit Alber. *in l. 1. §. cum adiicitur. ff. de verb. oblig.* Cōtrariam "

„ vero partem tenuit Bart. *in leg.1 § si stipulanti. ff. de*
„ *verb. obligat.* vbi Imol. profitetur hanc esse æquio-
„ rem sententiam, vt non possit negari secuta con-
„ scientia tota positio, & Roman. *in d. §. si stipulanti.*
„ vocat veriorem, Aret. ibi dicit communem Imol.
„ *in c. cum dilecti, num. 10. de maior. & obedient.* Alex. *in*
„ *d. §. si stipulanti. num. 7.* memoratur communem,
„ quam etiam attestationem repetit idem Alex. *in*
„ *l. ex facto. §. item quæro. numer. 6. ff. de vulgar.* Gabr. *de*
„ *expen. conclus. 2.* vbi relatis multis Doctoribus in
„ vtramque partem affirmat hanc postremam o-
„ pinionem videri magis communem. Ego autem
„ extra hunc conflictum, quod attinet ad meum
„ institutum, tria propono animaduertenda. Pri-
„ mum multas afferri distinctiones, ad concilian-
„ dam istam contrarietatem, inter quas illa vide-
„ tur magis recepta, quod aut agitur de re indiui-
„ dua, aut de diuidua, hoc vero vltimo casu, non li-
„ cet negari tota positio, sed debet reus agnoscere
„ bonam fidem, & confiteri partem liquidam,
„ quam distinctionem ex mente omnium com-
„ probat Pacian. *in tract. de probat. lib. 1. c. 18 in fin.* Ta-
„ bien. *versic. confessio. n. 10.* quæ conciliatio applica-
„ ta ad quæstionem propositam præscribit Aduo-
„ catis, & Causidicis quid sequi debeant, nam vbi
„ agitur de summa pecuniaria, procul dubio agitur
„ de re diuisibili. Secundo est animaduertendum,
„ si quis pertinaciter sustinere vellet, non admitti
„ peccatum mēdacii, aut periurii admitti tamen a-
„ liud genus peccati mortalis, quia male facit ta-
„ cendo veritatem, & grauando actorem onere
„ ꝓbandi. vt elegantissime distinguit Dida. Couar.
„ vbi supra *li. 1. var. resol. c. 2. ante n. 6. vers. peccat tādem,*
& mor-

& mortaliter debitor. Tertio repeto, quæ significat "
Cagnol.*in l.non potest videri improbus.numer.5.versic.* "
vel distingui potest.ff.de re.iur. quod quando res est "
integra ad deliberandum, debet Aduocatus hor- "
tari clientem, vt fateatur partem veram, quia hæc "
opinio est securior quoad animam, vbi vero fuis- "
set negata tota positio, eligitur illa opinio, qua "
vitatur periurium. Est enim vulgata propositio a- "
pud Theologos in rebus deliberandis, eligendā "
esse illam opinionem, quæ tutior est, quia aliter "
faciendo, exponit se periculo peccandi Azonius "
lib.2.moral.institut.cap. 16. confirmans hæc infini- "
tis prope authoritatibus Theologorum, ex qui- "
bus moneo Aduocatos, & Causidicos, vt nunc "
animo suo proponant, non amplius vti istis re- "
sponsionibus cauillosis, & periculosis, si qui ha- "
ctenus impudenter vsi fuerint, &c. "

Quomodo vero positionibus sit respondendū, id optime in foro Conscientiæ explanat præcitatus Ala. in supracitato Tract. *quæst.* 38. *incipient in hoc foro nostro, &c.* cui lectorem subiicio.

Patrocinantis industria, circa illius officium, quænam principaliter esse debeat, postmodum vero ex Christophori Brechteri doctrina, iudiciarii processus ordo breui panditur ordine.

CAPVT XXVI.

Summaria.

1 *Causidicus diligens esse debet, ne illius culpa pars detrimentum sentiat.*

 2 *Soler-*

Digitized by Google

2 *Solertiæ definitio.*

3 *Causidico, quænam circa illius officium necessaria dicantur.*

4 *Ordo in actibus humanis peragendis necessarius dicitur.*

5 *Consuetudo approbata, vim legis obtinet & lex municipalis dicitur.*

6 *Sententia, iuris ordine omisso, quando nulla dicatur.*

7 *Ordine iudiciario inobseruato, an & quando processus nullus dicatur, remissiue.*

8 *Iudiciarius ordo, ex doctrina Doctorum iudicatur.*

9 *Processus instruendi modus ciuiliter, ex demonstratione Christophori Brechterii denotatur.*

10 *Processus claudicans quo ad substantialia iudicii, ratione ordinis, nullus dicitur.*

11 *Iudicium ordinarium, quoad iuris ordinem seruandũ, quænam desideret.*

12 *Actus corruit, prætermissa forma à iure determinata.*

13 *Ordo iudiciarius, in commissione facta à iudice an sit seruandus, remissiue.*

1 NVNC ideo quartum principale Caput attingamus, valde quippe Causidico † necessarium, nempe quod illius diligentia versetur in prospiciendo, ne eius negligentia pars damnum aliquod patiatur. Subtilis namque circa infrascripta
2 per solertiam existat, & quæ † solertia (vt inquit Aristot. *lib. 1. poster.*) est subtilitas inueniendi medi-
3 um, non inspecto tempore. Ideoque † sit cautus,

Circa processus instructionem,

Iudicis informationem,

Et denique sollicitatoris examinationem, seu deputationem, ne per inordinatam processus compositio-

Digitized by Google

positionem: malam seu omissam Iudicis informationem: atque inexpertis sollicitatoris culpam, quidquam culposum sibi adscribi valeat. Hæc itaque singulatim breuiter intueamur, diligenterque præscrutemur.

Quod ad primum igitur attinet, vna cum Marant. *de ord. iud. in Proœm. sub n.* 21. dicas quod † præ cæteris humanis actibus ordine regi oportet. Verum quia Author ille totius Iudicii exorditã telam summa vigilantia contextam tradit idcirco eundem Authorem limitata tradentem, oculatim videre, quempiam ne despiciat, proutque etiam lectorem videre ne pigeat, formulam traditam à iure municipali, iuxta etiam consuetudinem approbatam & seu consuetudinem obseruatam tum ad ea, quæ colliguntur *. ex leg. omnes populi, vbi communiter scribentes. ff. de iust. & iur.* tum ex conclusione scilicet, consuetudinem † approbatam in ciuitate, vim legis habere, illamque penitus ab omnibus illius Ciuitatis obseruandam fore quo casu lex municipalis dicitur esse. *l. 1. C. de emendat. lib. & l. de quibus. cum ibi not. ff. de legib.* atque Marant. *de ord. iud. part. 3. numer.* 111. præter alios, qui circa iudiciarium ordinem seruandum notatu digna scripserunt, quorum supra memini, *cap. 3. & infra, sub numero octauo* quibus addas Bart. *in l. prolatam. C. de sentent & interlocut. omn. iud. in principio.* admonentem † sententiam contra iudiciorum ordinem prolatam, nullam esse, vt puta, si fuerit omissa litis contestatio, vel omissus libellus. An † vero, & quando ob ordinis iudiciarii inobseruantiam processus

4 5 6 7

nullus dicatur, videas Vant. *de nullit. ex defectu proceß. siue ordinis iudic.* vbi fusè differit, atque legentem
8 allicit, & docet. Pari modo † habes Institutarios Doct. *sub tit. de act. except. & replicat.* Iodo. *in sua prax. rer. ciuil. sub ti. præcipue de actoris petit. & de petitione formanda, de conclusione facienda, de prouisione petenda, cap.* 100. 101. 102. *&* 103 *cum seq.* Petr. de Racha *in suis Cerdistologiis rer. ciuil.* Io. Petr. Ferrar. *in sua aurea praxi Papiensi.* Nicol. Carbo. *sua praxi pract. Spec. in operibus suis* Asin. Clar. Foller. Iodoc. *in praxi crim.* Marsil. *& quàm*
9 *plures alios in materia Iudiciorum loquentes.* Attamen † breuem, & succinctum modum instruẽdi processũ judi. in quo, q̃, quot, & qualia à personis in iudicio agentibus obseruanda sint significantur, breuiq; ordine collectum, & traditum à Christopho Brechtero Argentinensi I. C. in eius tract. circa processum iudiciarium, quo libro aliq ui inexpertes circa processus ciuilis fabricationem carentes, ordinem illum intelligere cuperent. Idcirco eundem ordinem hic inscribere volui, ad maiorem intelligentiam illorum, qui vt supra processum fabricare ignorant, sub infrascripto modo videlicet; non omissa tamen forma procedendi in causis ciuilibus, vt plurimum obseruata hoc in foro Papiensi, de quo infra *in cap.* 29. fit mentio & quo loci te remitto, & hæc scribit.

„ Cum citatio fundamentum sit ordinis iudiciarii, Sciendum, & obseruandum est, alia est citatio „ judicis ordinarii; & alia iudicis delegati.

„ Primo obseruatur terminus citationis iudicis „ delegati, in quo procurator rei protestatur se nõ „ consentire in iudicem &c. cum petitione copię „ commissionis: Vnde adueniente termino citationis

tionis iudicis delegati, procurator rei coram eo " compareat sic dicens. Ego procurator, & procu- " ratorio nomine A. ante omnia protestor, quod " vos venerabilem virum &c. tanquam incompe- " tentem Iudicem, aut etiam in vestram prætensam " iurisdictionem, non consentio, neque consentire " intendo, n si in quantum ad hoc à iure astringar. " Et si vos Domine Venerabilis &c. vtique habere " prætenditis aliquam iurisdictionem, & commis- " sionem, tūc ego peto nomine procuratorio, quo " supra, huiusmodi commissionis, & iurisdictionis " copiam mihi fieri, & terminum competentem ad " dicendum contra, statui atque dari, alias ego pro- " testor de grauamine, & appellando &c. "

Secundo, terminus citationis iudicis Ordina- " rii, cum contumaciæ accusatione. "

Adueniente termino citationis iudicis ordi- " narii, procurator actoris sic dicat. Ego procura- " tor, & eo nomine B. actoris accuso contumaciam " partis aduersæ non comparentis, petens eam cō- " tumacem reputari, & mihi vlteriores processus " decerni. "

Tertio, petitio causæ in scriptis. "

Ex aduerso Procurator rei sic dicat. Ego pro- " curator, & eo nomine B. peto mihi dari causam " in scriptis, siue summariam in hac causa impetiti- " onem. Vnde tunc Iudex statuat A. actori, termi- " num ad libellandum. "

Quarto, terminus ad libellandum. "

Adueniente huiusmodi termino procurator " actoris sic dicat. Ego procurator, A. nomine acto- " is ad satisfaciendum, huiusmodi die, in termi- " no, hunc exhibeo, & produco libellum, petens "

Digitized by Google

„ partem aduersam cogi ad respondendum eidem
„ libello oblato.
„ Quinto. Petitio copiæ libelli.
„ Ex aduerso procurator rei eius B. dicat. Ego
„ procurator ipsius B. peto mihi decerni copiam
„ libelli oblati, & etiam terminum competentem
„ statui ad excipiendum verbo vel in scriptis, secũ-
„ dum quod mihi competierit.
„ Sexto Decretum Iudicis.
„ Vnde Dominus officialis decernat copiam &
„ terminum statuat ad excipiendum, videlicet, ter-
„ minum iuris, vel alias ad voluntatem partium.
„ Septimo. Terminus ad excipiendum contra li-
„ bellum.
„ Isto termino adueuiente procurator rei dicat
„ sic. Ego procurator ipsius B. rei, ad satisfacien-
„ dum huiusmodi dicto produco has exceptiones
„ contra libellum ipsius A. actoris oblatum, petẽs,
„ & protestans, prout continetur in eisdem.
„ Octauo Petitio copiæ exceptionum.
„ Ex aduerso, procurator actoris dicat sic Ego
„ procurator actoris A. peto huiusmodi exceptionũ
„ mihi decerni copiã, & terminum ad contradi-
„ cendum mihi præfigi, & assignari.
„ Nono. Decretum Iudicis.
„ Et ex post Dominus Iudex decernat copiam,
„ & terminum statuat ad dicendũ siue replicandũ.
„ Decimo. Terminus ad replicandum.
„ Adueniente termino, procurator actoris dicat
„ sic. Ego procurator A. actoris ad satisfaciendum
„ termino, produco has replicationes contra ex-
„ ceptiones pro parte rei productas, petens prout
„ continetur in eisdem.

Vnde-

Vndecimo. Petitio copiæ replicationis. "

Ex aduerso procurator rei dicat sic. Ego pro- "
curator ipsius B. rei peto mihi decerni copiam hu- "
iusmodi replicationis, & terminum ad duplicā- "
dum præfigi, & assignari. "

Duodecimo. Terminus ad duplicandum. "

Illo termino adueniente, procurator ipsius rei, "
si sibi placet potest petere, vt D. Iudex interloqua- "
tur super hinc inde productis. Item potest dicere. "
Ego procurator ipsius B. rei ad satisfaciendum "
huiusmodi termino exhibeo huiusmodi dupli- "
cationes, petens, & allegans, vt in eisdem conti- "
netur. "

Decimotertio, Petitio copiæ duplicationis. "

Ex aduerso procurator actoris dicat sic. Ego "
procurator, & eo nomine A. actoris, peto copiam "
huiusmodi duplicationis mihi decerni, & termi- "
num statui ad contradicendum siue triplicandū. "

Decimoquarto. Terminus ad triplicandum. "

Adueniente huiusmodi termino, procurator "
ipsius A. actoris dicat sic. Ego procurator actoris, "
ad satisfaciendum termino, has produco replica- "
tiones contra duplicationes ipsius rei, protestās, "
& allegans prout in eisdem continetur. "

Decimo quinto. Petitio copiæ triplicationis. "

Ex aduerso procurator rei dicat sic. Ego ꝓcu- "
rator, & eo nomine ipsius B. rei peto copiam tri- "
plicationis contra huiusmodi mihi decerni, & "
terminum assignari ad quadruplicandum verbo, "
vel in scriptis, secundum quod mihi competierit. "

Decimosexto. Terminus ad quadruplicandū. "

Termino isto adueniente procurator ipsius rei "
dicat sic. Ego procurator, & eo nomine ipsius "

B. rei

„ B. rei, produco huiuſmodi quadruplicationes
„ contra partem aduerſam, petens & proteſtans,
„ prout in eis continetur.
„ Decimoſeptimo. Petitio ſententiæ interlocu-
„ toriæ.
„ Ex aduerſo procurator actoris dicat ſic.
„ Ego procurator ipſius A. actoris, peto per vos
„ D. Iudicem ſuper deductis in iudicio interloqui,
„ & tunc ſtatuat terminum partibus ad audiẽdum
„ voluntatem ſuam.
„ Decimooctauo. Terminus ad audiendum in-
„ terlocutoriam.
„ Toto termino adueniente, ſi Iudex interlo-
„ quendo pronunciauerit, libello oblato ab acto-
„ re, per reum fore reſpondendum.
„ Decimo nono. Proteſtatio grauaminis, & de
„ appellando &c.
„ Tunc, ſi procurator rei vult appellare, ſtatim
„ proteſtabitur de grauamine, & de appellando,
„ & debet intra decem dies, à tali ſententia prola-
„ ta appellare.
„ Vigeſimo. Proſecutio cauſæ, & primi termini
„ ad conteſtandam litem.
„ Sed ſi non voluit appellare, tunc idem procu-
„ rator rei reſpondendo libello dicat ſic. Ego pro-
„ curator ipſius B. rei dico petita in libello, & nar-
„ rata prout narrantur, vera eſſe, animo litem con-
„ teſtandi affirmatiue.
„ Vigeſimo primo. Terminus ad iurandum de
„ calumnia.
„ Et ſic facta litis conteſtatione, Iudex ſtatuat
„ terminum partibus ſiue procuratoribus hinc
„ inde ad iurandum de calumnia vitanda, & veri-
tate

Digitized by Google

tate dicenda, cum omnibus, & singulis capitulis " in & sub iuramento calumniæ contentis &c. & " potest Iudex statim bene recipere huiusmodi iu- " ramentum à partibus hinc inde. Quo iuramen- " to præstito à partibus hinc inde recepto, Iudex " statuit actori, seu eius procuratori terminum, ad " ponendum, & articulandum in causa huiusmodi. "

Vigesimo secundo. Terminus ad ponendum " & articulandum. "

Quo termino adueniente procurator actoris " sic dicat. Ego procurator, & eo nomine ipsius A. " actoris, huiusmodi produco, & exhibeo positio- " nes, & articulos, petens partem aduersam cogi ad " dicendum, & excipiendum, quicquid dicere, vel " excipere voluerit contra positiones & articulos " oblatos, & ad respondendum eisdem. "

Vigesimo tertio. Petitio copiæ positionum, & " articulorum. "

Ex aduerso procurator rei sic dicat. Ego procu- " rator ipsius B. rei, peto copiam positionum, & ar- " ticulorum mihi decerni, & terminum competē- " tem ad contradicendum præfigi, & assignari. "

Vigesimo quarto. Terminus ad recipiendum, " & contradicendum positionibus. "

Adueniente huiusmodi termino, procurator " rei sic dicat. Ego procurator ipsius B. rei produco " has exceptiones contra positiones, & articulos " partis aduersæ, petens, respondens, & protestans, " & quemadmodum continetur in eisdem. "

Vigesimo quinto. Petitio copiæ exceptio- " num. "

Ex aduerso procurator ipsius actoris sic dicat. " Ego procurator ipsius A. actoris, peto mihi decer- "

ni co-

Digitized by Google

„ ni copiam productorũ & terminum ad contradi-
„ cendum assignari.
„ Vigesimo sexto. Terminus replicandi contra
„ exceptiones.
„ Termino isto aduenięte, procurator actoris sic
„ dicat. Ego procurator ipsius A. actoris, ad satis-
„ faciendum termino, has exhibeo replicationes
„ contra exceptiones, & responsiones partis ad-
„ uersæ, petens prout continetur in eisdem.
„ Vigesimo septimo. Petitio copiæ, & terminus
„ ad duplicandum.
„ Ex aduerso procurator rei, si placet petat copi-
„ am, & terminum ad duplicandum eodem mo-
„ do, vt supra dictum est, vel petat iudicem, vt in-
„ terloquendo pronunciet super admissione vel
„ repulsione articulorum.
„ Vigesimo octauo. Terminus ad audiendum
„ interlocutoriam.
„ Tunc statuat iudex partibus terminum ad au-
„ diendum voluntatem suam super admissione, &
„ repulsione articulorum. Et isto termino aduení-
„ ente, si iudex pronunciauit articulos fore & esse
„ ad probandum admittendos, &c.
„ Vigesimo nono. Protestatio de grauamine, &
„ de appellando.
„ Procurator rei, si viderit se grauatum, protestari
„ debet de grauamine & appellando, & infra dies
„ decem à sententia lata appellare, sin A. tunc fa-
„ ciat istam interlocutoriã transire in rem iudicatã.
„ Trigesimo, terminus ad probandum.
„ Et eodem in termino procurator ipsius A. a-
„ ctoris, petat sibi statui, & assignari terminum ad
„ probandum intentionẽ suam pro prima dilati-
one

one, quā Iudex sibi dare, & assignare debet; In- "
fra quam dilationē procurator actoris citari faci- "
at in certum peremptoriū terminū nōnullos te- "
stes perhibēdo testimoniū veritati in huiusmodi "
causa. Et in eundē terminum faciat citari reū seu "
audiēdum produci, recipi, admitti, & iurare non- "
nullos testes de perhibēdo testimonium veritati "
in causa huiusmodi, nec nō ad dādum, & exhibē- "
dum interrogatoria, secundum quę ipsos testes "
examinari, & interrogari voluerit. "

Trigesimo primo. Termin⁹ ad ꝓducendū testes. "

Quo termino citationis adueniente procura- "
tor actoris sic dicat. Ego procurator ipsi⁹ A. acto- "
ris, huiusmodi produco testes, petens eos denuo "
recipi, admitti, iurari de perhibendo veritati te- "
stimoniū in causa huiusmodi, eosdēq; examinari. "

Trigesimo secundo. Terminus ad producendū "
interrogatoria. "

Ex aduerso procurator rei sic dicat Ego procu- "
rator ipsius B. rei hęc produco interrogatoria, "
iuxta & secundum quæ testes ipsos volo exami- "
nari, quod ius mihi maneat saluum & illęsum ex- "
cipiendi, tā contra testes, quam contra eorum di- "
cta pro loco & tempore oportunis. "

Trigesimo tertio. Petitio dilationum. "

Etiam si actor in prima dilatione suam inten- "
tionem plene non probauerit, petat sibi decerni "
secundā dilationē, vel tertiā, vel quartam, cum "
solemnitate ad probandum. "

Trigesimo quarto. Terminus seu petitio publi- "
cationis testium. "

Et postquam actoris testes producti, admissi, & "
iurati sunt per Iudicem, aut eius notarium exa- "
mina-

Digitized by Google

„ minari, tunc actor, siue procurator actoris petat „ sibi præfigi & assignari terminum ad videndum „ & audiendum dicta, seu testium attestationes in „ huiusmodi causa iuratorum, receptorum, admis„ sorum, & examinatorum publicari, ipsumque re„ um citari, ad idem fiendum, vel dicendum cām „ rationabilem, quare huiusmodi fieri non debe„ ant.

„ Trigesimo quinto. Terminus publicationis at„ testationum.

„ Toto termino adueniente actor, siue procura„ tor eius sic dicat Ego procurator ipsius A. actoris „ peto per vos D. Iudicem, testium dicta siue atte„ stationes in huiusmodi causa receptorum, admis„ sorum, iuratorum, & examinatorum publicari, & „ pro publicatis haberi. Tunc Iudex quærat ab eo, „ an etiam velit plures producere testes, super in„ tentione sua, & si dixerit, quod non tunc dicat „ iudex, si etiā renūciet ꝓductioni vlterior testiū, & „ ꝓcurator tūc dixerit, ꝙ sic, notari⁹ causę ponat in „ actum talem renunciationem testium. Ex aduerso „ vero, si procurator rei causam habuerit rationabi„ lem quare dicta testium non sint publicanda, illa „ mox, & in continenti debet coram iudice propo„ nere: si autem non habuerit huiusmodi causam, „ sed consentit publicationi: tunc Iudex dicat no„ tario, vt legat dicta testiū, vt sic ꝓ publicatis ha„ beantur.

„ Triges. sexto. Petitio copiæ attestationum.

„ Qua publicatione sic facta, procurator rei petat „ sibi decerni copiam attestationum, & terminum „ competentem præfigi, & assignari ad dicendum, „ tam contra dicta, & attestationes testium, quam

eorum

eorum perſonas. "

Trigeſimo ſeptimo. Terminus ad excipiendū " contra dicta,& perſonas teſtium. "

Illo adueniente termino, procurator rei ſic di- " cat. Ego procurator B. rei, ad ſatisfaciendum hu- " iuſmodi termino, produco has exceptiones con- " tra dicta teſtium, ac eorum perſonas pro parte " aduerſa productorum, petens & allegans prout " continetur in eiſdem. "

Trigeſimo octauo. Petitio copiæ producto- " rum. "

Ex aduerſo. Ego procurator ipſius A. actoris pe- " to copiam productorum mihi decerni, & termi- " num dari ad replicandum, ſecundum quod mihi " competierit Et procedatur, ſi placet, vt ſupra ex- " emplificatum eſt, & nunc replicando, nunc du- " plicando &c. "

Trigeſimo nono. Terminus ad producēdum " omnia. "

Deinde procurator actoris petat ſibi aſſigna- " ri certum terminum ad producendum omnia, & " ſingula iura, & munimenta, literas, ſcr pturas, pri- " uilegia, & inſtrumēta ſibi in huiuſmodi cauſa ne- " ceſſaria, ipſumque reum ad idem. Quo termino " adueniente procurator ipſius A. actoris ſic dicat. " Ego procurator nomine A. actoris, ad ſatisfaciē- " dū termino reproduco hæc ſingula, in huiuſmo- " di producta verbo. Et ſi habuerit aliqua, quæ non " ſunt prius producta, illa producat in ſcriptis. "

Quadrageſimo. Petitio copiæ nouorum pro- " ductorum. "

Ex aduerſo procurator rei ſic dicat. Ego peto " mihi dari copiam illorum de nouo productorū. "

X & ter-

,, & terminum statui ad excipiendum siue dicen-
,, dū verbo vel in scriptis contra omnia, & singula
,, producta in huiusmodi causa, & potest procedi
,, vt supra, replicando, & triplicando &c. etiam po-
,, test obseruari terminus ad declarandum, si fuerit
,, necesse.
,, Quadragesimo primo. Terminus ad conclu-
,, dendum.
,, Deinde procurator actoris petat sibi dari ter-
,, minum ad concludendum in huiusmodi causa,
,, ipsumq; reum ad idem, vel ad dicendum causam
,, rationabilem quare in huiusmodi causa conclu-
,, di non debeat:
,, Isto termino adueniente procurator actoris
,, sic dicat. Ego procurator ipsi⁹ actoris peto in hu-
,, iusmodi causa concludi ac mecum pro concluso
,, haberi. Ex aduerso procurator rei, si quam ha-
,, buerit causam rationabilem, quare in causa hu-
,, iusmodi non fuerit concludendum, illam pro-
,, ponere debet.
,, Quadragesimo secundo. Protestatio de appel-
,, lando. Et si illam causam iudex audire recusaue-
,, rit, tunc procurator rei protestari debet de gra-
,, uamine, & appellando &c. Sed si procurator rei
,, non habuerit causam rationabilem huiusmodi,
,, tunc iudex potest cum ambabus partibus con-
,, cludere in huiusmodi causa, & ꝓ cōcluso habere.
,, Quadragesimo tertio. Terminus ad audien-
,, dum sententiam definitiuam; & ex post Iudex
,, assignet partibus hinc inde terminum competen-
,, tem ad videndum & audiendū sententiam defi-
,, nitiuā in huiusmodi causa fieri, & promulgari.
,, Quadrages. quarto. Accusatio contumaciæ.

Illo

Illo termino adueniente, procurator actoris "
dicat sic. Ego procurator ipsius A. actoris, partis "
aduersæ non comparentis accuso contumaciam, "
ipsumque contumacem peto reputari, & in eius "
contumaciam sententiam definitiuã pro me, & "
parte mea, & cõtra partẽ aduersã secũdum formã "
petitionis pro me superiꝰ oblatę in scriptis ferri, "
& promulgari. "

Quadragesi. quinto. Protestatio cõtra sentẽtiam. "
Sed si procurator rei fuerit præsens, põt sic di- "
cere. Ego ꝓcuratorio nomine ipsius B. rei, ꝓtestor "
de non consentiendo in sententiam definitiuam "
ferendã, ex eo ꝙ causas rationabiles proposui & "
allegaui in causa huiusmodi, & alias protestor "
de grauamine, & appellando &c. "

Quadragesimo sexto. Petitio sententiæ. "
Vel potest procurator rei sic dicere secundum "
exigentiam materiæ. Ego procurator rei, peto sẽ- "
tentiam definitiuam pro me, & parte mea, & cõ- "
tra partẽ sibi in huiusmodi causa aduersam, & eo "
quod insufficienter probauit suam intentionẽ, in "
scriptis ferri, & promulgari, &c. & sic dicens sen- "
tentiam definitiuam. "

Quadragesimo septimo. Acceptatio, vel ap- "
pellatio à sententia. Si fuerit pro actore, tunc pro- "
curator dicat sic. Ego procurator vice, & nomine "
ipsius A. actoris, in quãtum huiusmodi sententia "
pro parte mea, & contra partem aduersam facere "
perpetur, & non alias, tũc per vos notarium causę "
huiusmodi mihi fieri Instrumẽtum publicũ peto. "
In quãtũ vero cõtra partẽ meã facere, & ꝓ parte ad "
uersa, tũc ꝓtestor de grauamine & de appellãdo, &c "

Digitized by Google

" Ex aduerso, si sententia fuerit contra reum seu
"procuratorem rei, dicat sic. Ego procurator i-
"psius B. rei dico huiusmodi sententiam (si sic dici
" mereretur) fore iniustam, & iniquam & protestor
" de grauamine, & appellando &c. Et infra decem
" dies ab illo grauamine, & sententia sic lata debet
" in scriptis appellari, alias enim sententia transit
" in rem iudicatam.

De modo tamen moderno, ex stylo fori Papiēsis fabricandi processum ciuilem, vide ea quæ infra continentur *in d. cap. 29.*

Hæc autem videntur disposita à iure communi circa ordinem iudicialem obseruãdum: Sed ex quo tum in causis ordinariis, tum delegatis, atq; coram arbitris, atque aliis iudicibus, & tam in prima, quã in secunda, & tertia instantia, vt plurimum vnaquæque regio, regulam, seu normam iudicialiter procedendi habet, ideo illam vnusquisque obser-
10 uare tenetur, vt iam dictum fuit, quia † processus claudicans circa substantialia iudicii, quoad ordinem nullus dicitur, atque sententia lata corruit, ad
11 ea, quæ habentur *ex l. vinum. ff. si cert. pet.* † Ideoque in iudicio ordinario, iuris ordinem seruari debere, præcedente scilicet libello, interueniente litis contestatione, publicatione, & conclusione, & cum aliis solemnitatibus iuris in iudicio requisitis, de quibus *in l. 1 & in Auth. offeratur. C. de lit. contest. & in l. prolatam.* & ibi Bart. & Doct. *C. de sentent. & in c. quoniam contra. de probat.* Sine quibus solemnitatibus iudicium esse nullum dixit atq; deduxit Maran. *de ord. iud. distinct. 9. in princip. part. 4.* & sic forma
12 non † seruata non põt actus gestus sustineri, vulgata l. *cumq. § si prætor. ff. de transact.* Spec. *in § 4. versic.*

sed nunquid.tit.de instr.edit.& pcipue quando est de substãtia.Bald.*in l.comparationes.col* 2.*C.de fid.instr.& in l.item veniunt.§ prator.C.de petit. hered.* & circa formæ omissionem vide ea, quæ dixit Bertach. *in verbo,forma.&* diffuse Felin. *in c.cum dilecta. de rescript.*

An vero, & † quando in commissione causæ à iudice facta iudiciarius ordo sit seruandus, videas Guid.Pap.*decis.6.Grationopolit.*30.

Ordinis iudiciarii præposteratio, an & quando processum annullet, succincto denotatur modo.

CAPVT XXVII.

Svmmaria.

1 *Præposteratio vitium secum trahit.*

2 *Præposteratio quando ordinis abusus esse dicatur.*

3 *Præposteratio ordinis statutorum, vel constitutionis actum ipso iure vitiat.*

4 *Ordo necessitatis minime peruertendus est.*

5 *Præposteratio, vel ordinis omissio in præparatoriis iudiciorum actum non vitiat,& quando.*

6 *Præposterationis exceptio dilatoria dicitur, & an omissa,apposita,& reiecta processum annullet.*

7 *Præposteratio in causa appellationis opponi non potest.*

8 *Ordinis iudiciarii obseruatio, an de consensu partium remitti possit,& quando.*

9 *Ordinis peruersio quando concedatur.*

10 *Iuris solemnitas quando de partium consensu remittatur.*

11 *Litis contestatio,nec tacite, nec expresse,consentientibus partibus,remitti potest.*

12 *Ordo vbi præfixus est,ibi non datur transgressio.*

X 3 13 *Ordine*

13 *Ordine iuris non seruato, per ignorantiam quis non excusatur.*

14 *Ordo iuris in aliquibus casibus præcise obseruandus est, remissiue.*

15 *Ordo iuris in nonnullis casibus de necessitate minime obseruandus denotatur.*

16 *Iudiciarius ordo vbi de substantia seruari debet, an eo casu illo omisso, rusticitas, sexus, vel ætas omittentem excusent.*

DILIGENTER ideo substantialia, circa normã iudicialiter seruandam sunt custodienda; ne vtique etiam præposterationem patiantur, quoni-
1 am præposteratio † vitium secum trahit, vt notat Spec. in *§. iam de citatione. versic. porro. col. 3. in tit. de ci-*
2 *tat.* & quæ † dicitur abusus ordinis, quoties id prætermittitur, quod de iure, & de facto sequi debet Bal.
3 *in l. præposteri. C. de testam. in princip.* Quare † præposteratio ordinis Statutorum, vel Constitutionis vitiat ipso iure actum, iuxta Baldi sententiam *in l. ambiguitates. C. de testam. & in Auth. hoc amplius. col. 5. versic. dicit glossa. C de fideicom.* & maxime in iis, quæ de substantia existunt, vt notat idem Bald. *in d. l. ambiguitates* ac tradit Paul. de Castr. *in cons. 39. alias.*
4 *43. incip. visis actis & actitatis. col. 3.* Et quod † ordo necessitatis peruerti non debeat, cauetur *ex c. in*
5 *Christo pater; de consecrat. distinct. 2.* & si † præposteratio, vel omissio ordinis, in præparatoriis iudiciorum non vitiet, text. adest *in l. si mancipium. in fin. ff. de euict.* Bal. *in auth. contra rogatus. in fin. C. ad Trebell. & in l. exceptionem. col. 3. versic. quædam opponuntur ratione formæ. C. de probat.* quod tamen verum dicitur

ante

Digitized by Google

ante litem contestatam, secundum Bal. *l. in addit.* Spec. *tit. de praepar. iud.* & Bart. *in l. si quaeramus. col. penult. versic. quid si iste ordo. ff. de testam.*

Item si opponatur, vt tradit Bart. *in d. l. si mancipium.* §. 1. & ibi glos. & videns Bald. *in d. l. exceptionem. col. 3. versic. exceptio.*

Verumtamen praeposterationis † exceptio dilatoria dicitur, nec omissa vitiat processum, sicut & opposita, atque reiecta processum nullum minime reddit, quoniam in causa appellationis denuo ventilatur, iuxta Bal. sententiam in addit. Spec. *in tit. de appellat. versic. Ego ago contra te possidentem. prope fin.* & quae praeposteratio † opponi non potest in causa appellationis, prout tetigerũt Cyn. & Bald. *in l. per hanc. C. de tempor. appellat.* & Alex. *in cons. 32. libr. 4.* 6 7

Et quamuis pariter ordo praeposterari possit, nõ tamen † ordinis iudiciarii obseruatio, de partium consensu remitti potest, vt sic de communi conclusione attestatus fuit Rom. *in sing.* 770. quod tamen procedere dixit in causa principali, secus in causa appellationis, authoritatibus ibidem ad confirmationem per eum adductis. 8

Quod autem dictum, scilicet, † peruersionem ordinis concedi posse, procedere intelligas, quoties partium consensus interueniat, glossa adest singularis. *in c. cum olim. de caus. possess. & propriet.* ideoque tradit Bart. *in l. quoties, numero tertio, & 4. C. de priuileg. scholar. libr. 12.* solemnitatem † iuris circa sententiae prolationem de partium consensu remitti posse, idemque dixit in libello, & calumniae iuramento, q̃ etsi minime omitti, remitti tamen possunt de partiũ consensu, ꝙ secus † existimauit in 9 10 11

 litis

litis contestatione, quam nec tacite, nec expresse remitti posse ibidem significauit in fine.

Præuideat igitur Causidicus, vt ordinem à iure substantialiter traditum circa iudicialem telam exordiendam diligenter obseruet, quia per actus substantialis omissionem vitiatur processus, vt supra
12 tetigi. Et † vbi ordo est præfixus, ibi extra ordinem procedendum non est. Bal. *in l. fin. 1. quaest. C. de edict.*
13 *diui Adr. tollen.* quo † casu ordine iuris non seruato, seu omisso, ignorantia quempiam non excusat. Spec. *in §. 7. in fin de lib. conc.* alias, vbi de substantia non sit ordo ille, neminem ad illius vnguem, & præcisam obseruantiam cogi posse significat nota-
14 bilis glossa *in c. nihil 7. quaest 1.* Qua † de re seruandus est iuris ordo in nonnullis causis, tam ciuilibus, quam criminalibus, prout deduxit Spec. *in §. qualiter. num. 32. de accusat & in §. postremo. numer. 4. de offic. omn. iud.* Sunt tamen nonnulli casus, in quibus de necessitate ordinem iuris seruare non adstringunt, & de quibus agit Bertach. *in Dictionar. in verbo, ordo iuris* & qui sunt infrascripti, videlicet:

Coram Arbitratore, vt dicit Innoc. *in c. Quintauallis. de iureiur.*

Coram Prouisore, sic mox allegatus Innoc. *in c. ex ratione. de appellat.*

Circa famæ probationem Card. *in clem. 1. 7. quaest. de offic. ord.* licet iuris ordinem requirat. *cap. Deus. §. quando autem. & glos. in c. fin. 2. quaest. 1.*

Item in bonorum possessionibus *in leg. 3. § causa cognita ff. de bon. poss. ß.* & Bald. *in l. fin. 3. quaest. C. de contrahen. empt.*

In disputationibus iuris, idem præcitatus Bal. *in l. postquam liti. C. de pact. & Innoc. in c. cum iuramento.*
in

in fine. de iur. calum.

In Principis sententia pariter de necessitate ordo iuris seruandus non est. Bald. *in c.1. col.3 si int. dom. & vassal. lis oriatur.* & Io. Andr. *in nouel. & ibi Abb. plene in c. in causis. de re iud.*

Item in confirmatione sententiæ Summi Pontificis. Innoc. *in c.1. de confirmat. vtili.*

Item in causis summariis, in quibus non requiritur libellus; nisi tamen ordo ipse de communi partium consensu seruandus esset, quia inuitis partibus non est seruandus, prout deduxit Card. *in clem. sæpe. § si tamen. vlt. quæst. de ver. signific.*

Quid vero si pro parte fuerit seruat⁹, & pro parte non, ibidem glos. & memoratum Card. prospicias *in quæst. 2.*

Item contra crimen confessum, etiam in casib⁹, in quibus non potest inquiri. *c. euidentia. de accusat.* Angel. *in l.1. ff. de confess.* Bal. *in l.1. C. de iud.* & Alex. *in l. 1. § si quis. ff. de appellat.*

Sicuti etiam allegatus Bertach. in verbo, ordo iudicii, demonstrauit aliquos casus, in quibus ordo iudiciarius minime seruatur, videlicet:

In notoriis *c. cum Lotharius. 2. quæst. 1. glos. & Doct. in c. cum olim. de re iud.* omissis aliis authoritatibus eo loci, vbi pariter deducit, quod etiam si in ipsis notoriis omittatur, non tamen vitiat per glos. & Abb. *in cap. bonæ. il 1. de elect.*

Item in causa fiscali, Bal. *in l.2. in princip. C. quando fisc. vel priu. & in l.1. ff. de condict. ex l.* per Alex. *in le. non vtiq; ff. de administr. rer. ad ciuit. pertinent.*

Item in probatione famæ. Card. *in clem. 1. 7. quæst. de offic. ordin.*

Item quoties Iudex de facto procedit Bal. *in ad-*

X 5 *dit.*

Digitized by Google

dit Spec. de offi. iud. versic. si delegatus pronunciat.

16 Idcirco † in casibus, in quibus substantifice seruari debet iudiciarius ordo vtique punctualiter, & formaliter obseruandus est, non obstante rusticitatis, sexus, vel ætatis excusatione, ad hoc vt actus ipse sustineatur, sic Bal. *in l. iuris ignorantiam. in fine. C. qui admitti.*

Informatio status causæ Iudici danda, quænam requirat, & in dubiis quomodo sit iudicandum, compendiario legitur.

CAPVT XXVIII.

SVMMARIA.

1 *Facti explicatio coram iudice necessaria dicitur esse.*
2 *Narratio quid sit.*
3 *Parti, an vero aduocato facti explicatio spectet.*
4 *Aduocatus quid à cliente inuestigare debeat.*
5 *Voluntatem nunquid verbis, vel factis declarare referat.*
9 *Expositio iudici facienda qualis esse debeat.*
7 *Aequitatis natura ex circumstantiis dignoscitur.*
8 *Circumstantia in iure omnia variant.*
9 *Circumstantia quot modis considerentur.*
10 *Iuris apices qui dicantur. & num. 12.*
11 *Iudex naturali aquitati adherere debet, vbi apices iuris interueniant, & quando.*
12 *Apices iuris qui sint.*
13 *Subtilitas nimia procul arcenda.*
14 *Pallatium, in quo iura redduntur quid desideret.*
15 *Veritatem, & aquitatem sequi debet Iudex.*
16 *Iudex diuino iudicio se conformare debet.*
17 *Iudex in dubiis seruare quid debeat.*

18 Iudex

Digitized by Google

18 *Iudex in iis, in quibus illius arbitrium versatur, quidnam sit obseruaturus.*

Modo ad Iudicis informationem progrediamur atq; dicamus necessariam † esse coram 1
iudice facti explicationem, quam narrationem dicunt Rhetorici, & quae † iuxta illorum sententiam 2
est rei factae, vel tanquam factae expositio & qua breuiter, aperte, & verisimiliter causa exponitur & euitanda est ab Aduocato prolixitas, quae damnatur. Bart. *in auth. principales. § fin. C. de iureiur. post calum. dan.* Qua de re deduxit Spec. *in §. vtriusque. versic. sed nunquid clientulum. in tit. de Aduoc.* partis † prin- 3
cipalis interesse, factum per se, & non per Aduocatum proponere, nisi alias omnimode simplex esset, atque eundem principalem ad factum per se absq; Aduocati instructione responsurum admitti debere: ex quo Aduocati sępe illum cuncta negare faciant; quamuis illud semper non expediat. Ideoq; libentissime prospexi nonnullos iudices coram se habentes, & partes ipsas, & illarum patrocinantes, simplex factum (patrocinantibus silentio imposito) à partibus intellexisse, deinde (partibus in dicto silentio) iuris allegationes hinc inde ab arrenghantibus summo studio audiuisset. Quare Spec. loco, de quo supra, in principio † admonet aduoca- 4
tum cautũ esse, vt quęrat à clientulo qualem foueat causam, & facti exemplum sibi dari faciat, & priusquam de iure disputatur, de facto constare debet. *l. quidam. ff. de iur. codicil. c. ad audientiam, de eccles. edict. §. si vero . ibi, in tempus disputationis. Auth. de testibus. cum reliquis adductis per d.* Spec. *in § nunc viden-*

videndum.tit.de disputat.& allegat.in princip.lib.2. & licet † voluntatem factis, vel verbis declarare non
5 referat ad ea, quæ colliguntur *ex l.de quibus.§ fi. ff. de leg.* nihilominus tutius est in scriptis factum exponere; dummodo idiota non sit exponens, qui vel nesciat scribere, aut legere, vt supra dictum fuit, ad hoc vt maturius etiã Iudex deliberare possit, iuxta pariter per me deducta supra de Aduoc.*cap.septimo. num.22.*

Ideoque iudici facta negocii expositione proce-
6 detur, vt infra, & quæ expositio † breuis esse debet; ne tempus frustra teratur, conteratur; atque aperta ne iudicis animus incertus ab audiendo distrahatur, necnon & verisimilis vt fidẽ faciat, hoc ordine seruato, vt si à necessariis exordiatur summatim dicatur, & transitationibus supersedeatur. Item si gestum vt gestum exponatur ordo seruetur, breuitasq; sequatur. Tandem si narrando opinionem, mores, & natura aduertantur & hæc quidem per verba propria, non sordida, nec nimis exquisita, sed pura & familiaria, non sæpius repetita, aut diffusa narranda sunt, sic gratiose colliguntur hæc ex Margar. Philosoph.*de part. orat.Rhetor.c.*8. Quocirca Quintil.Mandos.*de ingratitud. litigant. in iudices.cap.* 78 *prope finem.* huiusmudi profert, videlicet; Grati & iusti litigantes nihil aliud quærunt, quam iudicem certiorem reddere.

QVOMODO res sic se habeat, vel ne,
FACTVM QVID sit, an non,
QVAE VERO determinanda sint,
QVALITER,
QVANDO, &

QVO-

Qvomodo, iudicantium arbitrio relinquunt, iuxta Philosophi sententiam Rhetor. *c.1. lib.1.*

Cuius facti specie intellecta, vbi æquitatis naturam factum ipsum sapiat, quæ † ex circumstantiis 7
dignoscitur; ad hoc vt apices iuris omittantur. Circumstantias igitur quæ † in iure variant omnia, ex 8
quibus æquitas colligitur, quæ de iure multum remittit Iureconsultus, *in Laut facta. ff. de pœn.* quem refert, & sequitur Beneuenu. Stracca *in tract. de mercat. sub n.6. quom. in caus. mercat. proceden. sit. n.3.* & † quas 9
septē modis cōsiderari posse tradit, atq; tales sunt, videlicet:

Causa, quare aliquid factum sit,

Persona, quæ, & qua cum fecerit,

Locus, vbi factum sit,

Tempus, quando factum sit,

Quantitas, magnum ne, an exile sit,

Qualitas, quomodo facta sit,

Euentus, si metu, vi, errore, dolo, culpa, casu fortuito factum sit.

Si vero respicimus apices iuris, tūc ii † dicuntur, 10
& illos esse putat Bart. *in l. si fideiussor. in §. quadam. ff. mand* qui subtilitatem quandam, magis quam facti veritatem respiciunt; † & tunc in dubio Iudex 11
æquitati naturali adhærere debet, vt docuit Martin. *in additio. ad Azon. sub rubr. de iust. & iur. in verbo, rigore. in fin.* quod tamē verum dicitur, quoties id legis verba patiantur *l qui filium §. Imperator autem noster motus. ff. ad Trebell* omissis apicib. iuris † qui iuris 12
sunt subtilitates, id est, summum ius, stricta ratio, quæ bona fide agenti non conueniunt, vt inquit Vlpian. *in d. § quadam.* neque † res nimia subtilitate 13
te subuerti debet *leg. si quis heredem. Codic. de instit. & substit.*

Digitized by Google

14 *subſtit. & l. penult. C. ad Trebell.* palatium † namque nil aliud quam æquitatem, & veritatem deſiderat, vt dicit Bellamin. *deciſ.* 439. ſic pariter dictauit Hippolyt. Bonacoſ. *in tract. de æquit. can.* Quare (vt inquit Neuiz. *in Sylu. nupt. in titu quom iudican. numer.*
15 92.) veritas † & æquitas ſunt duo lapides angulares, quos iudex ſeruare debet, authoritate Bal. *in c. quoniam contra. de probat.* & debet eſſe velut pater, ex gloſ. *in auth. de defenſor. ciuit. in princip. in verſic. iudex.*
16 & ſe † cõformare iudicio diuino *c. Deus omnipotens.* 2. 2. *quæſt.* 1. & ex doctrina Barb. *in capit. in præſentia. de probat. colum.* 51.

17 At quando † dubius foret Iudicis animus, & diuerſæ eſſent hincinde probabiles opiniones, tunc laudabitur Iudex, ſi materiam diuiſibilem in medium diuidet, prout conſuluit Anchar. *in conſ.* 120. atque retulit Felin. *in capit.* 1. *verſic. ſecundo nota quod quando de conſtitut.* quos, & alios refert, & ſequitur Boer. *deciſ.* 42. *num. fin.* & Iudex in dubio viam, per quam vtrique parti conſulatur, eligere debet. Afflict. *deciſ.* 373. *numero fin.* eligenda namque eſt via vtrique parti commodior & minus oneroſa Cabball. Milleloq. 210. & denique Iudex † in his,
18 quæ illius arbitrio committuntur, æquitatem, ſed in his, quæ ſcripta ſunt, legis deciſionem ſeruare debet, prout ſingulariter dixit Bart. *in l.* 1. *nume.* 5. *C. de legib.* & circa huiuſcemodi articulum, an, & quando iudex iam cõſtituta, & in iure firmata tollere, atque immutare poſſit, proſpicias D. Menoch. *de arbitr. iud. in quæſt.* 15. *lib.* 1.

Exercitium ſollicitatoris cauſarum circa quænã verſetur, & ex ſtylo fori Papienſis quomodo,

vt

vt plurimum processus ciuiles instituantur, hæc eadem breuiter recitantur.

Caput XXIX.

Summaria.

1 *Sollicitator quisnam dicatur.*
2 *Sollicitus quomodo nuncupetur.*
3 *Sollicitudo quotupliciter consideretur.*
4 *Sollicitator actoris quanam custodire debeat.*
5 *Appellatio an detur à declaratione haberi pro conuicto & confesso remißiue.*
6 *Sollicitator rei quanam sit amplectendus.*
7 *Actuarius secreta pandens, & reuelans acta quandoq; arbitrio iudicis puniendus significatur.*
8 *Conclusum in causa quando dicatur.*
9 *Conclusum postquam est in causa quanam admittantur.*
10 *Conclusum in causa relatiue in foro Papiensi nunquam dicitur.*
11 *Instantia regulatur etiam quilibet articulus.*

Tandem illa Causidici cura esse debet, vt causæ sollicitatorem habeat expertem, & quia Causidicus ipse ob causarum multiplicitatem solus omnia perficere non potest; ideo necesse est, vt coadiutorem penes se retineat, iuxta illud *Non omnes omnia possumus.* Idcirco ad rem nostram tria sunt consideranda, videlicet:

Quisnam dicatur sollicitator,
Quodnam illius officium esse debeat.
Et deniq; defectuosus quomodo puniatur.

Quoad primum attinet, is † dicitur sollicitator 1
cui

cui cura etiam sollicitudo alicuius negocii gerendi committitur Spec. *in § generalia iudicia . versic. cura*
2 *vero & sollicitud. ne. tit. de iud.* Vnde sollicitus † dicitur inquietus , quasi solers & citus secundum Isidor. *in tit. de sollicitud.*

3 Quoad secundum dicitur, † dupliciter sollicitatorem esse considerandum, id est, vel simpliciter, vel secundum quid.

Primo casu simpliciter consideratus solicitator, is dicitur, qui nil sibi demādatur, præterquam simplex sollicitudo, cuius industria illa esse debet, vt Aduocatum, Causidicum & notarium causæ assidue instet, vel circa consilium præstandum, iudicium prosequendum, vel excipiendum, atq; Notarium causæ ad propositiones & seu exceptiones apud acta debito tempore deferendas curandum.

At secundo casu præponderatus, id est, cui nedum simplex cura, de qua supra, sed est scripturarū confectio, est demandata, illius solertia circa infrascripta peragenda versari debet, omissis namque iis, quæ circa processus fabricationem necessaria
4 sunt, de quibus egi supra in *cap. 26*, vbi pro † actore negocium gerat, sollicitus sit iuxta stylum fori Papiensis, vt quam primum formetur per Causidicū libellus, siue petitio, illaque parti intimetur. Parte vero rea debito tempore non comparente, eidem accusetur contumacia; Si vero comparuerit, ipsius comparitionis copiam statim habere studeat, & eidem respondere p Causidicum; curet tēpore congruo ; ne ob temporis legitimi lapsum, clauso actu, responsio minime admittatur, nisi per expensarum refectionem. Et vbi contumax sit reus tunc properet quod dictetur interlocutoria, reum haberi

Digitized by Google

haberi debere pro conuicto & confesso vbi adsit in præcepto iu[r]amen[t]um calumniæ sub pœna, vel condemnatio dictetur vbi illa eadem in præcepto fuerit comminata, quæ subscripta per iusdicenté, & in actis prius per notarium Actu[a]rium eidem inscriptis die, & hora rogatus, aduersanti erit intim[a]nda cum iussu ad parendum, alias ad videndum concedi mulct[a]m & condemnationem si p[r]æceptum fuerit pœnale, ac licentiam siue executionem pro petitis. Quo in termino si compa[r]uerit reus, & deduxerit vel appellationem ab interlocutoria, vel petierit admissionem ad nouas defensiones, tunc ex arbitrio iudicis, vel appellationi erit deferendum, vel aduersam partem ad nouas defensiones, prius solutis expensis admittẽdã; quod vltimo loco sane dictum indistincte hoc in foro Papiensi obseruatur, ob diuersas Doctorum sententias circa primum caput, an † scilicet à declaratione h[a]beri pro conuicto & confesso detur appellatio, vel id minus, & de qua quæstione habetur ex Magon. *decisio. Lucen. 49. nume. 3. cum ibidem annotatis in litera B.* alias vbi sententi[a] non super declaratione, sed super conde[m]natione prolata reperiatur, vti que aliquando appella[t]io interposita admittitur, si vero nec appel[l]ationem deduxerit nec admissionem petierit, sed vel deduxerit obstare quidquam impeditiuum executionis petitæ, & tunc illud probare intendens petierit dilationes & eo c[a]su sta[t]uendæ sunt dilationes petitæ, ad ea quæ dedux[i] supra *in cap. 10. num. 3.* & iuxta ea q̃ colligũtur ex Marant. *de ord. iudic part. 6. de dictio.* & ex Spec. *in* §. *videndum restat. num. 1. sub eod. tit.* & statim dilationes arbitrio iudicis statuendas reo 5

Y dati

dari studeat, assentientibus & iudice, & parte, in quibus si probatio fortassis fiet per testes, curet quod à Causidico dictentur quæstiones contrariȩ, testibus ex aduerso producendis adhibendæ super capitulis transmissis, atque in termino examinis testium, prius electo interrogatore ex actoris latere, ipsi interrogatori quæstiones antedictas deferat, postmodum facta publicatione dictorum testium, illorum copiam quam primum habeat, eandemq; vel Aduocato vel Causidico deferat, illos flagitando, vt diligenter videant, an deposuerint veritatem, vel dolose & contrariantes, neque verisimiliter, neque veridice dixerint, & mox habito præcepto ad opponendum contra personas, & dicta testium sollicitet, vt opponatur contra ipsos testes vbi sint suspecti vel à iure prohibiti atque eorum dicta, vbi in iure vel in facto peccent. Porro si probatio fieri contingat per instrumenta, tunc animaduertere debet, an in forma peccent, vel circa substantialia contractus, in effectu principali quidquã patiantur. Sin autem nil per reum ad intimationem interlocutoriæ deducatur, nil aliud erit peragendum, præterquam quod à Causidico executio dictetur & à iudice expedita cum expensarum lista taxata, atque à notario Actuario die, & hora inscriptis subscripta exequatur.

6 At quando † pro reo quis sollicitudinem suscipit, tunc studeat vt comparitio quam primum, & tempore congruo apud acta deferatur ne de contumacia arguatur, & vbi per aduersarium replicetur, denuo respõdeat, ne actor superans videatur, præuideatque an petitio seu libell⁹ legitime fuerit formata, atque conceptus, neque obscuritatem, ine-

ptitu-

ptitudinem, aut contrarians, nec iuri consonans, quidquam contineat. Animaduertat autem vt hęc diligenter perscrutentur, ne prætermissis exceptionibus, quandoque actus inualidus conualidetur prout superius demonstraui *in cap 15. numero secundo & 3.* postmodum autem si impeditus, fortassis libello seu petitioni respondere non potuerit, & cōtra eum interlocutoria haberi pro conuicto & confesso, (vbi adsit comminata pœna) secuta videatur, cautus petat tempore debito siue à iure communi, siue municipali statuto, vel appellationem admitti, vel satius vt supra de actore dictum fuit nouam defensionem sibi dari, medio refectionis expensarum neque aliquo permittat pacto ad temporis ipsius lapsum deueniri, quoniam res iudicata (vt quotidie dici solet) de non ente entem, & de nigro album facit. Quare vel ad nouas defensiones, vel ad appellationem admissus, oportune suas deducat exceptiones, paratasq; habeat eius probationes, siue scripturam, siue testes illæmet desiderent ad elidendam actoris intentionem vbi fundata existat, alias nil probare tenetur, nisi fundamentum agentis, in iure siue in facto clarescat. Et per reum testibus productis, atque authore iudice examinatis, quibus ex aduerso quæstiones, seu interrogatoria cōtraria p̄stita extiterint, animaduertat, ne familiaritatis causa, siue pecuniæ corruptione, ante publicationem secreto aduersanti pandantur, ita vt contra capitulandi, malitiose doloseq; actori materia detur. Quo casu notarium † seu Actuarium, acta 7 secreta pandentem atque reuelantem quandoque Iudicis arbitrio puniendum esse dixit Decian. *in tract. crim. cap. 17. nu. 37. & 40. libr. 7.* quem sequitur

Digitized by Google

atque refert D. Menoch. *de arbitr. iud. cas. 357. nu. 26. centur. 6. libro secundo.* Iudex etenim, vbi in simili casu deputatus essem, contra talem sic animaduerterem, vt cæteris in exemplum id transiret, non vtique prætermitterem, sicuti pariter mortalissime peccant ii, qui notarios inducunt ad secreta processus nondum publicati reuelandum vt inquit Ala. *de Aduoc. & Causid. Christ quæst. 72. prope medium. ex traditione text. in c. noli putare. de pœnitent. distinct. 1.*

Nec ab re prætermittere licet, Aduocato causam iniustam relinquenti, non licere secreta sui clientis, & iniustitiæ ratione propalare, nisi tamen illorum occultatio alicui notabile afferret detrimentum, sic diuus Thom. 2. 2. *quæst.* 70. *artic.* 1. ad secundum sic in puncto docet Petr. Aragon. *in quæst. 71. artic. 3. circa finem.* & ibi aperte Michael Sabon *conclus. vlt.* sic pariter dictant Toletan. *in sum. cap. 60. versic. dico tertio.* Sot *de iustit. & iur. libro quinto. quæst. 8. art. 3.* atque Ludouic. Carbon. *in tract. de restitut. quæst.* 51. quos refert atque sequitur memoratus Ala. *vt supra in quæst.* 27. Sed ad rem de qua agitur redeundo, sollicitator tunc demum illorum publicationem petat, vt ipsa publicatione secuta, nihil suspicionis circa recapitulationem agentis emergat, facta itaque eorundem testium publicatione, illorum transumptum Aduocato siue Causidico deferat, & illos flagitet, vt recto prospiciant iudicio, quæ maior, & legalior erit testium depositio, vel ad intentionis actoris fundamentum, vel ad ipsius intentionis exclusionem, præponderando contrarietates, repugnantias, tam in iure quam in facto consistentes. Et exinde vbi sequatur in causa conclusio, & tunc demum

in cau-

Digitized by Google

in causa † conclusum dicitur, quando probationibus, & allegationibus per partes renunciatur Gail *obseruat.* 107. *numero tertio* & de conclusione in causa, & quæ admittantur post illam, ac de iuris allegationibus videas Marant. *de ord iud. in tit. de conclusi. in causa. libro sexto.* quamuis (vt à nonnullis Causidicis Senioribus intellexi) in hoc foro Papiensi nunquam † detur conclusio in causa & allegationibus apud acta delatis, quomodo, & quando eidem parti sint edendæ videas D. Menoch. *de arbitr. iud. cas.* 175. *& in fine.* concludit ex stylo fori apiensis, indistincte allegationes iuris expensis petentis edi, & si aliter seruetur, ex stylo regionis Pedemontium, vt ibidem cauetur. Attamen vt plurimum allegationes iuris ex stylo fori Papiensis non exhibentur, sed iudici illæ deferuntur, simpliciter parte etiam non citata, licet interdum motiua per iudicem excitata parte aduersæ per instantem partem intimentur, ad hoc vt in tempore statuto pars citata illorum resolutionem reportare curet iuxta Iudicis mandatum. 8 9

Quid autem si eueniat in foro conscientiæ Aduocatum facilime respondere posse dubiis per Iudicem eleuatis, sed ex quo Iudex forsan non recte informatus aliis de causis & rationibus implicitis, & seu subticitis neque per eum cognitis, nunquid præter motiuatorum resolutionem possit eadem subticita in medium deducere, ad hæc prospicias ea, quæ tradit Ala. *in tract. de Aduoc. & Causid. Christ. quæst.* 36. hæc dicens, videlicet:

Ex his quæ supra dixi non posse Aduocatum "defendere causam, quam videt esse iniustam ori- "tur proposita quæstio, sæpe enim Aduocati non "

„ consuluntur in principio causæ sed duntaxat
„ quando opus est di'uere obiectiones à iudice fa-
„ ctas, & sæpius accidit Iudicem dubitantem non
„ attigisse verum statum causæ. & propterea eius
„ argumenta facile ac vere posse refutari, sed tamē
„ ex processu applicato ad terminos iuris, alia col-
„ ligi possunt contra suum clientem, quæ prudens,
„ & ingeniosus Aduocatus animaduertit, non ad-
„ mittere veram responsionem, & consequenter
„ causam esse vere iniustam; In qua sane dubitatio-
„ ne obseruandum est, Aduocatum non consuli
„ super tota causa, nec tātum honorarium illi per-
„ solui, quantum causa exigeret. In hac igitur quæ-
„ stione vsu frequentissima, propēdeo in eam sen-
„ tentiam non posse Aduocatum impendere ope-
„ ram suam ad dissolutionem obiectorum, perma-
„ net enim firma relata conclusio omnium Theo-
„ logorum, Canonistarum, eum mortaliter pecca-
„ re, qui sciens defendit causam iniustam, atqui
„ proponitur esse talis hæc de qua agitur, ergo &c.
„ Aut enim litigator sciebat causam iniustam esse,
„ cum detulit scripturas ad Aduocatum, vt satisfa-
„ ceret dubitationibus iudicis, aut non: si sciebat,
„ peccaret Aduocatus cognoscens, & ipse causam
„ iniquam, quia hoc modo cooperaretur ad malū:
„ si vero nesciebat, sed erat in bona fide, vtinq; Ad-
„ uocat⁹ esset author mali, & teneretur ad damna,
„ nō solū aduersarii, sed etiā proprii cliētis. Nec ob-
„ stat, quod non consulatur super tota causa, quia
„ non est inspiciendum desiderium clientis,
„ sed quid facere habeat Aduocatus Christianus,
„ & ego quandoque obseruaui, ad me defer-
„ ri aliquem magnum processum, in quo com-

plica-

plicabatur vna pagina, quam dicebat Causidicus "
solam esse videndam, & tamen opus fuit euolue- "
re totum processum, quia solus Aduocatus, & "
non cliens aut Causidicus scire potest quid sit ne- "
cessarium ad veram intelligentiam, & iustam de- "
fensionem causæ; & profecto nõ video, quomo- "
do in causa iniusta possit Aduocatus respondere "
aliquibus obiectionibus, sine mendacio, & dolo, "
nam in primis opus est, vt iaciantur fundamenta "
intentionis ipsius clientis, vt deinde possint con- "
futari argumenta iudicantis. "

Si igitur intelligit Aduocatus, hæc fundamen- "
ta non subsistere in iure, & conscientia, præter a- "
liquas rationes à Iudice non cogitatas, sequitur "
necessario eum non posse respondere dubitatio- "
nibus iudicis absque peccato mortali: nam licet "
imperitus Iudex iudicaret pro cliente, & illa sen- "
tentia iniusta transiret in iudicatum, non tamen "
potest cliens aut Aduocatus in foro conscientiæ "
illá sustinere, vt suo loco docebo. Desistat igitur "
à patrocinio & moneat clienté de iniustitia causæ "
& si circũstantiæ id postulabunt, reuelet secreta "
causæ, & rationes iniustitiæ, iuxta doctrinã D. Tho- "
mæ & aliorum, de quo supra. Quæ omnia notan- "
da sunt ad declarationem eorum q̃ scripsit Graff. "
lib. 3. decis. Aur. cap. 8. part. 1 in primis. vbi inquit, "
quod Aduocatus defendens causam iniustam, "
mortaliter peccat, licet aliquod caput iustum ꝑ- "
secutus fuerit. Si enim intellexit de aliquo capite "
iusto & separato, male iudicio meo sensisset; "
quoniam quando plures res, vel diuersæ summæ "
petuntur vnico libello, dicuntur tot petitiones, "
quot capita. *l. scire debemus cum sua materia. ff. de verb.* "

„ *obligat*. Et poteſt eſſe litigatorem habere iuſtam „ cauſam in vna ſumma, & in vno capite, in alio ve„ro iniuſtam, ergo vel eius traditio intelligi debet „ in terminis præſentis quæſtionis, vel intelligi de„ bet, quando ſuſcepiſſet cauſam iniuſtam defen„ dendã; nã ratione iſtius mali propoſiti peccaret; „ licet proſecutus fuerit tãtummodo vnum caput „ iuſtum, quod non reſpiceret ſummam cauſę prin„ cipalis; defendendo enim aliquem articulum iu„ ſtum non excuſaretur ſi cauſa principalis eſſet „ iniuſta, nam hoc modo retardaretur tota cau„ ſa vt declarat Cagnol. *in l. eſt natura. n. 14. in fin ff. de* „ *reg. iur.* Iacob. Benius. *in tract. de priuileg. Iuriſconſult.* „ *priuileg. 71. num.* 12.

Et vt ad rem noſtram redeamus dicas q; ſollicitator contumaciam accuſet, declarationemq; aduerſariũ habere debere pconuicto, & cõfeſſo obtinere aude i(ſecuta con umacia in ſcriptis redigenda) & quoties illa eadem fuerit pœna vt ſupra cõminata; & exinde vtrinque ſtatutis dilationibus ad opponendum contra iura, & proceſſum in actis prius exhibita, atque productum, vna cum termino hinc inde probatorio ſtatuto, ſi quidquã quod in cauſa principali non probatum habeant, id in cauſa appellationis verificare poſſunt, & formato debito proceſſu, iuxta vel iuris communis, vel municipalis regulas ad peremptoria deueniendum erit, quibus tranſmiſſis, ſtudeant partes, & ſollicitatores, vt motiua eleuentur, & Aduocati vna cum Cauſidicis vtrinque audiantur, demum expeditionem quilibet procuret, quæ ſi ad fauorem rei proferatur tunc datur denuo actori appellatio vbi adſit grauamen, ſin autem ad fauorem actoris tendat,

tunc

tunc ex dispositione Nouarum Constit Mediolani. *sub tit. de appellat.* vlterius appellare non licet, sed ob sententiarum binarum conformitatem sententia primo loco lata executioni mittitur.

Sic vt plurimum seruatur in hoc foro Papiensi licet secundum diuersitatem casuum, & causarum alia quandoque in ciuilibus seruentur, & prout ordo illarum, & emergentium, independentium, annexorum, & connexorum, mixtim, & separatim expostulat.

Deniq; ordinem seruet sollicitator secundum quid vt supra declaratus, quem iura municipalia tradunt, vel consuetudo expostulat circa processuum instructionem & illud diligenter custodiat, vt instantia causæ sustineatur, neque pereat, siue agatur de causa ordinaria siue executiua, quoniam non solum quælibet causa regulatur instantia, vt cauetur. *ex l. properandum. C de iud.* sed & largo modo loquendo, quilibet † articulus instantiam habere 11
dicatur vt inquit Bal. *in l. prima. col 2. C. de iur. cal &* ibi Franc. Curt. *nu.* 8. quos refert Magon. *decis. Florent.* 89. *numero quinto.* Aduocatus autem, qui eius facto, & negligentia causam intra triennium expediri haud facit qua pœna puniatur, videas *l. properandum. § illo. C. de iudic.*

Lapsu instantiæ incurso, quomodo subueniatur, Contumaci autem qualiter succurratur Genuum quando sententia sine causæ cognitione prolata dicatur, hæc tria breuiter attingũtur.

CAPVT XXX.

SVMMARIA.

Digitized by Google

1 *Instantia perempta processus annullatur.*

2 *Acta ad litis decisionem tendentia an perempta instantia, & ipsa perempta dicantur.*

3 *Instantia in causis ciuilibus expirata per Principis insufflationem quoties reuiuiscere potest.*

4 *Princeps an restaurare possit instantiam nulla habita expensarum ratione.*

5 *Contumaci quomodo suffragetur.*

6 *Contumax ad hoc, vt quis dicatur quid requiratur.*

7 *Contumaciæ rei effectus quomodo tollatur.*

8 *Reus ad hoc vt morosus dicatur, atque pœnam incurrat, quid spectandum sit.*

9 *Contumax verus, & quis fictus dicatur, remissiue.*

10 *Citatus pluribus diebus ad comparendum, si reus compareat, actor vero non, & alia die actor compareat, reus vero non, quid peragendum.*

11 *Contumax quomodo puniatur, remissiue.*

12 *Contumax quotupliciter quis dicatur.*

13 *Contumacia quo magis crescit; eo magis punienda.*

14 *Contumaciæ nimiæ de causa prætor ex primo decreto missum in possessionem fructus lucrari decernere potest.*

15 *Contumaciæ effectus operatur, vt reo possessio auferri possit, qua purgata, illam recuperat, & infra, quod tempus Iudicis arbitrio id relinquitur.*

16 *Contumax pro confesso habetur.*

17 *Contumacia in id, quod contumaci est deterius, & aduersario vtilius semper interpretatur.*

18 *Contumaciæ aliquem ex iusta causa excusat.*

19 *Contumacem excusandi, quanam iusta dicatur causa, remissiue.*

20 *Contumaciæ casus excusabiles remissiue adducuntur.*

21 *Contumaciæ impedimentum excusari quomodo probetur.*

Digitized by Google

betur, & quando probatio per iuramentum admittatur, remissiue.

22 *Contumaci, Iudicis authoritas in iudiciis adeo supplet, vt eidem in pactis, & alterius praeiudicium parcere possit.*

23 *Contumacia nulliter accusata ob iudicis decretũ quandoq; consideretur.*

24 *Sententia absque causae cognitione prolata nulla dicitur.*

25 *Breuitas temporis circa causae cognitionem Iudicem praecipitantem arguit, & quando.*

26 *Cognitio causae quando adhibita dicatur.*

27 *Processus instructus quando manifestetur.*

28 *Instructa, quae dicantur.*

29 *Iudicis, parte praesente, quidnam intersit.*

30 *Tempus ex antiquorum dicto veritatis pater dicitur esse.*

31 *Consilio, quaenam sint contraria.*

32 *Iudex, qui allegationes non audit, de dolo tenetur.*

33 *Iudex super primo praecepto, ex stylo fori Papiensis, & ex ordine, nullam expeditionem subsignare potest.*

PORRO si dolo, vel negligentia, aut imperitia sollicitatoris pars iure proprio defraudetur, atque causa amittatur, quomodo succumbenti opitulabitur. Et dicas quod si per lapsum instantiae causa deperdatur, & quamuis perempta † instantia 1
processus annulletur secundum Afflict. *decisio. 70. in fine.* ac Rota Genuens. *decisio. 167.* attamen acta, † 2
quae ad litis decisionem faciunt, perempta minime cẽsentur Capel, Tholos. *quaest. 180.* Videas Bar. *in leg cum lite. numero secundo. Digest. iud. solui glos. in tit. de pac. Constant. in vsil. feud.* atque dict. Rot. Genuen. *decis. 13. numero sexto.* Quod tamen intelligas dierum

rum in causis ciuilibus, secus in criminalibus, quia elapso biennio, in quo datur in criminali causa instantia, non auditur vlterius accusator, volens suam accusationem iterare, iuxta sententiam Alexand. *in d.l.properandum.§.vlti.*& Bald. *in l.abolitionem. C.ad legem Iul. de adulter.* etiam si offerat soluere expensas ad inchoandum nouum iudicium, vt deduxit Salicet. *in l.prima. C.vt intra temp.cert.* modo singulariter obseruauit Mysinger. *obseruat.50.centur.3.* alias in ciuilibus, instantia etiam per lapsum triennii perempta, Principe, seu Senatu Excellentissimo flagitatis, per illorum insufflationem reuiuisit Grammat. *decisio.69 & decisio.91.* Boeri *decisio.247.num.10,* atque Caball. *Milleloq 974.quos etiam in proposito al-*
3 *legaui supra in capit* 11. *numer.*14. ita vt nedum † per insufflationem primo loco resuscitata, sed etiam secundo loco perempta, per eandem insufflationem adhuc reuiuiscere potest. Capic. *decis.*165. Sed an tertio loco insufflari valeat, videas Grammat. *d. decisio.69.nume.*4. Quocirca perempta instantia, Senatus Excellentiss. Mediol. per supplicem libellum, reassumptionem agitatorum concedere, seu Iudici demandare solet, habita illa expen. ratione,
4 quæ de iure. Animaduertas tamen instantia † perempta, suo rescripto Princeps restaurare potest, etiam expensarum nulla habita ratione, si ad illius supplicationem fiat, cuius causa perempta non dicatur. Sol. *in constitut. Sabaud.tit.de iud.glo 3.num. 5. & 6.* videns ad hoc pariter Grammat. *d.decisi.*91.

5 Si vero adhuc † vigente instantia contumax reperiatur, vel non comparendo, vel non tempore congruo apud acta, exceptiones, atque iura producendo, tunc demum ipsi contumaci opitulatur,

quan-

quando e integra, id est, nondum expeditione secuta, contumacia ipsa ratione moræ purgatur per expensarum refectionem Quare intrepide sustinuit Boer. *decis.326.* quod scilicet contumax emenda non soluta in causa procedere non possit: quinimo, vt voluit Rebuf. *in trac. de expen. & interes. art.5. glo 1. nu.,8 & 10.3.* nedum ad refectionem expensarum teneatur contumax, sed etiam & oportet vt contumax satisdet de iudicio sisti, ac de iudicii obseruatione; vnde contumacia à iudicio contumacem repellit, donec expensarũ refectio sit secuta. Quomodo vero & quando contumax admittatur videas D. Menoch. *de arbitr. iudi. q.36 lib. primo. & cas.154. lib.2.*

Aduertas tamen † quod nunquam quis contumax dicitur, nisi eius contumacia accusetur, & contumaciæ † rei effectus omnis tollitur, circumducto termino ob actoris absentiam. Osas. *decis.3. nu.1. & 4 & decis.71. n.5.* Thesaur. *decis.19.* & circumducto termino citatio reiterari debet And. Gail. *obseruat.59. l.1.* quos in ꝑpositio tulit Anesm. Trepat. *var. senten. sub tit. de contum. in princ. lib.1.* Et ad hoc vt reus † morosus dicatur, pœnamq; incurrat, quod necesse sit, vt contumacia accusetur, vt supra tradit d. Osas *d. decis.71 n 47.* & id quod de pœna dicitur, in vero, non autem ficto contumace locum habet. Rol. *in cons.47. vol.2.* 6 7 8

Quisnam tamen † verus, & quis fictus dicatur contumax, videas Rebuff. *in Tract. de contu. artic.10. glos.1. &* d. Rolan. *in c.47. vol.1.* Bart. *in l.1. C. quorum appellat.* & Thesaur. *decis.265.* atq; denuo videas Bart. *in l.9. ff. de in integr. restitut. numero* 10 *cum seqq.* 9

Sed fingas quod reus † citatus ad plures dies, vt 10 singu-

singula die compareat, si reus compareat primà die, actor vero non: postmodum autem alia die cõpareat actor, reus vero non, nunquid reus eo in casu contumax dici debeat? Hanc quæstionem tetigit Bart. *in l. prætor. la 2. §. si aliquando ff de oper. nou. nunc.* vbi determinant, quod eo in casu actor prima die non comparens, reo tamen dicto in termino comparente, teneatur ipsi reo reficere expensas, & citationem ipsam esse reiterandam, vt supra etiam
11 dixi. Et quomodo † contumacia puniatur vide glos *in l. non potest la 160. ff. de reg. iur.*
12 Nec prætermittas, quod tribus † modis quis contumax dicitur.

Primo, quando quis vocatus venire contemnit.
Secundo, quando malitiose quis se occultat.
Tertio, quando quis impedit, ne citatio ad eum
13 perueniat. Et quo † magis quis de cõtumacia arguitur, eo magis pœna contra eum crescere debet. *c. fin.*
14 *§. in aliis. extr. vt lit. non contest.* Quo fit vt † propter nimiam contumaciam possit prætor decernere, quod ex primo decreto missus in possessionem fructus lucretur. *l. 7. § diuus. ff. quib. ex cau. in poss. eat.*
15 Possessio † namq; à reo contumaciam auferri potest, qua tamen purgata, illam recuperat, sed intra quod tempus illam purgare valeat, illud per Iudicẽ arbitrandum dixit D. Menoch. *de arbitr. iud. cas. 479. lib. 2.* operatur enim contumacia, vt contu-
16 max † pro confesso habeatur. *l locorum. la* 11. & ibidem glos. *C. de omni agr. desert. libr.* 11. & contumacia
17 in id, † quod contumax est deterius, atque aduersario vtilius semper interpretatur Bart. *in l. quamdiu. la 68 ff. de acquir. hered.*

Et licet contumacia graue delictum dicatur, attamen

tamen † causa iusta ab ipsa contumacia excusat, 18
sicuti etiam impedimentum, rusticitas, atque mulieris sexus excusant, & quænam † iusta causa dicatur videas D Menoch *de arbitr. iud. cas.* 153. *libro secundo.* & † si casus, in quibus quis à contumacia excusatur, intelligere cupis, prospicias Rebuff *in Constit. Reg. in tract. de contum.* *tom.* 3. & de hac materia abunde disceptatur per Cassan *in consuetud. Burgund. tit. des iustices. Rub.* 1 §. 7. *glos.* 1. *& aliqua notatu digna scripsit* Gail. *obseruatio.* 60 *libr.* 1. nec omittas Spec. *sub tit. de contum.* 19 20

Quomodo † vero probetur impedimentum, & quando admittatur probatio per iuramentum, de hoc agunt Guid. Pap. *quæst* 64. *& quæst.* 205. D Menoch. *de arbitr. iud. cas* 118. *lib.* 2. Amanell. de Clarisaq. *singul.* 241 & Cassan. *in consuetud.* *Burgund. tit. des droicts.* §. 20 *glos.* 4. 21

Tandem † Iudicis authoritas adeo circa iudicia se extendit, vt contumaci in partis, & alterius præiudicium parere possit, vt cauetur *ex c.* 24. & ibi glos. *de offic. & potest. Iud.* 22

Illud tamen in publicis † prospexi sessionibus, quæ coram iusdicentibus fieri per Causidicos solent, quod scilicet parte citata ad publicum auditorium, sæpenumero hora præcisa, & facta ex ordine audientiarum lectione ab actuario, seu coadiutore, vt supra demonstraui *in cap.* 16. non comparente reo, vel tempore lectę citationis, absente partis Causidico, seu nullo respondente fit per ius dicentem decretum, vt scilicet expediatur causa cōtra reum, ipsiusq; decreti vigore, expeditio ipsa sequatur & apud acta deferatur, non expectata partis 23

compa-

Digitized by Google

comparitione tempore legitimo accommodanda, cōtumaciam reo accusando sub his conceptis verbis, videlicet, accusata est contumacia: trenta expeditione. Quo fit, vt quandoq; sequatur abusus, atq; absurdum, non enim semper id fieri licet, & præcipue quando super prima citatione in scriptis, apud acta non expectata responsione partis, ad ipsam expeditionem proceditur, & illa quidem
24 est in prōptu ratio, quia sententia † non procedente causæ cognitione prolata, ipso iure nulla dicitur, & eandem nullitatis vitio palpabili laborare, ex magis communi, & veriori sententia authoritatibus quamplurimis firmauit Vant. *de nullit. process. sub rubr. de nullit. ex defect. processſ. numer. 31. & 36.* Ideoq; ab huiusmodi præcipitatione *sub num. 33.* ab-
25 stinere Iudices hortatur, quo loci narrat quod † etsi in dubio sententia cum causæ cognitione prolata præsumatur, nihilominus (vt inquit) multoties huiusmodi præsumptio ex breuitate temporis tollitur. Vnde (subdit) si Iudici vna die processus causæ, seu magnum registrum præsentaretur, & altero die pronunciaret sententia tanquam causa non cognita, & actis non visis lata, esset ipso iure nulla, cum in tam breue interuallum & modicum temporis, iuris præsumptione, quis non potuerit merita causa videre, ac mature super his considerare, & deliberare: ad hæc faciunt nota per Dec. *in l. is apud quem. nu. 35. C. de eden.* Iudex igitur omnino nil in causa decernat; nisi præuia causæ cognitione,
26 quæ tunc † demum manifestatur, quoties fabricato processu, auditis partibus, atque visis scripturis id sequatur, *vt colligitur ex l. Iudices. & ibi Bart. C. de iudic. & ex cod.* Bart, *in extrauagant. ad reprimen. in verb. summa-*

summarie, & tunc † demum instructus dicitur pro- 27
cessus, quando Iudex pronunciare posse præuidet,
textus adest in promptu *in cap. cupientes. §. si vero. iun*
cta glos. in versic. duæ. & in versic. instruique supplet, ita
quod finiri. de electio. in 6. omnia etenim, † quæ sunt 28
parata, ordinata, & apta ad aliquid operandum,
seu ad finem suum deducendum; instructa nun-
cupantur. Mandosi. *in Tractat. de inhibit. quæstio.*
32. numero sexto, Vnde (ad rem nostram rede-
undo) Bald. *in l. ab eo. 3. opposit. C. quomod. & quand.*
Iud. dicit, quod quando pars præsens reperitur, de-
bet † Iudex admittere probationes, hinc inde au 29
dire, ventilare, discutere, & triturare in magno con-
flictu, quoniam vt inquit Rota *in antiq. decisio. 774.*
(sic referente Sylu. nupt. authore *in titu. quom. iud.*
in dub. numer. mihi 107.) aliquoties deliberatio tra-
hit hominem, & facit videre bonum, quod antea
malum apparebat, & antiqui dicunt, quod † tem- 30
pus est pater veritatis, prout refert Geil. *capit. 11. in*
fin. libr 12. & Aret. (vt inquit Neuizan. sub allegato
numer. 107.) *in consil. 65. incipien.* in præsenti dicere
non timuit, quod est magnæ mentis opus, licet ad
pauca respicientes de facili enunciet; & pariter di-
cebant Bias Philosophus, & Socrates, quod † con- 31
silio maxime contraria sunt festinantia, & ira, &
Iudex † qui allegationes nō audit, de dolo tenetur 32
ex Angeli sententia *in l. ex maleficiis. §. si iudex. ff. de a-*
ctio. & obligatio. propterea (inquit) Ias. *in præfat. pri-*
ma Digesti veter. & prima Cod. eum laudat, qui sic co-
gnoscit, videlicet, vt is qui iudicatur, ita prius rati-
onibus conuincatur, vt se se merito iudicatum fa-
teatur.

Quocirca non ab re decreuit † Vener. Colle- 33

Z gium

gium honorabilium, & sapiētum Notariorum huius Inclytæ Ciuitatis Papię, q̃ plurimis sapientissimis Causidicis ornatum, quod scilicet in qualibet causa, super primo iudicis iussu, seu primo præcepto, nulla dari possit neq; debeat expeditio, nisi vel partibus auditis, aut exceptionibus visis, quas citatus die proximo & subsequenti post citationis terminum apud acta præsentare potest, atque sic indistincte hoc in Papiensi foro seruatur.

Ideoque Iudices, patrocinantes, atq; sollicitatores, ab huiusmodi inconuenientibus caueant, ne Iudices de imprudentia, & inconsideratione, patrocinantes autem atq; sollicitatores, de calumnia atq; dolo arguantur.

Dolus aut malitia quomodo in aliquē redarguatur, ad hoc vt quis de dolo siue malitia teneatur, iuris medio deducitur.

CAPVT XXXI.

SVMMARIA.

1 *Defectuosus quotupliciter quis consideretur.*
2 *Dolus idem operatur quod malitia.*
3 *Dolosus quisnam dignoscatur.*
4 *Dolus manifestus, quisnam dicatur.*
5 *Dolus regulariter non præsumitur.*
6 *Fraus & dolus perspicuis probantur coniecturis.*
7 *Doli veri, & præsumpti differentia, remissiue.*
8 *Dolus ex coniecturis, quando probetur.*
9 *Dolus præsumptus qualiter manifestetur.*
10 *Dolus velatus, minor expresso dicitur esse.*
11 *Dolus, siue verus, siue fictus infamiam tribuit, & quando.*

12 Doli

12 *Doli condemnationem quis pati non debet, nisi indubitatæ concurrant coniecturæ, vel probatione interueniente.*

13 *Doli pœna non aufugienda.*

14 *Doli actio est arbitraria, & quando.*

15 *Coniecturis, & præsumptionibus ea probantur, quæ difficilis sunt probationis.*

16 *Coniecturæ & præsumptiones, quando liquidissimæ dicantur probationes.*

17 *Præsumptiones violentæ, & indubitatæ an aliquem in criminalibus condemnari posse patiantur.*

18 *Doli actio quando interdicatur.*

19 *Minimum quid dicatur.*

20 *Dolo qui vtitur, ad decipiendum aliquem, peccatum committit, & quando mortale dicatur.*

SVPEREST igitur videre, quomodo defectuosus patrocinium, seu causæ sollicitudinem suscipiens puniatur. Tripartite namque † defectuosum aliquem esse constituendum censeo, vel scilicet. 1

Dolo aut malitia interueniente, tantum enim operatur dolus, † quantum malitia, cum idem sint; vt inquit Bald. *in leg. quæ fortuitis. in princip. C. de pignorat. act.* 2

Imperitiaue existente,

Aut negligentia imperante.

Et quo ad primum dicitur, quod dolosus † quis dignoscitur, quoties malitiose quidquam agit, quoniam dolus (ex illius definitione iuxta Bald. sententiam *in d. l. quæ fortuitis. col. 3. C. de pignorat. act.* & quem etiam allegaui supra *in cap. 4. numer. sexto.*) est malitia in alteri⁹ damnum prorumpens, & quẽ dolum Doctores, quandoq; verum, interdum præ- 3

 sum-

ſumptum eſſe ſignificant,& præcipue Bart. *in l. quod*
4 *Nerua.numero* 14 *ff depoſ.* quo loci illum † verum atque manifeſtum deduxit eſſe dolum, qui ex manifeſtis indiciis,probatione interueniente detegitur, *per text.in l.dolum.C.de dolo malo.* quoniam regula-
5 riter † non præſumitur dolus *l. merito.ff. pro ſoc.* & Doct. *in d.l.dolum.* attamen ex eodem text. & ibi Bart. *in d. l. dolum.* cauetur ad prædictorum corroborationem,quod ſcilicet ea,quæ in animo conſiſtunt,directo probari non poſſunt, niſi tamen perſpicua indicia illa eadem manifeſtari permittant,
6 & quod † fraus & dolus perſpicuus probetur coniecturis ſuſtinuerunt Ozaſch.*deciſ.*111.*nume.*8. Boer. *deciſ.*101.Afflict.*dec.*69.Rot.Genuē.*deciſ.*168 *n.* 11.*&* 13.Crau.*in conſ.*192.*& in conſ.* 193.Iaſ.*de actio. in* §.*item ſi quis in fraudem.nu.* 40.D.Menoch.*de arbitr.iudic.lib.* 2.*caſ.*116.*nu.*21.*& in conſ.*108.*nu.* 15.*vol.* 2.*& in conſil.* 334.*n.*43.*li.*4.quos refert Areſm.Tepati.*var ſentent. ſub tit.de dolo malo,eius except.& fraud. notab.*6.& quæ-
7 nam ſit differentiæ ratio,inter † verum & præſumptum dolum,eandem dilucidat Bart. *in allegata leg. quod Nerua.nu.*15 *ff.depoſ.*

8 Et tunc demum † ex coniecturis probatur dolus,quando coniecturæ ſunt indubitatæ,ita vt animum iudicis certum reddant. Spec. *in* §.*fin. verſic. Tu autem.in tit. de expen.* nec prorſus omittas D.Menoch.*de arbitr.iud.caſ.*194.*num.*35 *centur.*2.*lib.*6.

9 At dolum præſumptum † aperte dignoſci attulit idem Bart. *in d.l.quod Nerua.nu.*4.*verſic.Tertio oppono.*quoties videlicet, diligentiam minorem in rebus alienis quam propriis adhibet,proindeque patefacit text. *in leg.dolus.la* 40 *ff mand.* quod qui non vult facere id ad quod ſcit ſe teneri & poteſt,in do-

lo ſa-

lo satis dicitur esse constitutus, at qui dolo facit quo minus possit, posse cauetur *leg. is qui. §. penult. ff. quod vi aut clam.* Idcirco Bar. *in l. Tutor qui repertorium. col. 2. in fin. ff. de administrat. tut.* illum dicit dolosum esse præsumendum qui non facit id quod scire debebat, vel sciebat se teneri; quod idem comprobat Alex. *in l. vbi. ff. de eden.*

De dolo præsumpto videas adducta per Guid. P. p. *sing.* 101. Decem pariter casus enumerat in quibus dolus præsumitur Crau. *in cons.* 142. Et exuberanter circa doli materiam respondit Felin. *in c. si autem. de rescript.* nec omittas Bart. *in tract. Testimon. in verbo, Dolus* ac nec prætermittas modos præsumendi dolum relatiue per me adductos supra *in Cap.* 4.

Et quamuis † dolus velatus, minor expresso dicatur, ex sententia Socin. *in cons.* 198. *incip. visis. versic. circa primum.* ibi, nam sicut. *lib.* 1. attamen † siue dolus fictus, siue verus dicatur, hunc & illum infamare dixit Bal. *in leg. si tutor. C. de interdict. matrim. int. tut. & pup.* quod tamen sane dictum procedere intelligas, quoties quis de dolo damnatus fuerit, vt clare disponitur per text. *in le. 1. ff. de his qui notan. infam. & ex §. ex quibusdam. Instit. de pœna tem. litig.* nec † simpliciter de dolo quis condemnari debet, nisi vel indubitatę concurrant coniecturæ, vt supra, vel probatione interueniente, de dolo condemnationem quis mereatur, prout nuperrime tetigi, quia alias non dolo sed per errorem quidquam committens, de dolo argui minime potest, vt in puncto deduxit Bal. *in l. etiam. C. de furt.* 10 11 12

Porro † quia doli pœna non est postponenda, ex doctrina Card. *in clem. 1. de foro competen.* Ideo a- 13

Digitized by Google

14 ctionem † de dolo esse arbitrariam, & dari aduersus illum qui dolose ab altero aliquid fuerit consecutus, & vbi iudicis arbitrio secutum non restituat, quanti ea res erit condemnabitur, infamiaque notabitur, si vero ante condemnationem restituerit pœnam prorsus euitari dixit D. Menoch. *de arbitr. iud. quæst.* 5. *numero tertio, libr.* 1. & sic doli actionem arbitrariam denominari, cum in mero iudicis arbitrio consistat sanxiuit Imperat. Iustin. *in* § *fuerat. Instit. de actio.* & consequenter dolosũ pœna extraordinaria, id est, arbitraria esse plectendum, quoties de vero, non autem de ficto dolo agatur, sic dixerunt & Cyn *in l.* 1. *ff. de crim. Stellion.* & Alex. *in l. omne delictum.* § *contumaciam. ff. de re milit* Quod tamen dictum sane intelligendum putauerim (rectiori sententiæ deditus) quoties fictus ille dolus per perspicuas coniecturas non apparẽs, seu non probat⁹, vt supra, sed sepultus extaret; dolus siquidem euidentissime probari debet, prout latissime differuit Contard. *in repet. l. vnica. C. si de moment. poss. ff. limit.* 11. *numer.* 5. quem sequitur Lud. ab Assis *decis. Lucen* 3. *num.* 58. alias etenim siue dolum verum, siue præsumptum inspiciamus, tunc illum impunitum prætermittere non licet, vt supra dixi,
15 coniecturis † ideo, & pręsumptionibus ea probãtur, quæ difficilis sunt probationis, atque in animo consistunt Ozasch. *decis.* 71. *numer.* 30. atque conie-
16 cturæ † & præsumptiones liquidissimæ probationes dicuntur. Vincent. de Franc. *dec.* 53. *num.* 4 & 7. Nisi tamen prædictorum patrum doctrinam quoad ciuilia traditam diceres, ad ea, quæ restringunt Papon *libr.* 24. *tit.* 8. *arest.* 1. & Crau. *in cons.* 158. *num.*
17 11. dum † ex indubitatis & violentis præsumptionibus

bus aliquem in criminalibus posse condemnari defendunt. Videas tamen Mathes *in singul.* 118. illudq; dictum solum procedere attestatus fuit allegat. Crau. *in cons.* 178. quoties non agatur de pœna corporali, cuiusq; articuli energiã videas ex Marc. de Mantic. *in singul.* 258 Actionem autem † de do- 18
lo non esse concessam demonstrat D. Menoch. *de arbitr. iud. lib. 2. cas.* 72. *num.* 10. quoties agatur de re non excedenti valorem duorum coronatorum, neq; dolum in re minima nocere, & quæ minima res † dicatur tradidit allegatus Marc. de Mantic. 19
in singul. 317. Quare ex Sum. Armil *in verbo, Dolus*, cauetur quod † dolus, siue machinatio in facto, siue 20
in verbo ad decipiendum ordinata peccatum est, prudentiæ virtuti opposita, & iuxta subiecti materiam, & mortale & veniale peccatum esse potest, mortale scilicet quando decipiendi intentio notabiliter est perniciosa, vt veniale si iocosa, vel officiosa, aut de re modica decipiẽdi fuerit intentio.

Imprudenter, imperiteue ex patrocinantis, vel sollicitatoris latere quidquam parti noxium secutum animaduersione quando sit dignũ.

CAPVT XXXII.

Svmmaria.

1 *Imperitia sollicitatoris, patrocinantisue an parti præiudicium parare possit, & an interesse debeatur, remissiue.*

2 *Imperitus quando, & quomodo puniendus sit.*

3 *Sollicitatorum nonnullorum cautela præiudicialis denotatur.*

4 *Actio de dolo, pœnam ad interesse secum trahit, & n. 6.*

5 *Heres quatenus ex defuncti dolo teneatur.*

6 *Dolosus ad interesse quanti intersit tenetur.*

7 *Doli actio per quantum temporis spacium concedatur.*

8 *Imperitia culpa dicitur.*

9 *Imprudentia culpa annumeratur.*

10 *Imprudentia quomodo, & quando, tum deducenda, tum probanda sit remissiue.*

11 *Culposus is dicitur qui non prouidet id quod prouidere debet.*

12 *Negligenter siue imprudenter causam perdens semper erga partem ad interesse tenetur.*

13 *Culpa & dolus quando cessare dicantur.*

14 *Culpa ex causato imperite vel negligenter; an patrocinanti, vel sollicitatori sit adscribenda.*

SECVNDVS Causidici, siue Sollicitatoris defectus is considerari potest, quando illius imperitia, imprudentiaue aliquod parti nocuum causatur. Quo casu tria sunt consideranda.

1 Primo, † an Sollicitatoris, seu Patrocinantis imperitia parti nocere possit.

Secundo, an ad interesse erga partem teneatur.

Tertio, quando sit puniendus.

Quoad primum, & secundum caput rem clarã, decisam, ac ad partes disputatam eneruauit Bart. *in hac quæst incip. Iudex per imperitiam.* Ideo in argumentum ab eo de Iudice loquente deducta diligenter cum solutione videas.

Quo vero ad tertium caput, breuiter distinguas quod aut † sub imperitiæ prætextu dolus interuenit aut simpliciter de sola imperitia quis est arguendus, primo loco tenetur, & contra talem actionem in factum dari, deduxit Spec. *in § fin. num.* 18. *& 19. versic. sed illud autem, certo. & versic. Item quare*

non

non datur actio. tit. de dolo. & contra patrocinantem, seu pro altera parte sollicitantem, dari pariter actionem de dolo, ac ad restitutionē deperditorum, & vbi is non fuerit soluendo. tunc læsus contra partem aduersam restitui posse; ne ex eius dolo aliquid lucretur, tradidit idem Specul. *mox allegato §. fin. versic. sed quid si ex industria Aduocati alterius sit læsus.* Quare ad rem nostram succedit illud, quod multoties † contingit, vt quis cœpto processu malitiose coram I. C. D. Iudice, aliquando citata parte, baruarium admonet Sollicitator ipse; vt relationem faciat tribunali I. C. D. Vicarii Prætorii, ad hoc, vt pars, quæ relationem debito tribunali minime inueniat, negligens tamen huic cautelæ præuidere, per diligentem perquisitionem, vti contumax sententiam, siue executionem patiatur, & ideo contra talem Sollicitatorem de dolo dari actionem, eandemque ad restitutionem deperditorum teneri, vtique vt supra dicendum erit. Sed si per baruarii errorem id secutum videatur, tunc sollicitator ipse curare debet, quod tale præceptum relationem baruarii continens, redigatur apud acta illius tribunalis, vbi cœptum est tale iudicium, deinde partem admonere, ad hoc vt exceptiones suas debito tempore proponat, illasque propositas apud acta reponat, alias enim nec ille à dolo excusaretur, ex doli definitione iādiu allegata in principio expositionis. Ad hæc faciunt ea, quæ supra deduxi *in cap. 18. circa medium.* Et quoad actionem † de dolo pœna est ad interesse, & si defunctus qui dolum commiserit † vltra triennium post commissum dolum vixit, non ipse sed eius heres, quatenus ad eum peruenit de dolo tenetur, *l. arbitrio. ff. de dolo & l.*

3 4 5

*vlt.C.eod.*videas Curt.Iun.*in conf.19.nu.4.* & Nicol. Carbon. *in sua praxi practic.cap.3. libro tertio, numer.*
9 *42.& nume. 56.*Et quod † ad interesse teneatur dolosus quanti intersit, videas adducta in argumentum à Spec.*in §.1.versic.Consiliarii autem electi.sub tit.*
7 *de requisit.consil.* Hanc autem † actionem de dolo intentare licet per spacium biennii, & non vltra, prout cauetur *ex l.vlt.C.de dolo.* & ibi Bart.

Si vero dolus abest,sed simplex imperitia inest, tunc satis dicitur quempiam in culpa esse constitu-
8 tum,imperitia † etenim culpa dicitur. *l.si quis fund.§. Celsus.cum §.seq.*& ibi Bald.*ff.loc.*sicuti etiam impru-
9 dentia † culpæ annumeratur.*l.sed & si.in fin.ff ad legem Aquil.§.imperitia. Instit. eod. tit.* sed quomodo &
10 quando † deducenda, atque probanda sit, videas Beneuenut.Strach.*in tract. de naut.nauig. & nauigat. num.2.& 3.part.4.*

Quomodo autem Doctor consulens, & quando de imperitia teneatur, vide quæ infra habentur
11 *in c.45.*& qui † non puidet,q̃ prouidere debet de culpa redarguitur.*l. qui occidit. la 30 § in hac.ff.ad leg.*
12 *Aquil.*Et q̃ patrocinans,siue per † negligentiã,siue per imprudẽtiam causam perdat,semper erga partem teneatur,punctualiter firmauit Spec.*allegato §. fin,versic.quid si per imprudentiam.sub tit.de Aduoc.*

Animaduertendum tamen illud est,quod quoties † aliquis ad bonum, non autem ad malum fi-
13 nem agit, tunc sibi, nec culpa, nec dolus adscribi possunt, quoniam vt inquit Spec.*in d. §.1. de requisit. consil. numer. 5.* prope medium sub his conceptis verbis; videlicet, absit enim, vt ea quæ propter bonum, & licitum facimus,nobis debeant impu-

puta-

putari, si quid preter nostram voluntatem inde cõtingat. *ex c. de occidentis. 33. quæst. 5.*

Rursus vtile iudicaui videre, an † patrocinanti, 14
vel sollicitanti causam culpa sit adscribenda, & breuiter dicas, quod si committitur quidquam faciendum per Causidicum Sollicitatori, quod quidem ob imperitiam Sollicitatoris aliquod attulerit parti detrimentum, & tunc ex Sollicitatoris, non autem Causidici imperitia prouenisse præsumẽdum est, nisi contrarium probetur argumento eorum, quæ deduxit Cyn. singulariter *in l. diem functo. ff. de offic. ass ff.* quod pariter singulariter dictum attulit Roman. *in singul. 289.* alias erga partem tenetur patrocinans ex electione de eo per ipsam partem ignoranter facta, iuxta per me deducta infra *in cap. 34. num. 13. cum seq.*

In negligentia deprehensus quis dicatur, postmodum autem negligentiæ effectus nonnulli describuntur, demum an negligẽtia præcise probari debeat rotundo demonstratur ore.

CAPVT XXXIII.

Svmmaria.

1 *Negligentia quid sit.*
2 *Negligens quare sic dictus.*
3 *Negligentiam dolo æquiparari, & quando.*
4 *Negligentia triplex dicitur esse.*
5 *Diligentia sicuti omniũ artium mater, sic negligentia eruditionis nouerca nuncupatur.*

6 Negli-

Digitized by Google

6 *Negligentiæ effectus qui sint.*

7 *Negligentem qui se accusare nolit, frequens sit, atque perseuerans.*

8 *Hæredis negligentia fideicommissario nocet.*

9 *Negligentia operatur, vt quis gratiam apostolicam, & beneficium sibi debitum amittat.*

10 *Negligentia circa beneficii impetrationem quomodo, & quando alicui noceat, remissiue.*

11 *Negligens, simpliciter, vel leui culpa damnificans, ad quid teneatur.*

12 *Conscientia nemini parcit.*

13 *Iudex ob nimiam negligentiam ab officio remoueri potest sicuti & ob nimiam crudelitatem.*

14 *Iudex negligens non præsumitur, nisi post eidem factam protestationem. & nu. 18.*

15 *Iudex ad hoc vt negligens dicatur an sufficiat vnica interpellatio, & quomodo probetur negligentia, remissiue.*

16 *Iudex quotupliciter negligens dicatur, & an litem faciat suam.*

17 *Omnis astrictus à lege vel pacto ad non negligendum delinquenti par est.*

18 *Interpellatio necessaria est ad hoc, vt Iudex in negligentia constitutus dicatur.*

19 *Iudex negligens quotupliciter teneatur.*

20 *Negligentiæ causa quis possessoria priuari potest.*

21 *Negligentia in præambulis, à petitione subsequentium excludit.*

22 *Negligens conuictus puniendus est, & negligentia causa est, vt quis exercitio suo priuetur.*

23 *Negligentia an præcise probari debeat.*

24 *Negligentia multifariam arguitur.*

EXPE-

EXpedit tandem vt negligentem causarum patronum, & sollicitatorem repræsentandum expediam. Quare ad huiusmodi articuli enucleationem tibi aperiam,

Quid sit negligentia;
Quare negligens sit dictus,
Quotuplex negligentia dicatur,
Negligentiæ effectus,
Quomodo, & quando de negligentia quis sit puniendus.

Et primo, negligentia † est eius, quid fieri debet vel potest, omissio, vel secundum Nauar. in Compend. *in verbo, negligentia*. proprie est defectus circa interiorem actum voluntatis, qui est electio, non quidem actus. Large vero est omissio alicuius rei, quæ fieri debet, & potest, & quæ sine mora esse non valet. 1

Quare (& sic secundo) negligens † dicitur, quasi non eligens, secundum Isid *libr. 10. & in c. ad secundum. de negligentia. libr. 2.* Videas pariter Soc. Sen. *in consil 51 incip. prosequendo. versic. septimo probatur. in fine. part. 1.* & qui absque impedimento ab eo facienda non perficit negligere dicitur. Bal. *in l. emancipata. C. qui admit.* quam hercle † negligentiam dolo æquiparari, deduxit Spec. *in §. 1. versic. vt autem. tit. de restitut in integr.* quod tamen verum intelligas quoties magna sit negligentia, quo casu lata culpa dicitur, & dolo æquiparatur Guido Pap. *quæst. Gratianopolit. 473. numero secundo.* Quo loci, & sic tertio loco tripartitam † constituit esse negligentiam, aliam scilicet, magnam dixit esse. *l. magna. ff. de verb. signif.* aliam autem dissolutam significauit per tex. *in l. fideiussor. in princip. ff. mand.* Aliam vero manife- 2 3 4

stam

ſtam eſſe deduxit, *ex l.2.C. de arbitr.tut.* cuius differentiæ notæ, atque deſignationes per eum ibidem manifeſtantur, quo fieri poteſt: igitur præcaueant ſuperius titulati, ne de negligentia imputentur;
5 quoniam † ſicuti omnium artium diligentia mater nuncupatur, ſic etiam negligentiam diligentiæ contrariam, eruditionis nouercam appellauit textus *in c.vlt 81. diſtinct.* ſic pariter dictauit Spec. *in § finu 4. de Aduoc.*

6 Ideoque (& ſic quarto loco) negligentia † parit offenſam, vt colligitur *ex c prædixerat. de pœn. diſtinct.* 1. Quoniam vt inquit Alber. *in ſuo Dictionar.* negligentia, ſequens tollit, & effectum ſollicitudinis
7 præcedentis euacuat. Ideoq; inſtantia † frequens requiritur ad hoc ne de negligentia quis imputari videat ex text. *in l ſi finita. § idem videamur. verſic. illud quæritur. ff. de damn. infecto.* Item vt ex eodem Alber.
8 colligitur Heredis † negligentia fideicommiſſario nocet, per text *in l. ſi heres § ſi temporalis. & ibi Bart. ff. ad Trebell.* Et an negligentia vnius, vel quoad vnum alteri noceat, aperit text. & ibi Bart *in l. heres ff. de cond. & demonſ.* & idē Bart. *in l. ſi ſeruus. ff. vi bon. rap.*

9 Item per † negligentiam quis gratiam apoſtolicam, & beneficium ſibi debitum perdere, & ſeu amittere eo loci deduxit ex text. *in c. ſi clericus. de præben. lib. 6.* remiſſiue tamen ad Abb. *in c. capitulum de reſcrip.* & Dominic. de Sancto Gemin. *in c. 1. § ei qui. de reſcript. lib. 6. & ad gloſ. in c. quæſitum de pœnitent. & remiſſ.* ad hoc vt in præcitatis locis videas, quando gratiam quis amittit, an etiam & quando notabilis dicatur negligentia.

10 Quomodo autem † & quādo negligētia alicui noceat, circa beneficii impetrationem, ad partes diſpu-

disputauit D. Menoch. *de arbitr. iud. cas. 572. centur. 6. lib. 2.*

Et quamuis allegari posset, simpliciter † aliquē ex negligentia, vel leui culpa damnificantem, pœnaliter non esse afficiendum, vt dicit Gomes. *de regul. Cancellar. de non iudic. iux. ver. supplicat. quæst.* 14. Attamen (subdit) quod id habet locum in foro contentioso, quod à foro cōscientiæ, sicut cœlum à terra differt. Ideoque in foro conscientiæ tunc teneri asserit ex Felin. *in c. si ut dignum. col. 4. de homic.* conscientia † namque nemini parcit. Præposit. *in c. 1. col. 1. tit. quæ sint regal.* 11 12

Item ob † nimiam negligentiam Iudex ab officio remoueri potest, sicut & ob nimiam crudelitatem, *text. est clarus in l.* 1. & ibi Bart. C. *de offic. præfecti vrb.* quem sequitur Foller. *in prax. crim. sub rubr. studeat se ornare. n* 12 *part.* 1. videas pariter Bal. *in l. si mancipia. C. de ser. fugit.* 13

Aduertas † tamen quod in iudice negligentia non præsumitur nisi post factam eidem protestationem, vt voluit Bart. *in l. damni. §. Sabini sententia. nu. 8. in fin. ff. de damn. infect.* neque eo in casu, nisi per interpellationem manifestatur. *l. item si verberatum. §. fin. ff. de rei vendic. & l. sin autem § homo. ff. eod. tit.* & ibi Doct. & quod propter negligentiam Iudex ab officio remoueri possit, aperuit D. Menoch. *de arbit. iud. in addition. ad quæst. 55. libr. 1 num. 27. quæ additio illius centur. 6 præcedit.* 14

Et ad hoc † vt Iudex negligens dicatur, an vnica sufficiat interpellatio, & quomodo probetur negligentia, videas Alex. *in cons. 79. lib. 4.* & Dec. *in c. si autem. de rescript.* 15

Sciendum quoque est, quod † Iudex dupliciter 16 negli-

negligens dici potest, vel male iudicando, vel iustitiam denegando, vtroque enim casu litem facit suam. Ioan. de Anan. *in c. excommunicamus. §. minuantur. col. fin. de haeret.* Vnde Angel. *in cons. 72. incip. pro parte negatiua. versic. tertio quia negligentia.* quem sequitur Dec. *super tit. de priuileg. in lucem prodito. per d.* I. C. Clarissimum D. Theodor. Meddam, *Patricium Papiensem de anno* 1565. *in c. dilecti.*
17 *in fine*. concludit † quod omnis astrictus à lege, vel pacto ad nō negligendū, negligendo delinquenti par est. Nec recedas à conclusione per me proposi-
18 ta, quod † nunquam Iudex negligens præsumitur, nisi postquam à parte interpellatio cōcurrat, quod confirmat Bal. *in cap. 1. §. Iudices. col. 3. versic. quaero etiā de pace iur. firm.* & Galder. *in cons. 3. in tit. de pœn.* atque Angel. *in cons.* 140. nec non & Felin. *in c. penult. de iudic.* post alios, quos in puncto refert Dec. *in d. c. dilecti. num.* 13.

19 Videas tandem † quotupliciter Iudex negligēs teneatur Gomes. *in regul. vtriusque Cancell. post quaest.* 28. *de trienn. possess. vbi triginta sex casus adducit.*

20 Item per † negligentiam quis possessione priuari potest, licet ius reale adhuc saluum remaneat Bald. *in l. 2. col. 13. C. de seruit.*

21 Item † negligentia in præambulis à petitione sequentium excludit Ozasch. *decis.* 115. *n.* 4.

22 Multi quidem † enumerantur casus, in quibus de negligentia conuictus, pœnę medio emendādus venit; quo fit vt negligentia causa sit iusta priuandi aliquem exercitio suo, iuxta Felin. sententiā. *in c. irrefragabili. de offic. ord.*

23 Illud tamen animaduertas, negligentiam † pręcise probari non debere, quia tunc satis probata dici

dici debet (sequendo Bartoli vestigia *in cons. 102. incip. charissime domine.* Isti nostri Nucerini. *li. 1.*) quando scilicet in obligatione quis tenetur ad factum certum tempore, & loco limitatum, & tunc eo ipso quod quis non facit eius est probata negligentia, nisi de impedimento is ostendat, idem dixi Felin. sequens Bartoli dictum *in c. sin autem. de rescript.* & semper inspicitur, quod quis facere possit illud quod omittit Verall. *dec. 226. part. prima.*

Multifariam † etiam arguitur negligentiam, vt inquit Alber. *in suo Dictionar. scilicet:* 24

Excommunicatione boni operis. *c. peruenit. dist. 8.*

Miseris subueniendo. *c. aurum. & c. seq. 12 quæst. 2.*

In corrigendo peruersos *c. error. 83. distinct. & in c. negligere 2 quæst. 7.*

In eruditione prædicatoris. *c. nihil. 83. distinct. c. sit rector. 43. distinct.*

Atque in pauperis defensione. *c. peruenit. & c. seq. 84. distinct.*

Et ideo culpam dixit Lud. ab Assis. *decis. 10. n. 10.* nil aliud esse quam deuiationem ab ea diligentia q̃ homines diligentes eius conditionis, & professionis adhibent; de casib. negligentiæ & illius effectibus præiudiciũ afferentibus, videas Gomes. de regul. Cancel. *sub rubr. de trien. posses. quæst. 28.* vbi ducẽtos & quatuordecim negligentiæ casus recenset, & superinde alios negligentiæ casus minime nocibiles affert: postmodum diligentia quid damni, vel commodi afferat hoc salubriter dictat quem pro tuæ libito voluntatis ibidem videre poteris.

Quibus negligens subiaceat pœnis demonstratur & an ob dolum, imperitiam, aut negligentiã,

Aa *in cau-*

in causa quidq; præiudiciale secutum, ratione damnorum per partem passorum, contra patrocinantem, an autem contra sollicitatorem causæ actio sit dãda, breuiter enarrat Author.

CAPVT XXXIV.

SVMMARIA.

1 *Negligens quomodo puniendus sit.*

2 *Culpa lata quænam dicatur.*

3 *Culpa leuis quotuplex dicatur.*

4 *Culpa leuissima quomodo consideretur.*

5 *Culpa leuissima quamnam secum pœnam trahat.*

6 *Diligẽtia vt laudanda est, sic & negligẽtia coerceri debet.*

7 *Officialis negligens, iudicis arbitrio puniri debet.*

8 *Iudex negligens, in ciuilibus quam mereatur pœnam.*

9 *Officialis in criminalib. negligẽs quib. subiaceat pœnis.*

10 *Pœna omnis, etiam à iure determinata, iudicis arbitrio committitur.*

11 *Pœna à iudice arbitranda, quæ à iure determinata non dicitur quomodo procedat.*

12 *Negligentia grauis, mortale peccatum inducit.*

13 *Negligentiæ, doli, imperitiaque ob causam nunquid ratione damnorum, an contra Causidicum, aut sollicitatorem detur actio.*

14 *Electio mala, est in culpa male eligentis.*

15 *Elegisti, eo sis contentus.*

16 *Mensor, nunquid de imperitia, aut negligẽtia teneatur.*

17 *Electio de aliquo facta, an scienter vel ignoranter præsumatur.*

18 *Solicitudo affectata, malam præ se fert cogitationem.*

19 *Clientulum qui pro viribus non defendit, peccat, & latro nuncupatur.*

1 SVPEREST autem vt negligẽtis pœnã † intueamur, & breui modo ac pauciloquio vtendo vna

eum Marant. *de ord. iud. sub rubr. quid sit iud. crim. vel ciuile. distin. 1. part.* 4. distinguamus atq; dicamus, cõsiderandam esse quandoq; negligentiam vti culpã latam; interdum vt leuem culpam. Aliquando vero leuissimæ culpæ annũmeratam.

Igitur si latam culpam eandem denominari cõtingat, & quam † deuiationem esse à diligentia de qua supra mox tetigi, & put pariter deduxit Bart. *in l. quod Nerua. n.* 17 *ff. de pos.* eo namq; casu pœnã esse dandam iuxta contractuũ naturam deposuit Bart. *in l. si seruum. n.* 3. *ff. de verb. obli.* & circa latæ culpæ pœnam abunde scripsit Marant. *loco de quo supra.* 2

Secundo vero casu, quoties scilicet negligens in leui culpa constitutus reperiatur, & quam leuem culpam † tripliciter esse distinguendam seu considerandam scripsit Bart. *in sæpius recitata l. quod Nerua. vers. sexto. n.* 26. *ff. depos.* optime distinctionis medio saluauit Marãt. loco precitato *sub n.* 68. authoritate Bal. *in l. data opera. col.* 2. *circa medium. C. qui accus. non poss. hunc in modum, videlicet:* 3

Aut culpa leuis cõsistit in omittendo seu negligendo, & tunc quis non punitur nisi ad damni æstimationẽ. Si vero consistat in faciendo tunc secus agendum erit, iuxta dispositionem iuris, atque casuum contingentiam, vt ibidem videre est.

Prout idem considerari retulit allegatus Marãt. *nu.* 70. in culpa leuissima, q̃ vt inquit Bart. sæpius repetita *l. quod Nerua. versic. septimo. n.* 27. est † deuiatio incircũspecta ab ea diligẽtia q̃ homines diligẽtes, & diligentissimi eiusdem cõditionis & pfessionis, dicit etenim allegat' Marant. hanc esse veritatẽ, q culpa † nõ puniatur nisi ciuiliter ad damni æstimationẽ. Cyn. *in l. si quis. C. de Episc* Bal. ac aliorũ p eum 4

Digitized by Google

6 recensitorum. Quocirca, quemadmodum † diligens laudari & præmiis affici solet, sic & negligens coerceri debere respondit Scæuola *in l. pupillus. in fine. ff. de his quæ in fraud. cred.* iura siquidem vigilantibus & non dormientibus subueniunt. Ideoq; † in
7 ciuilibus & pecuniariis causis, officialem negligentem pro iudicis arbitrio, quantum scilicet æquum videbitur ipsi iudici pro interesse partis puniri inquit Amadeus. *in tract. de Syndic. nu. 69. & 70.* casusque ibidem quamplurimos exprimens, in quibus quis de negligentia tenetur. Quinimo Put. *in Tract. pariter de Syndic. in verbo, contra magistratum. col. 1. nu. 5.* quem sequitur & refert D. Menoch. *de arbitr. iud. cas. 571. nu. 4.* memoratur, iudicem negligentem
8 † amittere salarium, vel eius partem, & aliquando teneri ad partis interesse, *& n. 7.* Subdit interdum ab officio remoueri posse, quandoque tandem suam facere litem.

At si officialis in † causis criminalibus de negli-
9 gentia conuictus demonstretur, tunc (inquit D. Menoch. *ibidem num. 5. & 6.*) quod pœna iudici arbitraria erga Fiscum erit plectendus, cum ob negligentiam nemo pœna corporali affici debeat, ad quem te remitto.

Tandem quod hæc sit pœna iudici arbitraria, hoc p tet, quoni m hodie (vt affirmauit M rant. *de ord. iud. distinct. prima. num. 65 part. 4.*) omnis pœna † etiã à iure determinata est iudici arbitraria, adeo
10 quod eam augere, & d minuere potest ex traditione legislatoris iuncta glos. *in l. hodie ff. de pœn.* ac Bal. Paul. de Castr. & aliorũ de quibus is meminit, inspecta senectute vel iuuentute, furore, ebrietate, calore iusto iracũdię, excellẽtia hominis in aliqua arte,

vel

vel aliquo ingenio, vt dixit Alex. *in l. quid ergo. §. pœna grauior. in addit. ad Bart. incipien. adde hic quod Iudex &c.*

Et licet † arbitranda sit pœna per iudicem à iure non determinata, attamen limitando deduxit D. Menoch. *de arbit. iud. cas. 557. n. 2. centur. 6 lib. 2* id nõ habere locum, quãdo subiecta materia suadet, debere etiam intelligi de pœna mortis à lege determinata, prout etiam *sub n. 3.* Iterũ non procedere dixit quoties lex pœnam grauissimam, vel seuerissimam animaduersionẽ cõsiderat, nã tũc de pœna mortis naturalis intelligendum esse, quamplurimis id affirmauit authoritatibus. 11

Negligẽtiã igitur prorsus quilibet euitare studeat, quoniam grauis † negligentia mortale peccatũ inducit, vt dixit Nauar. in Compend. *in verbo, negligentia. num. 2.* 12

Præterea tandẽ vtile mihi ꝓspicere videtur, an scilicet cõtra † Causidicũ, aut cõtra sollicitatorẽ experiri debeat cliẽs, ꝓ cõsecutione dãnorũ, ob dolũ, imperitiã, aut negligentiã eorundẽ, & eorum alterius, per ipsummet clientem passorum. Quo casu articulum decidendo distinctionis medio sic erit dicendum, scilicet: 13

Aut cliens operas Causidici cõduxit, nulla cum sollicitatore interueniente cõuentione, nulloq; cũ eo habito verbo, & tunc Causidicus tenetur qui si sollicitatorem dolosum, imperitum, vel negligentem, eligit, sibi imputãdum; electio † si quidem mala, est in culpa male eligentis *d. l. qui nõ tam idoneum. & ibi glos. ff. commod. & l. si procuratorem §. si tutores ff. mand.* Si vero vtrumq; elegerit cliens, quorum alter defectuosus circa pdicta fuerit, tũ e erga 14

clientem illum teneri qui peccauerit fatendum erit & clienti id imputandum, nam (vt quotidie di-
15 citur elegisti † eo sis contentus *l.1.§ penult. ibi, sibi debent imputare suam falsitatem. & ibi glos. in verb. nō sunt audiendi. ff. de separat.* faciunt ad hæc ea quæ de mensore colliguntur ex text. *in leg. prima. §. hæc actio. ff. si*
16 *mens. fals. mod. dix.* vbi dicitur quod mensor † neque de imperitia, neque de negligentia imputandus est, quoties ab aliquo fuerit deputatus, quo casu eidem imputandum, qui talem imperitum, aut negligentem ad mensurandum adhibuit.
17 Sed an scienter, † aut ignoranter electionem secutam fuisse præsumatur. Ideoq; dicas vna cũ Melchiore Palarez. *in tract. de maioratu. part. prima. q. 19. n. 1. in fin.* quẽ memoratur D. Menoch. *de arbitr. iud. cas. 511. n. 11. centur. 6. libr. 2.* id iudicis arbitrio esse relinquendum, an scilicet is eligens præsumatur sciuisse electum illum fuisse indignum, si enim electus ille (inquit) in eadem Ciuitate & loco vbi extitit & eligens, & electus semper fuit, sicque deliquit, & verisimile sit eligentem id resciuisse, præsumptio est, quod scienter illum elegerit, si vero is electus abfuit, vel secreto ita deliquit, vt probabile sit electum ignorasse, præsumendum erit, quod ignoranter illum elegerit. Prudenter igitur animaduertant Aduocati, & Causidici penes se probos retinere sollicitatores ne negligentia sua sollicitatores suos inculpare sub excusationis clypeo valeant & ea considerent, quæ in medium attulit Ala. Cremon. *in tract. de Aduoc. & Causid. Christ. quæst. 54.* huiuscemodi recensens, videlicet:
„ Non est dissimilis superiori fraudi alia malitia
„ qua vti possent mali Aduocati, siquidem, vel ne-
„ gligẽtia vel immensa variorum negociorum mo-

le,quib⁹ obrui delectantur,aliquando non incũ-" bunt in causas;à clientib⁹ vero interpellati,causã-" tur iniuriam sollicitatorum; qui tamen fuerunt" diligentissimi in munere suo obeundo:in primis" ergo obseruanda sunt,simulatio,mẽdacia, negli-" gentia,inexcusabilis, & falsa accusatio sollicitato-" rum,& detractio famę Quoniã,cum illis saluatur" merces ad causã procurãdã,remaneret valde læsa" illorum fama, si cliẽtes crederẽt illos nõ pręstare" diligentiã,& fidem,& immineret dãnum sollici" tatori, eo quod nõ ita passim eius opera cõduce-" retur. Pręter igitur obligationem restituẽdę famę" subest in hac specie alia obligatio ad dãna Ludou." Carb. *in trac. de restit. q. 24. versic. sexta cõ. lusio.* vbi in-" quit ꝙ & si fiat restitutio famę, vel illa cõdonetur," adhuc tamen satisfaciendũ est ꝓ dãnis; & in omni" mẽdacio pernicioso,cuiusmodi est hoc,de quo a-" gitur,inest peccatũ,& obligatio ad dãna,vt decla-" rãt Sumistæ in verbo mẽdacium. Mãdẽt ergo me-" moriæ Aduocati Christiani quę supra exposui,vt" nõ recipiãt plures causas, quã bene & diligẽter a-" gere possint:hęc nãque est vnica ratio pręcauẽdi" sexcenta peccata,quę ex magno numero forẽsi-" um negociorum, & aliis occupationibus,quibus" ambitiose possunt detineri, indies consequuntur.

Neque crediderim Causidicũ excusationis esse" dignũ ad sui ipsi⁹ saluationẽ pręparãdã,dũ de ne" gligẽtia sollicitatorẽ litis amissę redarguere volẽ-" tẽ,pręcipue quãdo ad finẽ prauũ is sollicitator ab" eo deputat⁹ fuit,nõ principaliter ad litẽ sollicitã-" dã sed vti leno ad eruẽdũ à cliẽtis marsupio inde-" bitã pecuniã, culpã toti⁹ negligẽtię ipsi sollicita-" tori attribuere studet,quib⁹ animaduertens Ala." prædictus *in q. 94. infrascripta* scribẽs deduxit,videl.

Digitized by Google

„ In ædibus Causidicorum conueniunt multi „ Notarii, qui mercede statu a scribunt acta causa„ rum, & instrumenta conficienda, & ideo vnus„ quisque cupit obsequiis demereri beneuolentiã „ Causidici, vt illorum opera frequentius vtatur ad „ scribendum, & illi demandet causas sollicitan„ das: sed nonnunquam obseruari grauiter pecca„ re Causidicum in huiuscemodi distributione „ causarum, licet enim hæc distributio in suo gene„ re esset gratuita, & libere posset Causidicus sine „ peccato acceptionis personarum eligere quem „ Notarium mallet, nihilominus multæ circum„ stantiæ possent accedere, quæ iudicio meo trahe„ rent Causidicum ad peccatum mortale; veluti si „ aliquis notarius esset imperitus, imprudens & mi„ nime attentus in officio suo Causarum sollicitã„ darum: præterea esset inexplebilis auaritiæ, & cli„ entum sanguinem sugeret, non excusarem Cau„ sidicum à culpa mortali, si talem Notarium dili„ geret, & cæteris anteponeret, & obligatus esset „ ad omnia damna clienti, quę subiret ex ne„ gligentia, & malitia notarii, quem litigator mini„ me nouerat; Adhæc cum mali notarii sint mini„ stri omnium cupiditatum malorum Causidico„ rum, sæpe animaduerti, tales Notarios, qui essent „ è ciuili societate exterminandi, in delitiis haberi, „ eo quod eliciant & extorqueant impudenter pe„ cunias à marsupio clientum Causidico dandas; „ qua in re non excusantur Causidici ab extorsio„ ne immoderati salarii, licet videatur ad speciem „ sponte à clientibus offerri; nam notarius his frau„ dibus vtitur, sciente, & iubente Causidico, quã„ obrem sæpe deploro miserrimam conditionẽ

aliquo-

aliquorum notariorum bonæ conſcientiæ & mul " tæ virtutis in munere ſuo obeũdo, quos Cauſidi- " cus negligit, ac deſpicit, & ob id egeſtate ſorde- " ſcunt, ſed ſint lato animo, quoniam non ſolum in " futura vita Deus eos munerabitur, ſed etiam in " præſenti in omnibus periculis ſubleuabit, ſicuti " ſæpiſſime obſeruaui obſtupeſcẽs ineffabilem Dei " bonitatem & prouidentiam, qui diuino ſuo con- " ſilio, quod nobis viſum fuit caſu contingere, per- " miſit aliquos notarios timẽtes eum rogari de in- " ſtrumentis & teſtamentis primatorum ciuium, " quæ poſtea extracta in authenticam formam, fru " ctum vberrimum retribuerunt. "

Caueant igitur, tam patrocinium ſuſcipiens, quam & ſollicitudinem cauſæ complectens, ne dolo ſuo, imperitia, aut negligentia pars damnificetur, noxium autem quam id dicatur, ſupra declaraui, ſed ſolertes ſint, ne partes quidque his de cauſis detrimenti ſentiant, nec nimis † affectate ſolliciti 18 ſint, quoniam vt inquit Bald. *in l. ab Anaſtaſio. col. 2. C. mand.* Aduocatus in cauſa multum ſollicitus omnia mala cogitare præſumitur, idem dixit Luc. de pen. *in leg. 1. C. de lucr aduoc.* ſed equidem moderate, & caute id facere debent, alias † clientulum pro 19 viribus quis non defendens peccare dixit Spec. *in §. primo. col. 3. verſic. itẽ quod eſt præuaricator & infidelis. tit. de Aduoc.* & committere latrocinium attulit Caccialup. *in repet. l. diem functo. quaſt. 8 col. 2. ff. de offic. aſſeſ.*

Iuſtum & æquum quomodo differant, Iudex autem quando modo vnum, modo alterum ac interdum vtrumque ſeruare debeat, & ad hoc vt Iuſtum quidquam dicatur quænam con-

Digitized by Google

currant hilari fronte denotatur.

CAPVT XXXV.

SVMMARIA.

1 *Iustum ab æquo differt.*
2 *Aequitas quid sit.*
3 *Iustitia in mentibus quieuit iustorum.*
4 *Iudex salem scientiæ, & conscientiæ habere debet.*
5 *Scientia quid dicatur esse.*
6 *Conscientia quid sit.*
7 *Iudex, boni & æqui notitiam habere debet.*
8 *Conscientiæ quod est contrarium id ad gehennam ædificat.*
9 *Iudex quænam inter cætera principaliter obseruare debeat.*
10 *Conscientia quænam sequenda.*
11 *Rigor, & æquitas quando diuisim, & quando mixtim amplectenda.*
12 *Iustum, hoc verbum quotupliciter sumatur.*
13 *Aequitas quomodo distinguatur.*
14 *Ius, & æquitas quando inter se præferantur, remissiue.*
15 *Aequitatis verbum in rescriptis quomodo intelligatur.*
16 *Iustum quomodo in iudicio intelligi debeat.*
17 *Clausula per superiorem data Iudici, videlicet, Audias, & Iustitiam facias, quid importet.*
18 *Iustum ad hoc vt quid dicatur concurrere quænam debeant.*

QVINTVM porro notabile principaliter obseruandum eneruemus, quod vtiq; iusti amplexum patrocinãto cõplectitur. Quare quib. modis iustum explicetur, quidq; iustũ dicatur; & deniq; quot requirantur ad hoc vt aliquid iustũ consideretur, operæ preciũ diffundere haud me piget.

Sed

Sed priusquam ad vlteriora procedamus, sciendum est, quod † iustum ab æquo differt, nam vt inquit Azo. *lib.1.Instit.de iust. & iur.num.7.* 1 2

Aequitas † est rerum conuenientia, quæ in paribus causis paria iura desiderat, & omnia bona æquiparat, & dicitur æquitas quasi æqualitas, vertiturque in rebus, id est, in dictis, & factis hominum, vide pariter definitionē æquitatis infra *in cap.37.16.*

Iustitia † vero in mentibus quieuit iustorum: 3
Inde est (inquit) quod si velimus loqui, dicimus iudicium æquum non iustum, & hominem iustum, non æquum; abutentes tamen his appellationibus dicimus Iudicem æquum & Iudicium iustum.

Quod equidem Azonis dictum confirmationem recipit à Iustitiæ definitione, quæ & interiorem, & exteriorem indicat actum: animum igitur dignoscimus ex iustitia prouenientem, dum dicitur Iustitiam esse perpetuam & constantem voluntatem, (& esse iustum) at demum æquitas detegitur, dum ex ipsamet definitione colligitur, ius suum vnicuique tribuere necessarium esse. Proindeque Barbat. *in c. quoniā.§.in aliis.vt lit.non contest.* quē refert Neuizan. *in Sylu.nupt.in titu. quomodo Iudic.numero 90.* demonstrauit Iudicem † salem scientiæ, 4
& conscientiæ habere debere, alias mentem diabolicam, & insipidā prę seferre indicat. Quare cum scientia † quæ secundum Bart. *in Tract.Testimon.numero 71.* dicatur habitus speculatiuus, demonstratiuus ratione vera, considerans causas inferiores, ad animum referatur (ecce igitur Iustum tibi præsentatum) sed ne Iudex diabolicus dicatur, conscientiam habere debet, vt inquit Bal. *in l.2.C.de sentent.ex breuic.recit.* & quæ † iuxta definitionem diui 5 6
Thom.

Thom.*prima part. quæst.79. artic.*13. non est neque proprie habitus animæ, sed actus eius iudicatiuus interdum testificās quod fecimus, vel non fecim⁹, interdum accusans, vel excusans, declarando aliquid bene, vel male factum (& hæc denotant exteriora) & interdū dirigens dictando aliqđ faciendū vel non faciendū.*c.per tuas de Simon* (& hęc interiora significant) quem in puncto refert Nauarr.
7 *in Compend.in verbo, Conscientia.* Et qui pariter Iudex boni, † & æqui notitiam habere debet Foller.*in prax.crimin. in rubr. studeat se ornare.numero secundo, in fin part.*1. Ideo si conscientia, quæ secum æquitatem trahit, id enim † omne quod est contra conscientiam ædificat ad gehennam, vt explorat Sum. Armil. & quid iam factum, vel faciendum sit denotat, interioremque & exteriorem actum demonstrat: Idcirco Azonis propositionem, atque traditionem minime spernendam, sed amplectendam, vno dicamus ore.

Iure igitur merito Iudici salem duplicem conuenire dictum fuit. Vnde Foller. *in d.rubr. studeat se ornare.nu.*16.*hæc dixit, videlicet;*

9 „ Plane in leuioribus † causis proniores ad leni-
„ tatem Iudices esse debent, in grauioribus seueri-
„ tatem legum cum aliquo temperamento beni-
„ gnitatis subsequi *l.respiciendum. & l hodie.ff. de pœn.*
„ & debet habere respectum ad id, quod fieri solet,
„ secundum glos.*in d.l.respiciendū.& l si finita.in princ.*
„ *ff.de damn.infect.* punireq; debet cōiunctū sicut ex-
„ traneum, & magnū sicut paruum, cauereque de-
„ bet ab exceptione personarum *.l.fin.* & ibi glos.*ff.*
„ *de rer.diuis.* neque fauorem impietati pro viribus
„ impartire debet.*c. qui potest obuiare.*23.*quæst.*3. ali-

quando

Digitized by Google

quando enim secundum iura vtitur mera iustitia, quandoque rigore iuris, quandoque æquitate, secundum personas, causas, loca & tempora, *vt c. sicut dignum. in princip de hom. tc.* quinimo etiam æquitatem præ oculis habere debet, *l. quod Ephesi. ff. de eo quod cert. loc.*

His addas ea, quæ prudenter scripsit *in addition. ad Compend. Nauar.* admodum R. Petrus Ant. Lazarius, Sacr. Theolog. Doct. ac in patria Papiensi Ecclesiæ Cathedralis Canonicus, scilicet, Consciētia communis † non proprie est ab eo sequenda, qui disponendi secundum conscientiam habet facultatem, *ex text in c. iudicet 3. quæst. 7.* vbi cauetur iudicē nihil ex arbitrio suo facere debere, & ex proposito domesticæ voluntatis, sed iuxta leges pronunciare, statutis iuris obtemperare eundem oportere, et in authoritate Brun. à Sole. *quæst. 51. num. 132.* & ibidē subdit, quod terminus conscientiæ importat arbitrium boni viri & non liberam voluntatem. *ex text. in c. statutum. §. assessorem. post glos. de rescript. in 6. & glos. in clem. 1. in verbo, oneramus. de iur. patr. & ex doctr. antedicti* Brun. *in quæst. 12. nu. 15.* 10

Vnde Cic. in somnio Scip. *in princip. dixit, Iustitiam cole & pietatem.* Bal. *in l. Barbarius. col. 3. ff. de offic. prat.* Quare Cyprian. inquit, æquitas, & iustitia dulcore misericordiæ sit temperata, ad quam iudex semper inspicere debet. Archiepisc. Florent. *in eius Sum. lib. 4 tit. 5. ca. 19.* & prouide scripsit D. Menoch. *de arbitr. iud. quæst. 13. num. 16 libr. 1* virum bonum æquitatem, & veritatem spectare debere.

Quando vero † rigor, quandoque æquitas, ac demum quando vtrumque sit seruandum, videas Bonacos. *in tract. de æquit. Can.* Et ne à præparatis discedere 11

Digitized by Google

†2 dere videamur; Quibus † & quot igitur modis iustum capiatur, vna cum Alber. *in suo Dictionar.* sic dicamus, videlicet:

Iustum interdum, id est, legitimum intelligendum esse. *l.3 §.de illo.ff pro soc.*

Iterum, iustum, id est, verum dici denotat text. demonstratione *in l. Paulus. iuncta l. Libertinus. ff. de stat. hom.* Vnde æstimationem verum precium dicendã esse approbauit suffultus legislatoris medio *in l. si res æstimata. §. si mulier. ff. de iur. dot.*

At dictionem iuste, tantum de per se quantum rite, & recte importare tradit Ias. *in l. lecta. nu. 16. ff. si cert. pet. ex textus traditione in §. exheredatos. in versi. iuste. Auth. de hered. & falcid.*

†3 Neque prętermittamus quandoque † æquitatem primo modo distingui, contra dolum, & iniquitatem.

Interdum pariter distingui inter rigores & iuris regulas.

Aliquando ipsam mentem, & legis rationẽ dici.

Sæpenumero ius, & iustitiam nuncupari.

Vt plurimum Temperantiam siue æqualitatem prædicari Bal. *in c. ad hæc. col. 7. de pac. iuram. firm. l. fin. C. de fruct. & lit. expen.* idem Bald. *in l. omnium. C. de vectigal.*

Tandem quandam facti conuenientiam significari.

Ius autem, rigorem iuris scripti dici aperuit. *in l. 1. in fin. C. de leg.* quo loci pariter luculentissime dif-
†4 ferentiam † inter ius & æquitatem, & quando æquitas iuri & è conuerso præferantur, ponit, atque ad amussim recitat.

†5 Et licet † in rescriptis hoc verbum intelligatur, vt reie-

vt reiectis subtilitatib. & iuris solemnitatibus, quæ negocii veritatem non tangunt procedatur; id tamen non tollit, quin iuris ciuilis dispositio sequi debeat, & quæ omnino seruari debet iuxta Bal. doctrinam *in l. si pro ea. col. vlt. versic. vnde facit ad quæstio. C. mand.* sic pariter colligitur ex Bart. *in l. Quintus.* cum ibidem notatis, atque *in l. si fideiussor. §. quædam.* & ibi Claud. *in addit. ff. mand.*

Iustum igitur id quod est patrocinando Causidicus ipse suscipiat, quod quidem iustum † intelligo, vt illud scilicet adaptetur iustitiæ, & iuris, aut statutorum ordini. vt deduxit Angel. *per glos. valde commendabilem in d. §. exheredatos. Auth. de hered. & Falcid.* vbi pariter dixit, quod † si superior causam remittat sub his verbis; videlicet. Audias & iustitiam facias, quod illa verba iustitiam partis, & iuris ordinem importent. Quare Iustum † ad hoc vt aliquid dicatur, tria concurrere debent, videlicet: 16 17 18

Primo licitum esse debet secundum æquitatem.

Secundo decens secundum honestatem.

Tertio expediens secundum vtilitatem, sic Nauar. *in Compend. in verbo, Iustus.* Ideoque sigillatim, & vnumquodque eorum declaratione dignum existimaui, idcirco ad primum redeamus, atq; vt infra deducamus.

AEquitas quotuplex, hæc autem quando rigori præferenda sit & è conuerso, apparens autem seu sophistica æquitas omnino fugienda, & demum Iudici principaliter necessaria, vnico hæc omnia disponuntur contextu.

CAPVT XXXVI.

SVMMARIA.

1 Aequi-

1 *Aequitas quotuplex dicatur. & nu. 9.*
2 *Aequitas quando rigori præferenda. & num. 7.*
3 *Iudicis arbitrio, ea quæ committuntur qualem præ se ferant dispositionem.*
4 *Ius summum, summa malitia dicitur esse.*
5 *Aequitas non scripta ad æquitatem non scriptam ex identitate rationis trahitur.*
6 *Rigor, & æquitas æqualiter descripta, si reperiantur illorum cuinam prælatio sit danda.*
7 *Rigori quando præferenda sit æquitas, remissiue.*
8 *Aequitas disposita ab æquitate disponenda quomodo discriminetur.*
9 *Aequitas quotupliciter constituatur.*
10 *Aequitas propria quænam dicatur.*
11 *Aequitas simulata quæ sit remissiue.*
12 *Aequitate qui simulata vtitur, duplicem iniquitatem committit.*
13 *Aequitas motiua & præcisa extat.*
14 *Aequitas plena, atque germana quæ dicatur esse.*
15 *Aequitas quænam sequenda.*
16 *Aequitas iuris informationem desiderat.*
17 *Iudicandum quando sit, vel secundum legis verba, vel legis conditoris intentionem, remissiue.*
18 *Aequitas Thyriaca contra venenum dicitur.*
19 *Arbitrio boni virificti quidquam non dicitur quomodo sit sine ratione.*
20 *Aequitas & Iustitia in viro bono quales esse debeant.*
21 *Iudici necessaria quænam sint.*

QVOD igitur ad primum attinet, vt scilicet iustum secundum æquitatem licitum esse debeat, est aduertendum quod † multiplex dicitur
1 esse æquitas, scilicet:

SCRI-

Scripta,
Non Scripta,
Disposita, &
Disponenda.

Aequitas † tunc demum rigori est præferenda, 2
quando scripta reperiatur, secus si non scripta, &
rigor scriptus reperiantur. Doct. & præcipue Bal. *in l. placuit. C. de iud.* & legem scriptam æquitati nõ scriptæ esse præferendam disponit text. *in l. 1. & ibi Bart. C. de legib.* Item id verum dicitur; nisi tamen æquitas in genere, rigor autem in specie scripta reperiantur Bal. loco de quo supra Bart. *in l. nam natura. ff. de condit. indeb* Spec. *in* § *6. versic. nonagesimo sexto. de loc.* & Felin. *in c. cum illorum. de sentent. excommu. col. 2. circa med. ibi in gloss. in verbo, rigorem.* Docuit igitur Bart.
in d. l. 1. num. 5. C. de legib. Iudicem † in his, quæ illius 3
committuntur arbitrio æquitatem, sed in his quæ à iure determinata reperiuntur legis decisionem seruare debere nõ ab eo prætermissa Innoc. doctr. *in c. primo. de constitut.* quem pariter ad id allegaui supra *in cap. 28. num. fin.* non tamen semper illud locũ sibi vendicari dicas, quia multa sunt in iure certa constituta, quæ tamẽ ex æquitate moderationem, correctionemque recipiunt, prout eleganter deduxit D. Menoch. *de arbitr. iud. quæst. 51. n. 7. & quæst. 13. nume. 17.* Felin. *in c. 1. versic. fallit septimo. de constitut.*
quia sæpe summum † ius est summa malitia, (vt in- 4
quit Comicus) quod maxime procedit in pœnis. Alex. *in cons. 13. nu. 2. lib. 2.* Illud tamen est animad-
uertendum quod scilicet æquitas † non scripta ad 5
æquitatem scriptam ex identitatis ratione trahitur,
sic Bal. *in l. 3. C. de institut. & substitut.* Sed † si rigor & 6
æquitas generaliter, vel specialiter scripta reperian-

Digitized by Google

tur, tunc est æquitas præferenda. pars enim fauorabilior
7 præponenda. *c. odia. de reg. iur. lib. 6* & Abb. *in c. fin. de transact.* Quando † tandem æquitas rigori sit præferenda, late & diffuse excitat Felin. *in cap. secundo. in princip. de re iud.* & etiam tetigit *in c. ex parte. el secundo. statim post med. col. prim. de offic. deleg.* atq; Bal. *in leg. prima. ff. de iust. & iur. in versic. tertio opponitur.* & idem Bal. *in l. diuus. ff de restitut. in integr.*

8 Quænam † autem disposita seu disponenda dicatur æquitas, hoc tibi Bal. aperit *in l. si defunctus. C. de suis & legit.*

9 Iterum † duplicem æquitatem constituit Bal. *in quæst. statut. in verbo, æquitas.*

PROPRIAM scilicet &
SIMVLATAM.

10 Propriam siquidem illã appellauit, † quæ semper est vna, eademque permanet, *vt notatur ex l. 1. C. de in ius voc.* vel quæ in se eadem semper, & vbique & apud omnes est, vt inquit Cic. *de Repub. lib. tertio.*

11 Simulatam † vero æquitatem exponit Pennen-
12 sis *in leg. vnica. C. de reis postul. lib.* 10. qui ideo † simulata vtitur æquitate, duplicem iniquitatem cõmittere proposuit Io. Andr. *in c. vt circa. in fin. de elect. in 6. in nou.*

13 Extat † & Motiua, ac præcisa æquitas. Bal. *in d. l. si defunctus.* Mõta. *in l. omnibus quidem. ff. de reg. iur* Marsil. *in singul.* 660. quos refert Hippolit. Bonacos. *de æquit. canon. fol. mihi* 2.

14 Plenam † autem, & germanam æquitatem illam dici, quam grauiter & acute describit I. C. *in l. bona fides. ff. depos.* quẽ in proposito alleg. *d. Bonaco. sub tit. mox allegato fol. primo à tergo, in fine*, scilicet, quæ

non

non tantum ex naturalibus, vel iure gentium;
sed etiam vna cum præceptis ciuilibus, & prætoriis æstimatur, non ex vna circumstantia vel parte rei, siue ex vno certo respectu, sed ex totius rei, id est, perfecta & totali æquitate, quæ ex omnibus personis, & circumstantiis, quæ negocio gesto coniunguntur impletur, hoc est, summa quæ ex plena totius iuris, ac totius subiecti negocii symmetria consideratione resultat, & hanc (inquit memoratus author.) merito Triphonius *in d. leg. bonæ fides.* summam, id est, vndequaque absolutam æquitatem appellat, quasi legalem ipsam (vt inquit Arist. primo Ethic.) virtutem & iustitiam, de qua *in d. leg. in omnibus. ff. de reg. iur. & in leg. placuit. Codic. de*
iud. & in l. quod Ephesi. ff. de eo quod cert. loc. Nec † 15
quidem (subdit memoratus idem Author) æquitas adparens, siue sophistica sectanda est, sed rationi coniuncta attenditur, non nuda, vel imaginaria, & vt dicit Bal. *in rubr. Codic. de constit. pec. in cons.* 101. *lib. quarto, in nou. & in antiq. in cons.* 97 *lib. secund.* scilicet, homo sequi debet legis æquitatem, non proprii capitis, & securus quis est, si procedit per viam silicatam, hoc est, per textus legum. Vnde Rom. *in cons.*
149. *col penult.* inquit æquitas † debet esse iure in- 16
formata, late gloss. Butr. Imol. & Panormit. *in c. fin. de transact.* & idem Panormit. vna cum Felin. *in c. ex parte. de offic. deleg. hæc ille.*

An autem † & quando vel secundum legis ver- 17
ba, vel conditoris legis intentionem sit iudicandum videas admodum R. D. Lazarum *in addition. ad Compend. Nauar. in verbo, iudicare.* neq; prætereunda est doctrina D. Præsid. Menoch. *de arbitr. iud. quæst. 13. n. 17. cum seqq.* dum præexistente documé-

to in Crau. *in conſ.* 190. *nu.* 4. poſt Bal. *in conſ.* 211. *incip. illud malum inquit.* æquitatem ſpectandam eſſe
18 cum † ſit Theriaca contra venenum, ſic reſpondente Gozad. *in conſ.* 54. *numer.* 10. arbitrium enim hoc à iure regulatum eſſe debere, nec immerito
19 (ait) cum illud † viri boni arbitrio fieri non dicatur quod ſine ratione fit, vt egregie reſpondit Socin. Iun. *in conſ.* 91. *numer.* 13. *lib.* 3. & Rubeus *in conſil.*
20 156. *numer.* 12. Vnde (ſubdit) tanta † debet eſſe in hoc viro bono æquitas, & iuſtitia, vt in re aliena id agat, quod in re propria præſtaret. Ad quorum corroborationem dicitur, illud æquum eſſe in alium arbitrium, quod quis in ſeipſo arbitraretur, text. adeſt ſingularis *in l.* 1. & ibi Rom. *ff. de ſolut.* Quapropter Neuiz. *in Sylu. nupt. in rubr. quom. iud. in dub.*
21 *num.* 9. ſex enumerat † requiſita iudici neceſſaria, quæ ſunt hæc, videlicet:

PERITIA,
BONITAS,
DILIGENTIA,
ELOQVENTIA,
CONSTANTIA, &
PRVDENTIA.

Ideoque cauſam ſuſcepturus, id, quod iuſtum & licitum eſt ſecundum æquitatem præuideat, ne de æquo iniquus nominari mereatur.

Actus licitus ſecundum honeſtatem, quæ pars Iuſti dicitur, eſſe declaratur, at cum honeſtum ſub ſe æquum, & bonum contineat, ideo nonnulla de æquo & bono curioſe recenſentur.

CAPVT

Digitized by Google

Capvt XXXVII.

Svmmaria.

1 *Honestas verbum à nonnullis modestia connectitur.*

2 *Honestas quid sit.*

3 *Honestum quodnam dicatur, & num. 5.*

4 *Honestus quisnam dicatur.*

5 *Honestum id dicitur, quod fit secundum mores loci.*

6 *Testatoris verba secundum regionis consuetudinem sunt intelligenda.*

7 *Honestas dicitur in hominibus esse secundum Ciuitatis consuetudinem.*

8 *Honestum, id est, honeste actum exponitur.*

9 *Aequum, & bonum tantum significant, quantum piū, sanctum, rectum, & honestum.*

10 *Bonus homo, & homo bonus, quomodo inter se exponantur.*

11 *Bonus homo non dicitur is, qui aliquid pœnale committit.*

12 *Bonum, & æquum quomodo exponantur.*

13 *Verba in contractibus apposita, scilicet, A, cessit bonum ius, melius & optimum B. quomodo intelligantur.*

14 *Homo bonæ fidei quisnam dicatur.*

15 *Aequum illud dicitur, quod ex æquitate prouenit.*

16 *Aequitatis definitio.*

17 *Societatis ex causa inter fratres de bono & æquo est agendum.*

18 *Diuisionis quæstio ex bono & æquo tractari debet.*

19 *Testatoris voluntas, ex bono & æquo interpretari debet.*

20 *Lex omnis, statutum, vel consuetudo iuxta bonum, & æquum sunt interpretanda.*

21 *Patre, & filio controuertentibus, non iuris apices, sed æquum, & bonum sunt amplectenda.*

Digitized by Google

22 *Aequum hoc verbum à Geometra prolatum quomodo intelligatur.*

23 *Aequum à legislatore significatum quomodo sit intelligendum.*

24 *Bonum, aequo oppositum quomodo sectandum.*

25 *Aequum, & bonum maximae existimationis esse dicuntur.*

26 *Pietas, & aequitas iustitiae principales sunt partes.*

27 *Pietas quid sit.*

28 *Boni, & aequi forus, cõscientiae etiam forus dicitur esse.*

SECVNDVM igitur requisitum ad hoc vt Iustũ quid dicatur respiciẽs actum licitum secundum honestatem, breuiter prospiciamus, atq; dicamus secundum Gregor. Reisch. *de princip. Philosoph. mor.*
1 quod hoc verbum † *honestas* à nonnullis modestiae connectitur, & haec (inquit) in quibusdam in tantum ascendit, vt non timore poenae nec vituperii turpia non faciant, sed virtutis amore, & vitii odio male agere abhorrescant; hinc Seneca ait, si scirem Deos ignoscituros, & homines ignoturos, denique peccatum abhorrerem.

2 Honestas † autem quid sit, videas Archid. *in c. erit autem lex 4. distinct.*

Honestatem pa[illegible]iter dixit Antonius Maria Spelta in suis de primordiis dicen. Commentar. de laude scilicet & de vituperatione, illam esse, ex quà splẽdor aliquis atque Ill. honor in eos, qui aliquid gesserunt emanaturus sit: denique inquit idemmet Author. Honestum † est id, quod per se expe[illegible] & si nulla inde, aut vtilitas, aut voluptas se[illegible] [illegible] fortitudo est honesta, non enim (dicit) [illegible] vitae vt fortis nomen consequamur. Qua[illegible] [illegible]nestus is † dicitur, qui nihil turpitudinis habet

Digitized by Google

habet secundum Isidor. Etymolog. *lib.* 2.

Honestum † id etiam dici debet, quod fit secundum mores loci, prout significauit Aret. *in §. iuris præcepta. in princip. Instit. de iust. & iur.* dum ex eodem §. iuncta glos. interpretando dicit, quod si quidquã mulieri relinquatur, donec honeste viuat, quod tunc honeste mulier viuere dicitur, quando viuit secundum mores loci, ea potissimum ratione, quia † testatoris verba secundum regionis consuetudinẽ sunt exaudienda, adducens text. *in l. cum de lanionis. §. asinam. ff. de fund. instruct.* Vnde honestas † etiam dicitur esse in hominibus secundum Ciuitatis consuetudinem Bart. *in l. testes. nu.* 2. *C. de testib.* 5 6 7

8 Iterum honestum † illud dici consueuit, id est, honeste actum, quando quidquam expenditur pro aliquo, vt gradatim honores consequatur, glos. *in l. quæ vtiliter. ff. de negot. gest.*

Tandem Ioachimus Operus, in Tract. *de iuris arte.* quem ab re non prætermittit Bonacos. *de æquit. canon fol.* 6. *circa princip.* & cuius operis sententiæ in hoc adhæreo, dum iuris definitionem tradit, hæc subdens inquit, quod scilicet tantum † significat æquum & bonum, quantum pium, sanctum, iustum, rectum & honestum. Quod pariter dictum amplexum fuisse Vacon. *declarat. iur.* 22. antedictus memoratur Author. Hinc † est quod bonus homo intelligitur sanctus & honestus, ad differentiam hominis boni, quoniam quoties non bonus homo, sed homo bonus quis dicitur eo in casu non de sancto & honesto, sed de virili & probo intelligitur secundum Hostiens. *in Summ. de magistr. §. si quis dicatur magister.* Neque bonus † homo dicitur, qui aliquid pœnale committit. *leg. si* 9 10 11

pendente. §. *fin. ff. de vsufr.* Et bonus vir quis dicatur vide plene per Bal. *in l. iustitia. in fin. ff. de iust. & iur.* qua in lege & in eius §. fin. Doct. moderni, de bono & æquo ad amussim explicant. Qua de re dictiones
12 hæ † *bonum* scilicet & *æquum*, vtiliter & æquiter exponuntur. *l. quod si minor.* § *non semper. ff. de minor.* Et sic æquo, id est, iusto pariter exponitur Archid. *in c. 2. de re iudic. libr. 6.*

13 At quando † in contractibus hæc verba apponuntur, scilicet, A. cessit bonum ius, melius & optimum quod habet B. tunc pro bono intelligitur exceptio, pro meliore officium iudicis, & pro optimo directæ actiones Bart. *in l. 1. C. quan. & quib. quarta pars deb. lib. 10.* Roman. *in singul. 16.*

14 Et denique bonæ † fidei homo est, qui non habet in se dolum. *l. 3. C. de peric. & commod. rei vend.*

15 Illud porro æquum † dicitur, quod ab æquitate prouenit, & quæ æquitas iuxta sententiam Alberic. in suo Dictionar. est † rationabilis modus con-
16 tinens in se conuenientiam & rigorem. Differt ergo à iure, quia ius est decisio, quæ fit secundum iuris regulas; æquitas vero (vt ibi cauetur) est quædam conuenientia, quoddam temperamētum recedens ex causa à communibus regulis iuris, ex Bar. doctrina. *in l. prima. ff. de legib.* vide pariter æquitatis definitionem supra *in cap. 35. num. 2.*

17 Idcirco honestum pariter dicitur æquum, & bonum, & inter fratres † ex causa societatis, de bono & æquo est agendum Riminal. *in cons. 144. nu. 22. li. 1. & in cons. 334. num. 1. vol. 2. & in cons. 440. in fin. vol. 5.* Bal. & Paul. de Castro *in l. penult. C. de collat.* Gallus. *in consuetud. Paris. §. 8 glos. 4. num. 8. & in §. 25. num. 6. libro primo.* & alios punctualiter refert atque sequi-

tur

tur Bonacoss. *loco de quo supra, fol. 5.* & ibi † ex æquo 18
(subdit) & bono, omnis diuisionis quæstio tractatur. *l. non amplius. § fin. ff. de leg.* 1. & ex Alciat. *in c.* 20. *n.* 1. *libr.* 6. & etiam † circa testatoris voluntatem in- 19
terpretandam, ex bono & æquo esse procedēdum a t text. & ibi Bal. *in l. in his. ff. de condit. & demonstr. &*
quod omnis † lex, statutum, vel consuetudo secun- 20
dum bonum, & æquum sint interpretanda, declarat, & expresse significat sæpe memoratus Bonacoss. recitato loco, vbi pariter inter † patrem, & fi- 21
lium non iuris apices, sed æquum & bonum amplecti debent ex doctrina Portii *in cons.* 139. *numer.* 23. *libr.* 2. Quare non immerito hæc protulit idem
author memorato loco, quod † hoc verbum æ- 22
quum à Geometra prolatum, id est, par intelligendum esse. At quando à legislatore † profertur,
Iustum secundum iustitiæ rationem interpre- 23
tari debere, quod idem respondisse (asserit) Stephan. Federic. *in tract. de interpret. iur. fol.* 46. *num.* 51. & si quandoque aliquid quod de iure non subsistit, omnino sortiatur effectum, & de facto seruatur. *l. qui habebat. §.* 1. *ff. de manum iss. testam.* Alex. *in cōs.* 107. *num.* 17. *lib.* 2. Et quando † bonum æquo op- 24
ponitur diuina iustitia, (tunc inquit) æquum potius, quam id quod ius ciuile bonum vocat amplectitur, cum perfecta iustitia hæc duo simul requirat. Bal. *in l. vnica. C. de confess.*

Quanti † autem sit magnifacienda æquitas, æ- 25
quumue aut bonum existimentur, id demonstrat Archiepisc. Flor. *in eius Sum. chart.* 4. *tit.* 5. *cap.* 19. Et quanti lex de ipso æquo & bono pariter magnifaciat, ex corpore iuris id desumitur & proinde allegat. Bonacoss. *fol.* 6. & 7. centum & viginti septem

leges de æquo & bono differentes enumerat atque tradit, quas ad libitum videre poteris.

Nec tamen ignores ea quæ cum grano salis scripsit Lactant. *cap. 15. de iustit. lib. 5.* dum huiusmodi profert, videlicet:

Iustitia quamuis omnes simul virtutes amplectatur, tamen duæ omniũ sunt principales, quæ ab
26 illo diuelli separarique non possunt, Pietas † & Ae-
„ quitas; nam Fides, Temperantia, Probitas, Innocentia, Integritas, & cæteræ huiusmodi, vel natura, vel institutis parentum possunt aliquo modo inesse hominibus qui iustitiam nesciunt, sicuti semper fuerunt. Nam Romani veteres qui iustitia gloriari solebant, vtique virtutibus gloriabantur, q̃ à iustitia proficisci possunt, & ab ipso fonte secerni. Pietas vero & æquitas, quasi venæ sunt eius. His enim duobus fontibus constat tota iustitia, sed caput eius & origo in illo primo est, in secundo vis omnis ac ratio.

27 Pietas † autem nihil aliud est quam Dei notio, sicut Trismegistus verissime definiuit. Si ergo pietas est cognoscere Deũ, cuius cognitionis summa est vt eum colas, ignorat vtique iustitiã, qui religionem Dei non tenet. Quomodo enim potest ipsam nosse, qui vnde oriatur ignorat? Plato quidem multa de vno Deo locutus est à quo ait constitutum esse mundum, sed nihil de religione, somniauerat. n. Deum, non cognouerat, quod si iustitiæ defensionem vel ipse vel quilibet alius implere voluisset, in primis religiones Deorum euertere debuit, quia contrariæ sunt pietati.

„ Quod quidem Socrates, quia facere tentauit in car-

in carcerem coniectus est, vt iam tunc apparet, "
quid esset futurum his omnibus, qui iustitiam ve- "
ram defendere Deoque singulari seruire cœpis- "
sent. "

Altera igitur iustitiæ pars est æquitas, æquitatē "
non dico bene iudicandi, quod ipsum laudabile "
est in homine iusto. "

Sed se cum cæteris coæquandi, quā Cicero æ- "
qualitatem vocat; Deus enim qui homines gene- "
rat, & inspirat, omnes æquos, id est, pares esse vo- "
luit, eandem conditionem omnibus posuit, o- "
mnes ad sapientiam genuit, omnib. immortalita- "
tem spopondit, nemo enim beneficijs eius cœ- "
lestibus segregatur: nam sicut omnibus vnicum "
suum lumen æqualiter diuidit, emittit omnibus "
fontes, victum subministrat, quietem somni dul- "
cissimam tribuit, sic omnibus æquitatem virtu- "
temque largitur. Nemo apud Deum seruus est, "
nemo Dominus, sic enim cunctis pater est, ęquo "
iure omnes liberi sumus. Nemo Deo pauper est, "
nisi qui iustitia indiget; nemo diues nisi q virtu- "
tibus plenus est; nemo denique egregius, nisi qui "
bonus & innocens fuerit; nemo clarissimus, nisi "
qui opera misericordiæ largiter fecerit; Nemo p- "
fectissimus nisi qui omnes gradus virtutis imple- "
uerit. Quare nec Romani, nec Græci Iustiti- "
am tenere potuerunt, quia dispares multis gra- "
dibus homines habuerunt, à pauperibus ad diui- "
tes, ab humilibus ad potentes, à priuatis deniq; "
vsq; ad Regū sublimissimas potestates; vbi enim "
non sunt vniuersi pares, æquitas non est, & exclu- "
dit inęqualitas ipsa iustitiam, cuius vis omnis in "
eo est, vt pares faciat eos, qui ad huius vitę condi- "
tionem pari sorte venerunt. "

Digitized by Google

Nonnulla circa honestatem necessario præter allegata succincte attinguntur *in cap. seq.*

18 Sequatur igitur quis bonum & æquum, quia † forus etiam conscientiæ dicitur forus boni & æqui. Bal. *in l. vnica. col. 2. C. de confess.* si etenim bonum & æquum quod est in se, pietatem, sanctitatem, iustitiam, honestatem & pulchritudinem in se capiunt, nulli dubium igitur est, per honestatis nauiculam, causarum patronum tuto nauigare posse.

Vtile Iusti membrum quotupliciter sumatur, sine honesto an esse possit, demum quotuplex dicatur vtilitas, & quando spectanda, hæc non ab re deducuntur.

CAPVT XXXVIII.

SVMMARIA.

1 *Vtile quotupliciter exponatur.*
2 *Vtile sine honesto esse non potest.*
3 *Honestus est modus seruandus.*
4 *Honesta, ac iusta petentibus non est denegandus assensus.*
5 *Vtile an sine honesto semper esse non possit.*
6 *Vtilitas quotuplex dicatur.*
7 *Vtile quando æquitati præponendum sit.*
8 *Vtilitas publica priuatæ est præferenda.*
9 *Vtiles nec nobis, nec aliis cum alterius detrimento esse possumus.*

SVPEREST autem, vt Iustum secundum vtilitatem consideremus, quæ quidem vtilitas, cæteris ordinibus copulatiua esse videtur. Quocirca scien-

ſciendum eſt quod hoc verbum *vtile* ad ea, quæ tradit Alber. *in ſuo Diction.* multipliciter † exponi- 1
tur, ſcilicet:

Vtile aliquando, id eſt, non directum *l. actio. ff. de neg. geſt & l. curationis. C. eod. tit.*

Vtile quandoq;, id eſt, non optimum *l. intra vtile. ff. de ædilit. edicto.*

Vtile tandem medium eſſe propoſuit per text. *in l. fin. §. ſin autem ſubſtantia. C. de bon. quæ lib* Quare vtile, id eſt, honeſte & curialiter declaratur, Auth. *de Referend. circa princip.* Vnde dici conſueuit, quod v-
tile † ſine honeſto eſſe non poteſt *leg. Iuſiurandum,* 2
quod ex conuentione. §. Procurator. ff. de iure iur & quod non ſit vtile ſine honeſto aperuit Tull. *in Rhetor lib. 1. de offic.*

At Spec. in §. 1. *verſic. ſed nunquid poteſt. tit. de Aduoc.* dixit quod non omne quod licet honeſtum eſt. *l. non omne. ff. de reg. iur. c. aliud. 11 quæſt. prima.*

Et quod honeſtus modus † ſit ſeruandus caue- 3
tur ex text. *in l. ex damno. circa princip. ff. de dam. infecto.*
Et quod pariter † honeſta, ac iuſta petentibus non 4
ſit denegandus aſſenſus admonet legislator *in l. 2. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur.*

Ideoq; ex præmiſſis infertur, quod & ſi † vtile ſi- 5
ne honeſto eſſe non poſſit, non tamen ſemper & in omnibus intelligatur verum; ita vt hoc relinquatur in aliquibus caſibus boni viri arbitrio, & animaduerſioni.

Vt autem prædicta facilius demonſtrentur, aperta tibi ſint ea, quæ optime, iuridice, legaliterq; non abſcondidit Aret. *in § excuſantur. nu. 2 Inſtit. de excuſat. tut. & in rubr eod. Inſtit. lib. in tit. de rer. diuiſ. nu.*
5. vtilitatem † ſcilicet quatuor modis capi poſſe 6
hoc

Digitized by Google

hoc videlicet modo.

Quædam est vtilitas publica, quæ suam affert in communi vtilitatem, particulariter tamen *l.1.§. huius studii.ff.de iust.& iur.*

Quædam etiam est vtilitas quæ affert vtile in cõmuni, non tamen particulariter prout consideratur in camera fiscali *l.vlt.C.de priuil fisci.*

Alia vero est vtilitas, quæ priuata principaliter, publica tamen in consequentiam dicitur esse, vt quid Reipub.intersit mulieres esse dotatas. *l.1.ff.solut.matr.*

Alia tandem dicitur vtilitas publica, quæ principaliter est priuata, sed ideo publica dicitur, quia respectu vniuersi afferunt vtilitatem, sed particulariter suam separatim vtilitaté patefecit, ita quod vni & non alteri, vt puta quod Reipub. intersit omnes locupletes esse. *§.penult.Instit. de his qui sunt sui vel alien.iur.*

Ad rem igitur nostram redeundo, dicendum erit, quod aut † consideratur vtile & honestum, quod
7 priuatum, id est, particulariter & tunc nunquam ab honesto & vtili discedendum est, cum vtile contineant, & æquum & bonum, & hæc duo simul requirat perfecta iustitia, cum moderatione tamẽ, de qua supra *in c.proxime præcedenti n. 24. ex Bald. sent.in l.vnica.C.de conf.* Sin aũt discedatur interdum ab æquitate ob vtilitatem publicam, eo namq; casu legem ob vtilitatem publicam promulgatam cõtra æquitatem esse obseruandam dicit Io. de Cerier.*in tract.de primogen.q.10.li.1.ad fin.* quem in puncto re-
8 fert Bonacoss.*de æquit.cán.fol 5.in princ.* vnde publica vtilitas † priuatæ præfertur.*l.vtilitas.C.de princip:b.*& quod plurimorum vtilitas, paucorum vtilitati sit præpo-

præponenda dictat tex. *in c. scias. 7. q. 1.* Et tandem nec † nobis nec aliis cum damno alterius vtiles esse possumus. *c. mutationes. in fin. 7. q. 1.* 9

Causam iniquam, & desperatam non esse suscipiendam susceptam autem, ad quid suscipiens teneatur, quibus namque subiaceat pœnis perpolite denotatur.

CAPVT XXXIX.

Svmmaria.

1 *Causam iustam, non desperatam, nec iniustam patrocinans suscipere debet.*

2 *Aduocati officium quenam aduersionis digna præ se ferre debeat.*

3 *Aduocatus causam iniustam scienter defendens ad quid teneatur.*

4 *Patrocinans de voluntate principalis sui causam dubiã prosequi an valeat.*

5 *Aduocatus si est in causa quod principalis suus causam perdat ad quid teneatur.*

6 *Causam defendens qui aduersarium iustam habentẽ causam callide succumbere faciat ad quid teneatur.*

7 *Aduocatus qui secreta notabilis momenti partis suæ pãdat valde peccat cum obligatione restituendi.*

8 *Patrocinans immoderatum recipiens salarium, valde peccat.*

9 *Peccat & prauaricator is dicitur parti fauere aduersæ.*

10 *Paciscens de quota litis contra scriptam legem peccatum incurrit.*

11 *Causidicus clienti suo ex sua ignorantia læso tenetur etiam in foro conscientiæ.*

12 *Actio*

Digitized by Google

12 *Acti. L. bonianæ contra pecuniam recipientes falsaq; vtentes aduocatione datur.*

13 *Aduocatus falsum allegans an eiusdem allegati iuris in se redargutionem patiatur.*

14 *Causarum patronus clientem suum, vt falsum deponat docens, qua pœna sit puniendus, remißiue.*

15 *Aduocatus quo casu speciali causam prima facie apparenter iniustam acceptare valeat.*

16 *Causam suscipientes scienter iniustam quibus subiaceant pœnis.*

17 *Aduocandi modus ex sum. Syluest. traditur.*

EXTREMIS igitur ad hoc vt quidquam iustũ
1 dicatur declaratis, patrocinantem † causam iustam, non autem desperatam suscipere iniustamq; prętermittere hoc nostrum erit demonstrare, quod aũt sic fieri debere cauetur ex Sum. Conf. *q.161, ti. de Aduoc.* textum pariter habemus *in le. rem non nouam. C. de iud. & plenius in extrauag. Greg. X. de postul. proper.*
2 Quo circa Alber. *in Dictionar.* circa † Aduocati officium quatuor principaliter esse consideranda proposuit, scilicet:

Persona quæ admittatur, vel prohibeatur aduocando.

Causa in qua præstatur patrocinium, an iusta vel iniusta sit.

Modus debitus aduocandi.

Et denique modus Salarii. Quocirca Diuus Thomas 2. 2. *quæst. 71. artic. 3. ad secundũ*, quem refert Quintil. Mandos. *de ingratitud. c. 83. fol. 250. col. 2.* Admonet, quod Aduocatus si in principio credidit causam iustam esse & postea in processu apparet, eam esse iniustam, debet eam deserere, vel eum

cuius

cuius causam agit ad cedendum inducere, siue ad componendum absque aduersarii damno. Qua de re dixit Nauar in eius Compend. quod Aduocatus † causam iniustam scienter defendens pec- 3
cat, cum obligatione restituendi, si partem non admonuit *arg. cap. 1. ad Rom. & c. primo. de offic. deleg.* si postquam agnouit illam esse iniustam non desistit à defensione & quærit partes concordare.

Item dicit, quod causa † si propter opinionum 4
diuersitatem sit dubia, eo casu talem causam de voluntate sui principalis prosequi potest.

Iterum dicit quod † si Aduocatus est in causa, 5
quod suus principalis causam perdat, peccat cum obligatione restituendi *l. idem. §. primo. ff. ad legem Aquil.* vel quod aduersarius † suam iustam amittat, 6
aut aliquod damnum totale accipiat per dilationes & illicitas subordinationes secundum Hostien. *in c. calumniam. de pœn.*

Rursus (inquit) peccat † si aduersario partis suæ, 7
notabilis momenti secreta indicat. *l. 1. §. si is qui. ff. ad legem Cornel. de fals.* cum obligatione restituendi.

Denuo (subdit) peccat † si stipendium immo- 8
deratum, aut ex eo, quod non debetur accipit *cons. non sane. 14. quæst. 5.*

Adhuc (ait) peccat † si aduersæ parti fauet *le. 1. ff.* 9
de præuaricat. quo casu Aduocatus præuaricator dicitur esse, vt dicit idem Nauar. *in suo Manu. cap. 25. numer. 30.*

Tandem eundem † peccare dixit si de quota 10
parte litis contra legem scriptam conueniat *le. item. C. de procurat.* circa hæc vide ea quæ dixi supra *in cap. 24. prope fin.*

Nec omittas quod † patrocinans tenetur clien- 11

Digitized by Google

ti suo læso ex sua ignorantia, & si adhibuit oēm diligentiā ne noceret, nec excusatur assumens causā desperatā & hoc etiam in foro cōscientiæ vt Felin. dicit *in c. pastoralis .n. 7. 8. & 22.* quē refert & sequitur admodū. R. Lazar *in add ad Nauar in d. comp. sub allegato verbo, Aduocatus. numer* .15. videas, quando id verū dicitur, ea, q̄ ad rem faciūt infra. *in c. 42. n. 13. cum*
12 *seq* Et cōtra Aduocatos † siue patrocinantes pecuniā accipientes & falsa vtentes aduocatione dari actionē Libonianā attestat⁹ fuit Nic. Carb. *in sua praxi pract. c. 7. n. 11. li. 3. ex text. in l. 1. § item qui instruenda aduoc. ff ad leg. Cornel. de fals. & ibi sub n.* 12. doctrina Floriani suffultus. *in l. si mensor. § in hoc iudic. ff. si mēs.*
13 *fals. mod. d x.* cuius deduxit, videl. Aduocatū † falsū allegantē in causa, eiusdē iuris in se redargutionem pati: ꝙ tamen ibidē ꝓcedere dixit, quoties cliens suus imperitus fuerit, alias non. Spec. *in § satis clare. in vers. Item Aduoc. etiam allegat. in tit. de alleg. & disput.*
14 & qua † pœna puniēdus sit Aduocatus siue patrocinans, clientē suum docens vt falsū deponat, ad eundem Spec. te remitto. *in §. nono tangendū est. vers. item nota. tit. de posit.*

Illud tamen non omittendū animaduertas, ꝙ
15 docet Ludou. Gomes. *in regul. vtriusq; signat.* † scilicet ꝙ & si Procurator vel Aduocatus ex debito conscientiæ iniustas causas repudiare teneātur, hoc tamē (inquit) fallit in materia beneficiali, in qua licet prima facie causa iniusta appareat, nihilomin⁹ ꝓpter varia iura q̄ quotidie ex signatura emanant, propter quæ causa iniusta iustificatur & vincitur, & quæ à principio iusta videbatur, iniusta redditur, excusantur, vt quotidie (ait) experientia demonstrat, ideo (dicit) Aduocati, tales causas acceptare non pecca-

peccarent, quas certitudinaliter iniustas esse nisi ab euentu iudicare non possunt.

Tandem pro membri antedicti sigillo, vt si illicet patrocinans † iustam, & non iniustam assumat causam significo, illud totis viribus tam de iure, quam ex conscientia seruari debere, ne pœnas incurrat, quas Iodoc. *in sua Praxi ciuil. c.* 22. sub his cōceptis verbis enarrat, videlicet: 16

Tanta est aliquando hominū malitia, vt inquiete viuere nequeant, sed tum sibi, tum aliis negocium facessere captent, & contra bonum & æquū subinde proximo calumniari gaudeant, mouentes ipsi indignas lites, quas cum æquitate tamen firmare non possunt quibus sat est, quod qualemcunque alios infestandi materiam, ac inanem conquærendi de aliis titulum se nactos esse putent, quo spe re quadam apparente, pro cessum indignum instituant, & quantumuis malam causam sustineant Sunt alii nihilo meliores, sed ingenio pertinacissimo præditi; qui cum ex æquitate causæ in iudicium vocentur, & ad dignam restitutioné faciendam conqueruntur, nescio tamé quas tricas ac diuerticula captant, quibus iustitiæ fucum obtrudant, & proximo calumniam struā: & à iustitiæ æquitate longi⁹ diutiusq; verum possessorem ꝑtrahant Huiusmodi malitiosi homines ꝑfecto digni sunt in quos iuris rigor animaduertat, & ieiun⁹ ob calūniandi pruriginē æstimā ipsos puniat. Quocirca iura dignissime sanciunt, vt hi qui volētes ac scientes malā causam in iudiciū sustinent, p sententiā declarentur infames. nō secus q̃ qui in causis furti, falsitatis, aut iniuriarū cōuincūtur. Filius aūt qui sine ꝑmissione iudicis patrē in iudiciū ꝑtrahit, & ad litem forensē euo-

„cat ſecundum iura condemnandus eſt in quin-
„quaginta aureis, & ſi is tantam ſummam ſoluen-
„do nō fuerit, virgis acriter cædendus venit, iuxta
„illud, qui non habet in ære luat in corpore. *l. 1. §.*
„generaliter. ff. de pœn & l. ſi. ff. de in ius voc. ac leg. quicūq;
„§. quid ſi. C. de ſer. fugit. ſunt multæ cauſæ in quibus
„actor ſiue conqueſtor iniquus, temerarius, ac fu-
„tilis, malam ſuſtinens cauſam puniendus ſit pœ-
„na dupli, quas hic breuitatis cauſa omittimus.

17 Rurſus tandem † non omittas ea quæ ex ſum. Syluestr. colliguntur in verbo Aduocatus, dū ſub *nu.* 4. modū aduocandi debitū tradit, vt ſcilicet, nō producat falſa Inſtrumenta, aut teſtes falſos, vel corruptos, nec mentiatur, nec inducat falſas leges aut probationes: ad hæc faciunt ea quæ ex Ala. colliguntur *in Tract. de Aduoc. & Cauſid. Chriſt. per me relata infra, in cap. 57. nu. 7. in fin.* nec quærat in grauamen alterius partis dilationes non neceſſarias, & quod fideliter quantum iuſtitia permittit cauſam foueat nihil de cōtingētibus omittens. Item non procaciter aut vociferādo, quia ꝓpter hoc impeditur proceſſus, & ibidē ex diui Thomæ doctrina colligitur, quod Aduocato cauſā iuſtā defendēti, licitū eſt prudenter occultare ea quæ poſſent impedire proceſſū, nō aūt vti aliqua falſitate. Quo fit vt ſub *nu. 5.* quęrat vtrū liceat Aduocato cauſā iniuſtā defendere, & hāc quæſtionē determinādo vna cū D. Thoma *in 2. 2. q. 71.* dicit quod ſi hoc ſcienter facit abſq; dubio grauiter peccat, & tenetur parti de dāno illato per eius auxiliū cōtra iuſtitiā. Si vero hoc facit ignoranter, excuſatur ſecūdū modū, quo excuſari pōt ignorātia. Si aūt in principio credit cauſā iuſtā, & in ꝓceſſu appareat nō iuſta cauſa, ꝓcedere non

non debet, vt scilicet alterã partẽ iuuet, aut ei secreta causæ reuelet; debet aũt causam deserere, vel eum cuius causam agit ad cedendum, siue ad componendum sine aduersarii damno inducere, vt supra dictũ fuit. His opitulãtur ea, quæ in mediũ attulit Ala Cremon. *de Aduoc. & Caus. Christ. in q.* 33.34. hæc proferens, videl.

Paucissimis absoluit hãc quæstionem D. Tho. " *in sæpe citato loco 2.2.quæst.71.artic.* 3. Aduocatũ ex- " cusari pro modo ignorantiæ, & remittit lectorem " ad ea quæ alibi disputauit: cuius traditionem sim- " pliciter commemorant reliqui Theologi in suis " Summis, quasi dicere voluerint inspiciendam es- " se qualitatem ignorantiæ, num eiusmodi sit, quæ " possit excusari; Ego vero compertum habeo hãc " inuestigationem esse valde necessariam ad con- " scientias Aduocatorum recte gubernandas. Qua- " propter vt dilucidior fiat, qui habet aures ad au- " diendum audiat; qui iudicio valet ad intelligen- " dum contempletur conscientiam suam, tanquã " in lucidissimo speculo in hisce conclusionibus " quæ breuiter subiiciuntur. "

Aduocati, & Causidici qui proposuerunt am- " plecti omnes causas etiam iustas, quæ sibi deferũ- " tur, aut deferri possunt, versantur in maximo pe- " riculo peccãdi mortaliter, quia non licet eis tuta " conscientia recipere, nisi illas quibus bene ac di- " ligenter vacare possunt Spec. de Aduoc. *tit. de offic.* " *vtriusq; Aduoc. num* 14. Carbon. *in tractat. de restitut.* " *quæst.51. in fin. versic in eo etiã requiritur*. & debet re- " gulariter incumbere in causas prius sibi deman- " datas, modo tamen causis nouis non esset mora " periculum allatura, & causæ primæ non versaren- "

,, tur in tanto discrimine, Carbon. vbi supra, ita ad
,, literam docet Michael Salon. vbi supra *artic. 2.*
,, *conclus. 3.* & subiungit talem Aduocatum non es-
,, se absoluendum; hoc idem admonet extra den-
,, tes Lancellot. Polit. *in tract. de offic. Aduoc. tit.*
,, *quale debeat officium Aduocati in causis suscipiendis.*
,, Si enim acciperent omnes causas, necesse est vt
,, incidant in alterutrum ex duobus peccatis & v-
,, trumq; grauissimum, si voluerint muneri suo sa-
,, tisfacere, & debitam diligentiam in omnibus ad-
,, hibere coguntur differre ac producere causas val-
,, de longissime, ex qua dilatione tot ac tanta in-
,, commoda consequuntur omnibus nota, vt su-
,, peruacaneum esset illa recensere. Si vero malue-
,, rint auaritia, vel ambitione illecti, omnibus dare
,, operam, in multis, & quamplurimis deficient,
,, præsertim his temporibus nostris, cum legalium
,, librorum moles creuerit in immensum, & per-
,, difficile sit, non solum omnes reuoluere, sed eti-
,, am reminisci: Cum autem honorario accepto
,, Aduocatus sumpserit aliquas causas, vtique ope-
,, ra & studium suum non est amplius in sua pote-
,, state, sed quatenus causæ postulant, obnoxium
,, est illis atque clientibus: quo fit vt dum Aduoca-
,, tus auide amplectitur alias causas, & in illas in-
,, cũbere velit, cõmittit furtum illius operæ ac dili-
,, gentiæ iam aliis obligatæ: Ita valde mortaliter ra-
,, tiocinatur Polit. vbi supra, quod etiam inquit v-
,, su venire si Aduocatus causa rerum suarum pro-
,, curandarum, distrahatur à negociis forensibus,
,, quibus accepta pecunia seipsum adstrinxit; non
,, negat quidem Polit. quin possit Aduocatus rem
,, suam priuatam gubernare, sed hoc tantum affir-
mat,

Digitized by Google

mat, quod si tacite oblig uerit operam su m ali "
quibus clientibus, non possit in foro conscientiæ "
illam ad propri commod conuertere, cui ego "
libentissime consentio, & procul dubio, credo "
huiusmodi Aduocatos, & Causidicos, qui non "
solum omni negocia sibi oblata sus ipiunt, sed "
& multa alia multis a tibus aucupantur, peccare "
mortaliter, ac obligatos esse ad reiti utionem "
damnorum vbicunq; ex tardi ate nimi vel in- "
consulta festinatione clientis sui magnum detri- "
mentum capiunt. In quibus terminis concludo, "
ignorantiam esse penitus inexcusabilem, quan- "
do scilicet ob auiditatem supradict m persun- "
ctorie degustant c usas: Ignorantia enim sta na- "
scitur ex propria culpa, & malitia Aduoc ti ita "
explicat . Tho. 1.2.*q^uæst. 6. artic.* 8 & ibi Gaie- "
tan. & omnes Summistę *in versic. ignorantia.* Nauar. "
in c. scien lum. nu 2. de pœnitent. d stinct. 2. quæ ignorā- "
tia vocatur consequens d actum . & voluntari "
per indirectum, & inter Legist s nostros hoc sen- "
sit Alciat *lib. 12. cap. vlt.* Peregr. vbi reprehendit "
Paris. qui ali qu ndo se excut b t in suis consili s "
magn breuitate temporis; dicit enim Alci t. "
Quis coegit eum peccare vt veniam peterei? qua- "
si diceret, poterat si volebat minus scribere, sed "
multo maiore diligētia quod dictū retorquet in "
ipsū Alciatū Decian. *in Apolog. c* 19. *n.* 1. dicitq; solet "
nō admitti excu tionē necessitatis quā lo quis "
in eā spōte se cōiecit. gl os *in l. mulier. ff. quod met. cau.* "
Abb. *in cons.* 739 *numer.* 19. *& cons.* 56. *n.* 9. & com- "
probat Surd. *in cons.* 215. *n.* 19. *lib* 2. Ergo nō poterit "
Aduocatus causari angustia tēporis, qua sua spō- "
tę se circumscripsit. Expedit ergo magis ad Chri- "

Digitized by Google

„ ſtianam pietatem, paucas cauſas bene agere, quã
„ multas male defendere, quod ſi forte in hac vita
„ minus erit ſpecioſum, in alia proculdubio erit
„ magis fructuoſum.

At ex eodem authore de eadem ignorantię materia diſceptante *in quaeſt. 34. infraſcripta* colliguntur, videlicet:

„ Vt Aduocati & Cauſidici, qui recte verſari cu-
„ piunt in hoc munere valde periculoſo, poſſunt
„ conſolari animam ſuam ſemper metuentem, ne
„ diuinam forte ſit ſubitura vindictã, operę preciũ
„ eſt vt intelligant memorandam ac prope diui-
„ nam ſententiam Gaiet. 1. 2. *quaeſt. 6. artic. 8.* quæ ad
„ multas ſpecies poteſt accommodari, vbi inquit,
„ quod ſi quis vir doctus adhibeat omnem poſſi-
„ bilem diligentiam, vt ſciat ea, quæ ſecundum ſu-
„ um ſtatum ſcire tenetur, & animo ſuo propoſue-
„ rit ſubire potius omnia extrema, quam peccare
„ mortaliter, ſi forte obliuione, quam poterat vin-
„ cere commiſit aliquid quod videatur eſſe pecca-
„ tum mortale, non eſt timendum de illo, cum nõ
„ ſit in poteſtate noſtra habere memoriam omni-
„ um rerum, neque habere ſemper in promptu v-
„ ſum ſcientiæ, & ſubiungit exemplum. Si quis
„ habens propoſitum non peccandi, vt ſupra, ſciat
„ talem contractum eſſe vſurarium, & illũ perfici-
„ at, non recordatus actualiter, quod habitu ſcie-
„ bat, minime peccat, quam ſententiam traducit
„ ad Aduocatos Petr. Aragon. *in quaeſt. 71. 2. 2. artic.*
„ *3. col. 2* Si autem Aduocat⁹ non vteretur debita di-
„ ligentia, vel neſciret ea, quæ omnes ſciunt, etiam
„ minus docti & experti, incideret in culpam latã,
„ & conſequenter peccaret mortaliter, & obliga-

retur

retur ad damna: identidem si culpa, vel ignoran- "
tia esset leuis, peccaret vt supra; Secus vero si esset "
leuissima; non enim tenetur scire ea, quæ sciunt "
tantummodo Doctores eminentissimi, præsertim "
quando existimatur mediocriter eruditus. Tole- "
tan. *in Sum. cap.* 60. *num.* 3. Quam sane distinctio- "
nem sensit Michael Salon. *in quæst.* 71. *artic.* 2. *con-* "
trouers 1. *conclus.* 2. dum inquit Aduocatum teneri "
de culpa leui, iuxta distinctionem eiusdem Mi- "
chaelis 2. 2. *quæst.* 62 *artic.* 5. vbi ita distinguit sicuti "
retuli, & profecto si Aduocatus pro viribus non "
defenderet clientem, diceretur perfidus & latro. "
Viu. *decis.* 123. *nu.* 3. Si tamen Aduocatus in aliqua "
causa patrocinaretur absque honorario, crederē "
eum non teneri nisi de culpa lata, quia cessarent "
rationes, Michael Salon. quod contractus factus "
fuerit gratia vtriusq; cum solus cliens perciperet "
patrocinium; Aduocatus vero nihil. Iustam igitur "
causam suscipiat Aduocatus siue Causidicus, & q̃ "
vbi in initio iniustam minime cognouerit, tunc "
ad Salarii recepti restitutionem non tenetur, & "
illud tuta conscientia retinere potest, vt inquit "
Cyn *in l. rē non nouam. C de iud.* & Bellamin. *in c. fin.* "
in penult. quæst. de postul. Sum. Angel. *in* §. *Aduocatus.* "
nu. 14. Syluestr. *n.* 15. post alios quos sequitur Ala "
suprascriptus in allegato *tract. quæst.* 28.

Iustum id quod est quomodo per iudicem amplectendum, præterea nonnulli casus, ab eodem iudice animaduertendi, ne de iniustitia atque peccato arguatur ex alterius authoris relatione traduntur.

Digitized by Google

CAPVT XL.

SVMMARIA.

1 *Iudices qui ingrati, & mali dicantur esse.*
2 *Iudicantem, cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquisitione discutere oportet.*
3 *Iudex quænam circa illius actiones dirigendas sit præscrutandus.*
4 *Iudicis principale ornamentum in quo consistat.*
5 *Illiterati siue ignorantes, non homines sed hominum imagines dicuntur esse.*
6 *Imperito homine, nihil iniustius dici potest.*
7 *Iudici, nonnulli casus animaduersionis digni vt peccatum euitet ex Nauar. indicantur.*

IVSTVM, nedum causarum Patronus sed & etiam Iudex sequi debent, vt neque à iustitia, neq; ab æquitate Iudex ipse discedat, & prætermissis innumeris fere, ipsi Iudici spectantibus quæ tum ex iuris corpore, tum ex amplissimorum Patrum doctrina desumuntur, non inutile, id quod Mandos. *de ingratitud. cap.* 79. attulit prætermittendum iudicaui. Et cuius hæc sunt verba, videlicet:

1 Ingrati & † mali Iudices sunt, non solum qui „ vendunt iniustum, sed & iustum iudicium. Diuus „ August. ad Macedonianum. Item illi de quib. So- „ phoniæ *cap.* 3. Iudices eius lupi vespere non re- „ linquebant in mane. & Daniel *ca.* 13. *circa princip.* „ Quia expressa est iniquitas de Babylone à seniori- „ bus iudicibus; qui videbantur regere populum. „ Rursus eodem cap. sic fatui filii Israel non iu- „ dicantes, neque quod verum est cognoscentes. „ Iudices nequissimi fuerant illi duo contra Susan-

nam

nam, de quibus *eod. cap. 13. ad fin.* & consurrexerunt aduersum duos præsbyteros &c. Vtinam id omnibus iudicibus eueniret. Quod si idem non semper eueniet, non tamẽ irrita fiẽt verba illa Sapien. *cap. sext.* Qui interrogabit opera vestra & cogitationes scrutabitur quoniam cum essetis ministri regni illius, non recte iudicastis nec custodistis legem iustitiæ, neq; secundum voluntatem Dei ambulastis, horrende & cito apparebit vobis &c. Ingratus & malus Prætor describitur. Cn. Dolabell. in P. Quintum, cũ Sexto Męuio nimis faueret, prout in Oratione ꝓ eod. P. Quinto. Quam æquum (inquit) nihil dico, vnum hoc dico nouum, & hoc ipsum tacuisse mallem, quoniam vtrumque quiuis intelligere potuisset &c. & parum post. Dolabell. (quemadmodum solent homines nobiles, seu recte seu perperam facere cœperunt, in vtroque excellunt, vt nemo nostrũ loco natus assequi posset) iniuriam fortissimi facere persuaserat &c. Ingratissimus, & scelestissimus Iudex Pontius Pilatus, qui non inueniens causã cõtra Christũ Dominum Nostrũ Matth. 27. quid enim male fecit. Marci 15. & Lucæ 23. nullã causam mortis inuenio in eo, innocentem morti turpissime sua falsa sententia condemnauit. Matthęi, Marci, & Lucæ vbi supra, ac Ioan. *cap.* 19. prout etiam per Euseb. *li.* 1. de temporibus & Bedam suo libr. sub eod. titul. Ingrati omnes, de quibus Marcus Tullius *lib.* 2. *de oratore*: plura iudicãt homines aut amore, aut cupiditate, aut iracũdia, aut dolore, aut lætitia, aut spe, aut timore, aut errore, aut aliqua permotione mẽtis, quam veritate, aut pręscripto, aut iuris norma aliqua aut iudi-

cii;

Digitized by Google

„ ci formula, aut legibus. Grati sunt, qui iuxta hæc „ vltima iudicant. Grati boni & idonei Iudices e„ runt, qui solum Deum præ oculis habentes, & „ solum Deũ timentes, vera proferunt iudicia & v„ nicuique quod suum est tribuunt, personarum „ acceptionem non habent, Leuit. *cap.* 19. Non „ consideres personam pauperis, nec honores vul„ tum potentis, *& cap.* 24. *ad fin* Aequum iudicium „ sit inter vos &c. Hæc spectant quæ late tract. no. „ glos. *facult.* § *si ex præcepto .in versic. idonei. cum aliis* „ *glos. seqq.* Aequissimus incorruptæque seueritatis „ fuisse fertur Rhadamantus de quo meminit Ari„ stot. *Ethic. lib.* 5. Hinc adagium, Rhadamanteo „ pollere iudicio. Grati & pii Iudices lites compo„ nunt, vel potius quam possunt terminant, ad text. „ *in l.* 2. *in primo responso. ff. de aqu. plu. arcen. l. quidam exi*„ *stimauerunt. ff. si cert. pet.*

Quocirca, vt ait Cacher. *decis.* 79. *nu.* 12. scilicet
2 oportet † iudicantem cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquisitione discutere. *c. iudicantem.* 30. *quæst.* 5. & scriptum sit Iudicibus *Paralip. lib. secundo cap.* 19. videlicet: Videte quid faciatis, non tantum hominis exercetis iudicium, sed Domini, & quodcunque iudicaueritis, in vos redundabit. Quid-
3 quid † ideo Iudex agere intendit, id cum matura iuris deliberatione premeditetur, quem & si iuris peritissimum, sapientissimum, doctissimum, & in quauis scientia versatissimũ, esse conueniat, non tamen eundẽ alieno consilio semper subesse decet, quia, quis Iudex etiam illiteratus quis esse possit, & iuris notitiam, ac peritiam habere dicatur per suos assessores, attamen (inquit Iodoc. *in pra-*
4 *xi rer. ciuil. cap.* 129. *numero* 32. *in fin.*) Primum † &

nobi-

nobilissimum iudicis ornamentum est, si ipsemet quouis scientiarum genere exornatus emineat, & non tam à Consiliariis quam à se ipso tuto pendeat. Quocirca Sacr. Theolog. Doct. D. Petr. Lazar. in Ecclesia maiori Canonicus, doctrina atq; probitate vitæ præstantissimus, *in addit. ad Comp. Nauar. in verb, Illiteratus*. dixit, quod † Illiterari siue ignorantes, nō 5
sunt homines sed hominum imagines Abb. *in c. prudentiam. de offic. deleg.* & licet Felin. *in c. cum inter. col. 3. vers de concessione Archiepiscopi. in fin. de re iud.* dicat constituto in dignitate. Si nesciat scribere, non imputari in vitium. Attamen allegat. D. Lazar. loco 6
recitato adducit, quod † homine imperito nihil iniustius dici potest, authoritate Lactan. *in 5. libr. diuin. Instit.* Vnde (inquit) *in c. fin. de atate & qualit.* legitur Episcopum fuisse depositum, eo quod Donatum nunquam legerat, & Diogenes ille, cum videret quendam diuitem ignorantem sedere, dixit, Lapis super lapidem sedet, vt præter alia refert, Cassan. *in Catal. gior. mun. 10. part. 4.* considerat. Hinc 7
est quod circa † iustum sequendum, iniustum autem fugiendum animaduertit Nauar. *in iam allegato Compend. verbo. Iudex numero vigesquint. cum seqq.* nonnulla recensens in quibus Iudex peccat, quæ hic vtiliter enarrare sum arbitratus, tum ad iusdicentium vtilitatem, tum etiam ad instructionem eorum qui dicto Compend. carentes, non ab re circa infrascripta peccatum prorsus euitare studeant. Et quæ sunt hæc, videlicet:

Primo peccat suscipiens munus gubernandi & iudicandi, cum est indignus, ita vt verisimile sit, inde notabile aliquod damnum populo euenturum. *c. non est putanda. 1. quæst. prima.* Mantic. *c. 23. n. 12.*

Secun-

Digitized by Google

Secundo, iniuſtam ſcienter ferens ſententiam, vel craſſa, aut ſupina ignorantia, aut iuſtam facere ſi negligat, pro precio vel precibus &c. *cap. ſi quis dixerit. 2. quæſt. 3.* cum obligatione reſtituendi.

Item pecuniam accipiens vt bene vel male iudicet, aut iudicare omittat. *c. iubemus. cum quatuor ſeq. 1. quæſt. 1.*

Item, iudicans ſine iuriſdictione, & quia reus eſt exemptus, licet aliquando contra eum ordinario conceditur. *c. 1. de priuileg. libr. 6. renouatum per Concil. Trident. ſeſſ. 7. cap. 14. & ampliatum.*

Item Iudicans ſine probatione ſufficienti, qui teſtes ſunt ſuſpecti, aut iniuſte torti, aut non vidit totum proceſſum, aut probationem legitimam non admiſit, diuus Thom. 2. 2. *quæſt. 60. artic. 3. cap. 2. de probat.*

Item, iuris ordinem non ſeruans, *clem. ſæpe. de ver. ſignificat.*

Item, admittens appellationem, quam non debebat. Ant. *3. part. tit. 9. cap. 14.* § 2.

Item, pœnam legis adaugens vel diminuens cũ non habeat id faciendi facultatem. *diuus Tho. 2. 2. q. 67. n. 4.* Alex. *3. part. de leg. iud. quæſt. 4 art. 4.* non faciendo in ea ſententia, vel faciendo in ea, ſed ſine iuſta cauſa. *l. reſpiciendum ff. de pœn.*

Item, non obediens Eccleſiæ ſeruando interdicta, & excommunicationes vt debet. *c 2. de maior. & obed c. 1. 2. quæſt. 3.* vel minuens libertatem eccleſiaſticam, vt res infra Eccleſiam exiſtentes capias, *c. quoſcunque. de ſentent. excommunic. lib. 6. & c. indigne. 12 quæſt. 1.*

Item, approbans falſitatem ſui Officiarii, in notabile

tabi'e partis damnum.c.1. *de offic.deleg.* & *clem.*2. §. *Notarii.de hæret.*

Aut non seruans statuta, quæ iurauit seruare.c.1. *de iur.lib.6.*

Item, negans damnato ad mortem confessioné, neque excusatur per cósuetudinem.clem.1.*de pœn.* & *remiss.* idem de communione, vbi tenet gloss. communiter, late Rauennas defendit, quæ tamen (vt inquit) nec in Galliis, neque in Hispania obseruatur. Vnde allega. Nauar.in verbo, damnatus, circa huiusmodi articulum abunde disserit.

Item, qui non assignat partibus æquales Aduocatos, quando adest notabile damnum alterius. *l. prouidendum.C.de postul.*& de illis miserabilibus personis non prouidet.*l.nec quicquam.§ fin.ff.de offic proconsul.*

Item, qui non visitat carceres, aut non prouidet de necessariis ad vitam illis qui sunt in carceribus constituti, cum illorum notabili damno.*arg.l.iudices.C.de episc.aud.c.pasce 86.distinct.*

Item, qui excommunicatum admittit in Aduocatum aut testem, contra superioris iussum aut iustam partis requisitionem.*in c. decernimus. de sentent. excom. lib 6.*

Item, qui clericum suo iudici non reddit. *c. si iudex.de sentent. excommunic. lib. 6.* quando tamen illi constat de illius clericatu.

Item, iudicans in die festo, aut actum iurisdictionis exercens.*c.1.*& *fi.de fer.* nisi ex necessitate excusetur.

Item, fingens aliquid quo eat aut mittat ad accipiédum testimonium alicuius fœminæ, & est excommunicatus *c.mulieres.de iud.lib.6.*

Item,

Digitized by Google

Item, procedens ex officio sine partis petitione, ad vtilitatem priuatam aut etiam publicam in delictis sine accusatore.

Item, non inquirens delicta sui territorii, arg. *l. cōgruit. ff. de offic. præsid. c. 1. de offic. iud. ord.*

Item peccat, si contra hereticos auxilium non præbet & est excommunicatus. *c. inquisitionis. de hæret. libr. 6.*

Item reum, de se aut sociis contra iuris ordinem interrogans aut loquens, quia dat causam notabili infamiæ, vel inquirit contra suam potestatem, *contra l. fin. ff. de iurisdiction. omn. iud.* Mantic. *cap.* 18. *num.* 59.

Non cogens restituere Reipub. aut etiam alicui priuato damnum sibi datum, cum obligatione restituendi, iuxt. Scot. 4. *distinct.* 15. *quæst.* 1.

Itē, plus ab vna parte quam ab alia accipiens, cōtra *c. statutum. §. insuper. de rescript. lib. 6.*

Et generaliter (inquit ibi Nauar. *num.* 47.) peccat Iudex, vel cum omittit facere quod debet, vel cum aliquid facit quod non debet: hæc ille.

Pertinaciæ vitium detestabile: idcirco Pertinax quis dicatur; Veritatis efficacia: Perseuerantiæ in bono effectus. Notabile pertinacis damnum Imprudentiæ sui ipsius cognitio spectanda, & qua pœna id prætermittens sit feriendus. Et demum an Theoricus, non tamen practicus, ad postulationis officium sit admittendus, hæc vtique congruo declarantur ordine.

CAPVT

CAPVT XXXXI.

Svmmaria.

1 *Simplicitas, legibus amica dicitur.*

2 *Simplicitas, an digna, vel indigna dicatur, Iudicis arbitrio interdum committitur.*

3 *Pertinax, quisnam dicatur. & nu. 6.*

4 *Pertinacia quid sit.*

5 *Pertinacia, quando mortale, & quando veniale peccatum inducat. & num. 7.*

6 *Perseuerans in propria sententia plusquam oporteat, pertinax nuncupatur.*

7 *Pertinax, quando peccatum mortale incurrat.*

8 *Pertinax, id est, fortis sententia dicitur.*

9 *Pertinax, id est, valde vel imprudenter tenens.*

10 *Pertinax hoc verbum, in sinistrum accipitur sensum.*

11 *Aduocatus, tutus de victoria causæ ob rationes iuridicas, an coloratas & persuasiuas rationes adiungere possit.*

12 *Veritatis effectus quinam sint.*

13 *Deus veritas & vita est, ergo veritas amanda.*

14 *Veritas bene demonstrata, & sustentata quidnam operetur.*

15 *Veritatem qui non defendit vbi est opus, veritatis proditor dicitur esse.*

16 *Pertinax, & perseuerans quando quis dicatur esse.*

17 *Pertinacia, perseuerantia contraria dicitur.*

18 *Perseuerantia quid sit.*

19 *Animus omnia vincit.*

20 *Perseuerentia magnificentia panditur.*

21 *Mollities, & pertinacia detestari debent.*

22 *Mollis quare tristitiis vincatur.*

23 *Pertinaces quibus subiaceant calamitatibus.*

Digitized by Google

24 *Præsumptio, vitium ex superbia natum dicitur.*

25 *Officium, vel exercitiũ quod quis nescit, exercere præsumens, quomodo peccatum incurrat.*

26 *Iudex imprudenter iudicans, valde peccat, indicisq; arbitrio puniri debet, & quomodo.*

27 *Culpa lata, dolus præsumptus appellatur.*

28 *Aduocatus qui se insufficientum cognoscit, causas suscipiens mortaliter peccat, & quomodo teneatur.*

29 *Admitti quis non debet in Collegium nisi prius artem nouerit.*

30 *Admittendus atq; recipiendus an sit ille qui studiis operam dedit, non tamen praxi incubuerit.*

31 *Praxis, non studio, sed exercitio eoq; proprio paratur.*

32 *Praxis quanti sit momenti, remissiue.*

SÆPE numero euenit, vt quod iustum est, iniustum aliquibus appareat, & quod iniustum, iustum nonnullis videatur. Idcirco ii, certam super eorum fallaci intentione tenentes sententiam, ignorātes, & seu verius ptinaces nuncupari merentur, ad differentiam illorum qui simplicitate vtuntur,
1 quam quidem simplicitatem † interdum legibus placere cauetur *ex Clem. 1. de pœn. & remiss. c. sancta. vbi gloss. 7. quæst. 2. §. sed quia. Instit. de fideicommiss. hered.* & quę aliquando à delicto excusat Felin. *in c. quoniam contra. nu. 11. de probat.* & si quandoque i-
2 psam † simplicitatem dignam vel indignam iudicari posse, iudicis arbitrio relinquatur D. Menoch.
3 *de arbitr. iud. cas. 193. lib. 2. centur. 2.* Vnde † pertinax ille dicitur, qui credit animo non discedendi à sua persuasione, etiam monitus ab Ecclesia vt contrarium teneat, prout dicit Nauar. *in Compend. arg. gloss. fin. in clem prim. § porro. de Sum. Trinit.* & quia credit (secun-

(ſecundum eum) aliquid quod ſit eſſe contra fidem, vel contra Catholicæ fidei definitionem, licet affirmet ſe eſſe paratũ ad corrigendũ ſeipſum. Caiet. 22. *q art* 4 Idem Nauar. in Manual. *c.* 2. *n.* 22. *notab.* 3. *& n.* 41. *de eod.* Quare idem et Nauar. in dicto Compend. *in verbo*, *Pertinacia. nu.* 1 illius definitionem tradens ait, quod † Pertinacia vitium eſt ad inordinate oſtentandum iudicium inclinans, & eſt filia inanis gloriæ vt ex eiuſdem Manual. *cap.* 23. *nu.* 11 & (inquit) eſt † mortale, quando quis inordinate ſuam opinionem defendit in his quæ ad fidem Catholicam & bonos mores pertinent & contra communem ſenſum Doctorum Eccleſiaſticorum, vel in damnum iniuſtum proximo notabile, alias eſt veniale, præſertim quando continet ſe intra metas intellectus credendo, & operando. Caiet. *in Sum. in verbo*, *Pertinacia.* & idem Nauar. in Manual. *in d. cap.* 23. *num.* 32. 4 5

Iterum † pertinax dicitur qui in propria ſententia perſeuerat pluſquam oportet, ſecundum Iſid. Etymolog. *lib* 6. & ſi quis † pertinax circa materiam non pernicioſam, neque ſibi neque alteri non eſt peccatum mortale, niſi forte ratione ſcãdali, vt cauetur ex Sum. Armil. & ibi dicitur quod pertinacia ſi ſit pernicioſa, vt cum quis eſt pertinax in his quæ ſunt fidei, vel in aliis, ex quo actualiter ſequitur damnum notabile ſibi vel aliis in anima vel in corpore, mortale eſt, niſi ex ſuperbia quæ eſſet mortalis procederet nã (inquit ibi Author) ex inani gloria oritur ſecũdum D. Thom. 2. 2. *quæſt* 138. Ariſtot vero † *in* 7. *Ethic. lib* pertinacẽ appellat ichiponemenẽ, id eſt, fortem ſententia. Hinc † pertinax 6 7 8 9

 id eſt,

Digitized by Google

id eſt, valde vel imprudenter tenens, & componitur à per & teneo ſecundum Archid. *in c. fundamenta. vlt. col. de elect.* Quocirca ex mei ſententia, (ſi libet) pertinacium duplicem aciem quodammodo firmandam puto, quorum Prima ad vtile, iuridicum, legitimum & honeſtum, altera vero ad detrimentum, iniuſtum, illegitimum & inhoneſtum
10 tendit, & ſi proprio modo, hoc verbum pertinax † in ſiniſtrum accipiatur ſenſum, ſic Reiſch. *de princip. philoſoph. moral. c. 36. in fin. li. 12.* ſed accipiendo idem verbum pro firma, falſa tamen ſententia vt ſupra, ſic hoc modo pertinacem illum intelligo vt colligitur ex allegata definitione Sum. Armil. de qua ſupra.

11 Vtrum † autem Aduocatus in aliqua cauſa tutam habens conſcientiam, rationibus concludentibus, coloratas & perſuaſiuas adiungere poſſit? dicas quod ſic ſecundum Alam *in eius tract. de Aduoc. & Cauſid. Chriſt. quæſt. 30.* ea quidem ratione motus, quia iudices quandoque non ſolidis argumentis, ſed veriſimilibus rationibus & apparentibus iuſte pronunciant, & hoc etiam in foro conſcientiæ procedere quamplurimis authoritatibus ibidem firmauit.

Igitur ſi quis bonam, æquam, & iuſtam legibus, iure vel conſuetudine cauſam agendam ſuſcipiat, & ex proceſſu iuſtis iuridicis & legitimis fundamentis illam proſequatur: vel intrepidis, tutis, irrefragabilibus, ordinatis atque inconcuſſis exceptionibus eandem defendat, vtique non pertinacem proprie, ſed improprie, id eſt, perſeuerantem, vt infra dicemus, & veritatis defenſorem benigne talẽ eſſe dicendum haud dubito; & veritas magna ſit.

Ideo ij;

Ideoq; Isidor. de Summo bono, quem adducit Neuiz. *in Sylu. nupt. in titu. quom. iudic. in dub numero* 114. sic exclamat videl. O quã magna † est vis veritatis, 12
quæ omnia ingenia, astutias, & calliditates superat, quę contra ficta, simulataque figmenta seipsam defendit, quæ denique post Deum colenda est. Iu o dicit Neuizan ibidem. Deus † est veritas & vita, 13
ergo amanda super omnia. *l. cum ita legatum. ff. de cond. & demonstrat. & ibi numero* 15. veritas † bene de- 14
monstrata & sustentata semper vincit, quia nullo modo tolli, nec lædi potest. Anchar. *in reg. poss. ssor. col.* 13. & licet vulnerari, nunquam tamen mortem patitur secundum Alber. *in suo Dictionar. in verbo, veritas quandoque potest occultari*. & † qui verita- 15
tem non defendit, quam defendere conuenit, proditor est veritatis. *c. nolite timere* 11. *quæst. tertia*. Sic igitur ad rem nostram, duobus † de aliqua re firmiter 16
contendentib. ex vulgo dici solet; tales scil. obstinati sunt, illorum tamen vnum succumbere oportet. Quoniam eorum alter veritatem, alter vero mendacium defendere concludendum erit, hunc eundem pertinacem, illum autem perseuerantem vt supra nũcupabimus. Mollitiei † namque & per- 17
tinaciæ opposita dicitur perseuerantia, quæ † vt 18
Tullio placuit est in ratione bene considerata stabilis perpetuaque permansio: labori enim inquit Quintil. oportet insistere, vbi effect⁹ permittitur, & vbi vires deficiant, animo tamen id perseueremus. Ideoque Ouid. de Ponto: Omnia deficiunt, animus † tamen omnia vincit. Quãti autem † per- 19
seuerantia sit magni facienda considerauit Gregor. Reisch. *de princip. Philosoph. Moral.* allegato *cap.* 36. *lib.* 12. dicens quod hæc virtus adeo necessaria est

Digitized by Google

vt sine ea virilite aggredi omnino nihil prosit, sic-
uti ipsa veritas CHRISTVS testatur. Nemo
mittens manum suam ad aratrũ & respiciens retro,
aptus erit regno Dei: & rursus: Qui autem perse-
uerauerit vsque in finẽ saluus erit. Ablata perseue-
rantia (vt Diuus Bernardus ad Liguxienses scri-
bit) nec obsequium mercedem habet, nec bene-
ficium gratiam, nec laudem fortitudo. Et Diuus
Gregor. Multi bene incipiunt, sed male finiunt,
quia non perseuerant. §. *multi de pœnitent distinct* 2.
21 Sed † mollities atque pertinacia detestabiles dicũ-
22 tur, & vt inquit Reisch. *loco, de quo supra* mollis † tri-
stitiis vincitur, propter diuturnitatem & dolo-
rem facile à bono recedit, nam (vt ait Terent.
in Andria) ingenium est omnium labore procliue
ad libidinem. Pertinax autem plusquam oportet
23 in suo sẽsu stat. & illi sunt † frequenter melancho-
lici, & etiã superbi, qui sibi ipsis videntur scioli,
quibus dicitur ne innitaris prudentiæ tuæ, & alibi
nolite esse prudentes apud vosmetipsos. Paulus A-
postol. *ad Rom. capita duodecim.* hæc allegatus Reisch.
non minus prudenter quã vtiliter allegauit recitat.
cap. 36.

Sæpe igitur numero (ad rem nostram) nonnul-
los patrocinantes video, atq; audio ambitione sic
tumefactos, vt aliqui causæ, siue litis fine præexi-
stente ancipiti atq; nocuo, ipsorummet præsum-
24 ptione confici, & † quæ præsumptio vitium ex su-
perbia natum dicitur secundum Richard. *lib.* 4. *di-
stinct.* 36. potius causam, & seu patrocinium in ma-
ximum clientorum detrimentum, sinistram & in-
fideli labe permittant, quam quod veritatem sequi
vel

vel cōsilium exquirere curent. Hinc est quod præsumens † exercere officium, vel exercitium quod 25
nescit, cum damno notabile salutis proximi corporalis, aut spiritualis, vel cū Dei irreuerentia mortaliter peccat. Diu. Thom. 2.2. *quæst* 117. Mantic. *ca.* 23. *nu.* 14. Nauar. *in Compend. in verbo, præsumtio. nu* 10. neque aliquis munus suis viribus impar aggredi debet, est enim scriptum Ecclesiast. *cap* 7. noli quærere fieri Iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne forte extimescens faciem potentis, & ponas scandalum in agilitate tua D. Menoch. *de arbitr. iud. Cas.* 339 *nu.* 1 *lib.* 2. vbi de iudice agens dicit,
quod † Iudex per imprudentiam iudicans peccasse 26
non parum intelligitur, & proinde extra ordinem Iudicis arbitrio eundem puniri debere, eam tamé dixit pœnam esse arbitrandam ibidem D. Menoch. vt scilicet talis imprudens parti læsæ damna reficiat, non in solidum, sed in quantum facere potest. *ex glos. in l. vlt. ff. de vari. & extraord. cognit.* atq; ex Bart. *in quæst. 9. incip. Iudex per imperitiam. col. vlt.* & ex Bal. *in c. 1. §. iudices num. 1. de pac. iuram. firm. in vsib. feud.* nisi tamen (inquit D. Menoch.) talis imperitia sit ex lata culpa † quæ dolus præsumptus appellatur, quo- 27
niam tunc in solidum tenetur ex traditione Alex. *in l. 4. §. eum. ff. de dam. infect.* Dec. *in l. 1 §. hæc autem verba. numer. 3. ff. quod quisque iur.* Boss. *in tract. seu. crimin. in tit. de offi. ial. corrup. num* 23. quem secutum fuisse (ait) Iul. Clar. *quæst* 83. § *fin. versic. Iudex male. libro quinto sentent.* Nec tamen omittas ea quæ salubriter tetigit Boer. *decis.* 153. Aduocatus autem † qui se parum valere, & insufficientem se 28
cognoscit. causas suspiciens grauiter, & mortaliter peccare dixit Ala. *de Aduoc. & Causid. Christ. quæst.* 35.

Digitized by Google

& contra huiusmodi non perpendentes isthæc proferre, videlicet:

„ Si aduocatus sciat, vel scire debeat se parum „ valere iudicio, eruditione, & experientia, & assu-„ mat causas graues, peccaret mortaliter, & tene-„ retur ad damna, licet in aliquibus attingeret „veritatem, nam id potius tribuendum esse bono „euentui, quam cõsilio, bonitas enim vel malitia „nostrorum operum non pendet ex bono, vel „ malo euentu. D. Thom. 1. 2 *quæst. 20. artic.* 5. Nauar. „*in c. inter verba. concl. 6 num.* 10. *&* 11. *quæst.* 3. & suffi-„cit ad peccatum contrahendum, quod quis pru-„dens, & sciens exponat se periculo peccandi; ita „docet in puncto Michael Salon. *vbi supra quæst.* 21. „*artic.* 2. *controuers.* 1. *conclus.* 1. Nauar. in Manu. *cap.* 25. „*num.* 28. Tolet. vbi supra, *n.* 3. nec vllus discrepat, „quia peccatum facile discerneretur si vnusquisq; „se ipsum excuteret sine amore proprio. Neque „ sufficere puto illam præsumptionem scientiæ „ quam forsitan deducere possunt ex Priuilegio „ Doctoratus: sed esset laudabile, vt iterum exami-„narentur, antequam possent hoc munus profite-„ri, quemadmodum intelligo Placentiæ obserua-„ri, & antiquitus fieri solebat, vt patet ex text. *in l.* „*nemini. C. de Aduoc. diuers. Iud.* quæ consuetudo vi-„get quoq; in Regno, vt constat apud Afflict. *in* „*Constitut. Aduocat. offic.* Non ignoro tamen Theo-„logos distinguere, nunquid litigator cognoscat „ Aduocatum, & eius scientiam: hoc enim casu af-„firmant, eum teneri tantum de dolo, & lata cul-„pa, & ob id cum Aduocatus indoctus, & co-„gnitus sponte ab aliquo requiritur, sit aliquan-„tulum excusandus, sed ratio suscepti laboris,

& stu-

& studium salutis vniuersalis me cogit, vt mo- "
neam Aduocatos præsertim iuuenes, ne vnquam "
curent, aut patiantur affines suos, & amicos aucu- "
pari clientes, & causas, sed permittant se suis la- "
borib. & diuino fauore promoueri. Clientes enim "
qui rogati veniunt, præsertim ab eo, cui non pos- "
sunt sine rubore contradicere, non vere dici pos- "
sunt spõte venire, iuxta illud, *Est rogare Ducum spe-* "
cies violenta iubendi: & multa alia de precib. cumu- "
lata per Barbat. *in c. cum dilecta. col. 3. de rescript.* pro- "
pterea nulla ratione poterunt se excusare à pecca "
to mortali debentq; tanto cautiores esse, atq; cir- "
cumspectiores: quia Aduocati iuuenes solẽt ap- "
pellari, vt plurimum intricatores causarum. An- "
gel. *in le. 1. § pueritiam. ff. de postulan.* Sed multo gra- "
uius offendunt Deum illi Causidici, si qui sunt in "
orbe terrarum, qui circumdati magna copia li- "
brorũ ad pompam dispositorum, induti veste ta- "
lari, vultu, gratia; & composito, reddunt responsa "
litigatoribus ignaris, & profitentur, *De insipientibus* "
atq; ignorantibus considerans idemmet Author, arro- "
ganter eam scientiam, quam nũquam didicerũt. "
Quo fit vt dum student videri in hoc genere lite- "
rati, vere dici possunt prius damnati quam nati: "
quia exercent se in arte sibi penitus incognita, vt "
inquit Ant. de Butr. *in c. tua nos. de hom. col. 2.* & exi- "
gunt honoraria à clientibus pro Aduocatis, quæ "
tamen sibi vsurpant, vt aduertit, & grauiter repre- "
hendit Carbon. *in d. tract. de restitut. quæst. 51. in fin.* "
versic. iusto etiam debet esse contentus stipendio. "

Qua de re illud adiiciendum censeo, vt scilicet bene & diligenter aduertatur, ne quis † in collegium admittatur, nisi prius artem nouerit nec excu- 29

Digitized by Google

& contra huiuſmodi non perpendentes iſthæc profert, videlicet:

„ Si aduocatus ſciat, vel ſcire debeat ſe parum „ valere iudicio, eruditione, & experientia, & aſſu- „ mat cauſas graues, peccaret mortaliter, & tene- „ retur ad damna, licet in aliquibus attingeret „ veritatem, nam id potius tribuendum eſſe bono „ euentui, quam cōſilio, bonitas enim vel malitia „ noſtrorum operum non pendet ex bono, vel „ malo euentu. D. Thom. 1.2 *quæſt. 20. artic.* 5. Nauar. „ *in c. inter verba. concl. 6 num.* 10. *&* 11. *quæſt.* 3. & ſuffi- „ cit ad peccatum contrahendum, quod quis pru- „ dens, & ſciens exponat ſe periculo peccandi; ita „ docet in puncto Michael Salon. *vbi ſupra quæſt.* 21. „ *artic. 2. controuerſ. 1. concluſ.* 1. Nauar. in Manu. *cap.* 25. „ *num.* 28. Tolet. vbi ſupra, *n.* 3. nec vllus diſcrepat, „ quia peccatum facile diſcerneretur ſi vnuſquiſq; „ ſe ipſum excuteret ſine amore proprio. Neque „ ſufficere puto illam præſumptionem ſcientiæ „ quam forſitan deducere poſſunt ex Priuilegio „ Doctoratus: ſed eſſet laudabile, vt iterum exami- „ narentur, antequam poſſent hoc munus profite- „ ri, quemadmodum intelligo Placentiæ obſerua- „ ri, & antiquitus fieri ſolebat, vt patet ex text. *in l.* „ *nemini. C. de Aduoc. diuerſ. Iud.* quæ conſuetudo vi- „ get quoq; in Regno, vt conſtat apud Afflict. *in* „ *Conſtitut. Aduocat. offic.* Non ignoro tamen Theo- „ logos diſtinguere, nunquid litigator cognoſcat „ Aduocatum, & eius ſcientiam: hoc enim caſu af- „ firmant, eum teneri tantum de dolo, & lata cul- „ pa, & ob id cum Aduocatus indoctus, & co- „ gnitus ſponte ab aliquo requiritur, ſit aliquan- „ tulum excuſandus, ſed ratio ſuſcepti laboris,

& ſtu-

& studium salutis vniuersalis me cogit, vt mo- "
neam Aduocatos præsertim iuuenes, ne vnquam "
curent, aut patiantur affines suos, & amicos aucu- "
pari clientes, & causas, sed permittant se suis la- "
borib. & diuino fauore promoueri. Clientes enim "
qui rogati veniunt, præsertim ab eo, cui non pos- "
sunt sine rubore contradicere, non vere dici pos- "
sunt spõte venire, iuxta illud, *Est rogare Ducum spe-* "
cies violenta iubendi: & multa alia de precib. cumu- "
lata per Barbat. *in c. cum dilecta. col. 3. de rescript.* pro- "
pterea nulla ratione poterunt se excusare à pecca "
to mortali debentq; tanto cautiores esse, atq; cir- "
cumspectiores: quia Aduocati iuuenes solent ap- "
pellari, vt plurimum intricatores causarum. An- "
gel. *in le. 1. § pueritiam. ff. de postulan.* Sed multo gra- "
uius offendunt Deum illi Causidici, si qui sunt in "
orbe terrarum, qui circumdati magna copia li- "
brorũ ad pompam dispositorum, induti veste ta- "
lari, vultu, gratia; & composito, reddunt responsa "
litigatoribus ignaris, & profitentur, *De insipientibus* "
atq; ignorantibus considerans idemmet Author, arro- "
ganter eam scientiam, quam nũquam didicerũt. "
Quo fit vt dum student videri in hoc genere lite- "
rati, vere dici possunt prius damnati quam nati: "
quia exercent se in arte sibi penitus incognita, vt "
inquit Ant. de Butr. *in c. tua nos. de hom. col. 2.* & exi- "
gunt honoraria à clientibus pro Aduocatis, quæ "
tamen sibi vsurpant, vt aduertit, & grauiter repre- "
hendit Carbon. *in d. tract. de restitut. quæst. 51. in fin.* "
versic. iusto etiam debet esse contentus stipendio. "

Qua de re illud adiiciendum censeo, vt scilicet
bene & diligenter aduertatur, ne quis † in collegi- 29
um admittatur, nisi prius artem nouerit nec excu-

ſandus eſt quiſpiam, quod poſt aſſumptum officium addiſcere poſſit, vt dicit Barbat. *in Proœm. clem.* idem ſequitur Luc. de Pen. *in Proœm Cod. de iur. fiſci. libr.* 10.

50 Hinc oritur dubitatio an ſcilicet † aliquis ſtudiis operam nauans, poſſit in Collegium Cauſidicorum recipi, abſq; eo quod is practicauerit. huiuſmodi articulum concludit; & dilucidat Iodoc. *in praxi rer. ciu. cap. 96. numero tertio.* dum hæc dicit,

51 ſcilicet. Praxis enim † non ſtudio, ſed exercitio, eoque proprio paratur, ſicuti etiam praxin, & habitum in omnibus opificiis per propria exercitia cōparari videmus, & ab exercitio naſcitur experientia omnium rerum (vt dici ſolet) magiſtra, Nullus autem (inquit) tam practicus, quantumuis peritus in parlamento admittitur, ac aduocare poteſt, niſi is fuerit Doctor aut Licentiatus iuris, vel ciuilis, vel Canonici. Verum (ſubdit) in Concilio Flandrenſi, iſtos titulos non tam rigoroſè morantur, vtpote in quibus etiam alii viri, docti, practici, conſuetudinarii, & longa peritia, & praxi in iure exercitatiſſimi admittuntur, etiamſi nullo promotionis gradu inſigniti fuerint, dummodo iuris notitia, & praxi commendati fuerint, hæc ille. Ideo tales admittendi non ſunt niſi Theoriæ praxis adiuncta ſubſit, & quanti momenti praxis dicatur, vide ea q̃ ſcripſi in Lucerna *moral. ſub tit. de præcedent. Cauſidic. capit. vlt.*

Ancipite ſeu dubio patrocinantis in aliqua cauſa exiſtente animo, peritiores adire non eſſe timendum; Dubitatio in quibuſnam cadat.

Dubi-

Dubium quodnam dicatur, Dubiũ error ex iuris ignorantia prouenien s, quãdo excusabilis dicatur, hæc continet præsens Caput.

CAPVT XLII.

Svmmaria.

1 *Dubitare quando dicatur.*
2 *Dubitatio quotupliciter consideretur.*
3 *Iudex dubitans in persona, in iure, & in facto sententiam ferre non debet.*
4 *Iudex Dubius existens, quando sententiare possit.*
5 *Dubium quodnam dicatur esse.*
6 *Dubitabile quando quid dicatur.*
7 *Dubius, quasi nesciens dicitur.*
8 *Dubitas verbum quomodo exponatur.*
9 *Consulendi quomodo sint peritiores.*
10 *Ignorantia facti an aliquem excuset.*
11 *Ius quod est publicum, quilibet scire tenetur.*
12 *Error ex iuris ignorantia prouenien s quomodo, & quando Doct. excusetur.*
13 *Dubitabilis vbi sit causa, an quis patrocinari valeat.*
14 *Causam iniustam defendens, an ex capite ignorantiæ excusari possit.*
15 *Aduocatus iniustam cognoscens causam illam dimittere debet. Et an salarium restituere teneatur.*
16 *Consilio præambulo, actus quilibet disponendus est.*
17 *Sapientum dictis esse acquiescendum.*
18 *Iudex imperitus, an in dubiis sapientis consilium perquirere debeat.*
19 *Consilio sapientis causa dubia committi debet.*
20 *Iudex inuitis partibus, an sapientis consilio dubiam possit committere causam.*

Digitized by Google

21 *Causa cognitione clara existente, consilio sapientis non est opus.*

SEGREGATIS pertinacibus causarum patronis, de quibus memini supra in cap. proxime p̄cedenti, ad alios deueniamus; qui non de propria scientia confisi, in causa peritiores accedere haud
1 timent, quoties in aliquo dubitent, & † dubitare quis tunc dicitur, quando magis vni parti, quam alteri animum suum non applicat Bart. *in l. admo-*
2 *nendi .num.19.q.2.ff.de iureiur.* Et dubitatio † ipsa tripliciter considerari potest, scilicet:

IN PERSONA,
IN IVRE, &
IN FACTO.

3 Et his tribus † copulatiue concurrentibus in ipsamet dubitatione, absolute sententia à iudice ferri non debet 33. *distinct.c.habuisse.c.iudicantem. &* §*.seq.30.quæst.5.*

4 Si † vero (inquit Alber. *in suo Dictionar.*) dubium emergit in persona tantum, sed certum est ius & factum, tunc datur certa sententia *c. quidam. 5. quæst.1.*

Cum vero in facto emergat dubitatio, & certum est ius, & persona certa, tunc non potest certa ferri sententia. *c. graue. 11. quæstion. 3. d. c. habuisse. 33. distinct.*

Cum autem in iure tantum emergit dubitatio, tunc consulenda est Sacra Scriptura, & Seniores Prouinciæ, & Papa. *distinct.25.c.de quibus. 24.quæst.1. c.quoties* & de hoc adest text. *in l.eum qui temere.*§*. iud.*
5 *C.de religios.* Et illud quoq; † dubium dicitur, de quo

quo inter sapientes dubitatur. *l an inutilis ff. de accept.*
Item † dubitabile id significatur, quando argumenta pro, & contra congruunt. *l. Licinius. ff. de fideicommiss libert.* 6 Vnde † dubius, quasi nesciens dicitur. 7 *l. fin. § sin autem. C. de furt.* Ideoque hoc verbum dubitas, † id est, certus nõ es, exponitur. *l si quidem. C. de except.* 8

Et denique ea est firma propositio atq; conclusio, vt scilicet, de victoria futuræ litis dubitans quisquam causam, & ipsius causæ patrocinium suscepturus, in primis peritiores pro consilio habendo adeat. Quomodo † autem peritiores sint consulendi, 9 vide ea quæ scripsi tum supra *in ca. 28. in princip. tum etiam sub tit. de Aduoc cap. 7. n. 1. cum seq.*

Et quamuis regulariter † facti ignorantia quempiam 10 excuset *l. quamdiu. C. qui admitti.* attamen iuris ignorantia nemini opitulatur neque excusat, quæ fere semper nocet *l. regula. in princip. ff. de iur. & facti ignor.* Et ideo † ius quod est publicum omnes scire 11 tenemur, vel per nos, vel per peritos, quos consulere possumus, & debemus scire *l. in bonorum. ff. eod. tit. de iur. & fact. ignor* & præcipue, vbi agitur de lucro captando, quo casu nec mulieribus prodest, si peritorum copiam habere potuerunt, Cuiac. *lib. 4. obseruat. cap. 33. & 39.* Sed distinctionum † medio, quas tradit integerrimus, & nun- 12 quam satis à me laudatus Philippus Masinius Eques auratus & in hoc Ticinensi Gymnasio, tum matutinis, tum vespertinis horis, iuris ciuilis interpretis primarii, in suis lecturis ad legem sextam, nẽpe *ad l. iuris ignorantiam. C. qui admitti. num. 12.* quãdo iuris error, vel ignorantia noceat.

Is namque iuris vtriusque candidissimus explicator

cator in Oratoria poeticaque arte eloquentiæ, atque miro scribendi ordine peritissimus atq; docendi scientia ornatus speculatiuæ scientiæ, insciis vero facilitatis ordine optimus demonstrator, sic is iterum ab omnibus prædicatur, atque sic cum eo erit dicendum. Nec mireris, si eiusdem lecturæ *sub nu. 12. cum seq. vsque ad finem*. verbo ad vngnem sim obseruaturus, quoniam ob varias distinctinones, quæ in eadem lectura leguntur, nihil prorsus est omittendum, sub his quidē conceptis verbis, videl.

Aut error est in iure naturali, vel quasi,

Aut in iure ciuili.

Si in iure naturali, vel quasi, non excusat. *l. si ad alterum. §. stuprum. ff. ad legem Iul. de adult. l. 2. C. de in ius voc.* Dyn. *in c. ignorantia. de reg. iur. lib. 6. n. 20.*

Si in iure ciuili, rursus est distinguendum, quia

Aut error, est nascens ex ignorantia affectata, vel simulata, & dolosa, & non excusat, cum pro scientia habeatur. *l. qui contra. C. de nupt. l. si liberti. C. de bon. libert.*

Aut non fluit ex ignorantia affectata, vel simulata, & tunc

Aut error est, circa ius obscurum, & patum vsitatum,

Aut circa ius apertum, & vsitatum.

Primo casu iuris ignorantia excusat, vt per Felin *in c. 1. de sentent. & re iud num. 15.* vbi Ioann. Andr. Butr. & alios adducit *& in c. quoniam. de Simon. num. 12. versic. & adde.*

Secundo autem Casu,

Aut error fit in iudicio aut extra.

Si in iudicio,

Aut circa actum concernentem formam, & rigo rem

gorem iudiciorum inductum ob publicā vtilitatē.

Aut circa ius priuatum partis.

Primo casu iuris error neminē excusat, & semper nocet ex Bald. & DD. communiter ipsum Bal. sequentibus. *in d.l iuris ignorantiam.* & ex Felin. *in c. quoniam.num.*11.*de Simon.*

Secundo casu,

Aut erratur in iure priuato ante litem contestatam, aut post.

Si ante, iuris ignorantia excusat, probata causa erroris legitima ex Dyn. *in allegato c. ignorantia. per text. in l. de ætate. §. qui iusto. & §. Celsus. ff. de interrogat. act.*

Si vero post, nequaquam. *l. non fatetur. ff. de confess. & d.c. ignorantia. vbi* Dyn. *num.*20.

Si vero extra iudicium,

Aut iuris error concernit formam actus,

Aut formam actus non concernit.

Primo casu non excusat, & per Bal. *in d.l. iuris ignorantiam.* & per Felin. *in d.c. quoniam.nu.*11.

Secundo vero casu,

Aut agitur de damno vitando,

Aut de lucro captando.

Si de damno vitando,

Aut in eo, in quo requiritur verus dolus,

Aut in eo, in quo sufficit dolus præsumptus, vel quælibet culpa.

Si in eo in quo requiritur verus dolus, iuris ignorantia excusat. *l. si quis in graui. §. si quis ignorans. ff. ad Senatus Consult. Syllanian.*

Si vero in eo erratur in quo dolus præsumptus sufficit, vel quælibet etiam culpa leuissima, rursus distinguendum est, quia

Aut

Digitized by Google

Aut ius, in quo erratum erat publice notum vere.

Aut præsumptiue vt puta quia à die publicationis duo saltem menses erant lapsi.

Loquendo de cursu edicti perpetui circa agnoscendam bonorum possessionem.

Aut non erat publice notum,

Et si erat publice notum,

Aut quærimus nunquid ignorãtia excuset à pœna, & concludendum est negatiue. *l. leges sacratissima. C. de legib. l. Constitut. ff. de iur. & facti ignorant. l. vlt. § licet. ff. de public. & l. diuus Claudius. ff. ad legem Cornel. de fals.*

Aut quærimus, nunquid prosit saltem ad minuendam pœnam, & concludendum est affirmatiue, vt ex Bart. Anch. & aliis docet Felin. *in d. c. quoniam. de Simon. num.* 12. *versic. tertia conclusio.*

Si vero publice non erat notum vere, vel præsumptiue ius, circa quod est erratum, illius ignorãtia excusat. *l. vlt. ff. de decret. ab ord. facien.* tradit Dyn. *in d. l. ignorantia. de reg. iur. in 6. nu.* 19. faciunt tradita per Claudium Pratum *li.* 3. *Grioseon generalis iuris cap.* 3. *circa medium.*

Vbi vero agitur de lucro captando, ex sententia Dyn. *in d. c. ignorantia. nu.* 20. est rursus distinguendũ quia aut agitur de lucro captando cum alterius iniuria & detrimento. Et rursus distinguendum quia aut peritiores consulere non potuit is qui errauit, & excusatur. *l. in bonorum. ff. de iur. & facti ignorant.* Et quando quis dicatur posse vel non posse peritos consulere docent Doctores hic præsertim Alex. *in d. l. iuris ignorantiam. num.* 2.

Aut consulere potuit, & tunc

Aut

Digitized by Google

Aut non consuluit.

Aut consuluit, sed Consilio inepto deceptus est.

Primo casu nocet iuris ignorãtia, vt hic, vbi docent etiam Doctores Bal. Salic. Fulgos. Castren. & Alex. & omnes: tradit etiam Feliñ. *in sæpius recitato c. quoniam. de Simon. num.* 10.

Si vero consuluit, sed malo & inepto consilio deceptus est errans in iure, adhuc distinguendum est, quia

Aut est persona quæ tenetur per se iura scire, ex qualitate muneris & officii, cuiusmodi est Doctor vel Assessor.

Aut eiusmodi non est qui ex personæ qualitate per se scire leges teneatur.

Primo casu non excusatur vt per Bart *in d. l. in bonorum. ff. eod.* sequuntur Bal. Salicet. & alii omnes hic, & præsertim Iacobin. de S. Georgio *nu.* 8. & Ias. *n.* 9. tradũt etiam. Bar. Angel. & Imol. *in l. si conuenerit. ff. de re iud.* Quæ autem sint personæ quæ per se tenentur scire leges docet Bart. *in l. generali lege. C. de tabul. libr.* 10.

Secundo autem casu,

Aut vnum duntaxat consuluit,

Aut plures.

Si vnum tantum, adhuc est distinguẽdum quia aut erat in loco vbi non nisi vnus reperiebatur peritus, & excusatur, § *qui aũt. in Auth de non alienan. aut permuta. rebus* Eccles. *l.* 1. *in fin. ff de verb. obligat.* tradunt Romã. & Alex. *hic vterq; num.* 3. Iacobin. de S. Georg. *num.* 7. Ias. *num.* 9. *in* 2. *limit.* Aut erat in loco vbi plures erant periti & non excusatur, vt per Bal. hic, quem sequitur Fulgos. quia d. l. in bonorum. vtitur numero plurali dicens, (aut consuetudo pruden-

 tio-

Digitized by Google

tiores) facit text. *in c. statutum. de rescript. in 6.* Cum. *in l. si duo. ff. de acquiren. heredit.* sequuntur Doct. hic & præsertim Corn. *numer.* 4. Iacob de S Georg. *numer.* 7. Ias. *num.* 6. *in* 2. *limit.* & Petr. de Vergnia *in addition. ad Iacob. Butrig hic.*

Si vero plures consuluit, aut consuluit vt eos haberet in caus. Aduocatos, & eo casu, sunt suspecti ratione interesse quod habent errans in iure consilio eorum non excusatur, vt tradit Angel. *in l. in pri. nato. infra. de fruct. & lit. expen.* sequitur Alexand. *hic num.* 3. & Ias. *num.* 9 *in fin.*

Aut non eo intuitu cõsuluit, vt eos Aduocatos haberet, sed solummodo vt rei veritatem intelligeret, & tunc

Aut Doctores consuluit imperitos,

Aut Peritos.

Si imperitos non excusatur argum. *l. quod si noluit. §. si mancipium. iuncta glos. in verbo, medium. ff. de edilit. edict.* tradit Fulgos. hic & sequuntur alii, & præsertim Iacob. de S. Georg. *numero septimo.* & Ias. *num.* 9. *in* 3. *limitat.* necnon & Petr. de Vergnia. *in addition. ad Butrig.* quod si peritos consuluit,

Aut consuluit plures ex peritioribus Ciuitatis, & excusatur sine dubio. *d. l. in bonorum.* & omnes admittunt.

Si vero non consuluit plures ex peritioribus Ciuitatis, licet ad mediocriter eruditos iuerit, excusatur à dolo, non autem à temeritate vel culpa, vt docuit singulariter Angel. *in l. plagij. infra. ad legem Falcid. de Plagiar.* referunt & sequuntur hic Alexan. *numero tertio, in fine.* Iacob. de S Georg. *numer.* 8. Ias. *numer.* 9. *in* 3. *limitat.* & Petr. de Auergnia, qui ad-

dens

dens ad lac. de Baur g. fere omnia à Iasone hic mutuatus est, hæc ille.

Quodnam igitur immineat periculum in causa dubia Aduocatos minime consulere, ex narratis prospicias. Et si † in causa dubitabili quis patrocinari possit secundum Veruec. & hoc notandum significauit, Sum. Syluestr. *in d. verbo, Aduocatus.* d quod etiam quis tenetur si scienter hoc facit, si cũ decipit suadens causam esse iustam, quia alii er non litigasset. Qua de re *ibid. in in versic. vndecimo,* docens quando quis † ex ignorantia causæ iniustæ excusetur, huiusmodi tradit, videlicet; quod si prouenit ex culpa sua, quia non est peritus in iure, aut non quæsiuit à clientulo, vt debuit merita causæ, non excusatur, sed tenetur parti læsæ, & clientulo si aliter non litigasset, secundum modum culpæ, & regulas de quibus in eadem Sum. *in verbo, Culpa.* 13 14

Si vero ignorantia illa prouenit ex qualitate negocii, vel falsa, aut mala informatione clientuli, excusatur, sed tamen † cognita iniustitia causæ, eam dimittere tenetur, *l. rem non nouam. §. patroni. C. de iud.* & secundum Motal. tenetur restituere salarium receptum, quod verum est, si in culpa fuerit, & non aliter secundum Hostien. & mentem Diui Thom. Ad hæc faciunt ea quæ superius significaui *sub titul. de Aduoc. cap. 20. n. 7.* 15

Et quamuis error Aduocati non noceat parti ex Bartol. *in l. ornamentorum. la 39 ff. de aur. & argent. leg.* Confessio tamen Aduocati præiudicat suo principali nisi eadem die reuocata fuerit, *cap. cum causam. el 62. extra. de appellat.*

Digitized by Google

Perſpectis igitur iis quæ circa conſilium petendum
16 Cauſidico ſpectent omnino quidem † conſilio ſunt facienda, vt inquit Specul. *in § nunc tracta-*
17 *mus. verſic. habito. de Aduoc.* auditioni namq; † ſapientum vacandum eſt, *capit. ex ſtudiis. de præſumpt.* idem Spec. *allegato § nunc tractemus. num. 7. verſic. Roboam.*
18 atque ſic vt etiam Iudex † imperitus, in cauſis dubiis conſilium ſapientis adhibere teneatur ad ea q̃ intrepide ſuſtinuit Innoc. *in capit. ſi pro debilitate. in gloſſa ſua, in verbo conſulere. de offic. deleg.* Bald. *in cap. iudices. in princip. in verſic. ſed contra hoc facit. de pac. iur. firman.* Idem Bald. *in l. obſeruare. §. proficiſci. quæſt. 31. C. de offic. proconſul. & leg.*
19 Ideoque † conſilio ſapientis cauſa dubia committi poteſt, vt optime colligitur ex text. *in l. non ſine. in princip.* & ibi Bal. *in 3.*
20 *notab. C. de bon. quæ lib.* ita vt etiam † partibus inuitis id Iudici facere liceat, dummodo malitia non interueniat, text. adeſt *in l. 2.* & ibi gloſ. *C. de ſentent. ex breuic. recitan. iuxta* Angel. ſententiam *in l. pri a. C. de relat.* quem etiam vna cum Bald. videas *in l. dubium. C. de repudiat.* Ad rem noſtram faciunt ea quæ ſignificauit Spec. *in rubr. verſic. ſcias igitur. de requiſit.*
21 *conſil.* alias etenim † in cauſa liquida conſilium non datur etiam ſtante ſtatuto Bart. *in l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de leg. 3.* Alexand. *in l. ſi ſic ſtipulatus. ff. de verbor. oblig.* Angel. *in conſ. 33.* & Bald. *in l. prima. colum. 2. verſic quarta eſt relatio C. de leg.*

Quæ ab Aduocato ſiue Doctore præciſe obſeruari debeant circa conſilii præſtationem, breuiter enucleantur.

CAPVT

CAPVT XLIII.

Svmmaria.

1 *Consultori quænam præmeditationis digna sint necessaria.*

2 *Consilio legali contraria quæ sint.*

3 *Consulere in causa propria à consilio facti alieni præstando, quidnam importet.*

4 *Aduocatum in causa propria quærere laudabile dicitur.*

5 *Consiliario malo qui credit, an ignorantia credentem excuset.*

6 *Persuasio propria, mala tamen, prorsus euitanda.*

7 *Doctores actu nõ legentes seu non postulantes, quomodo nuncupentur.*

8 *Aduocatus suum non exercens officium aduocatorum priuilegiis gaudere non potest.*

9 *Aduocatus, insufficientiæ causa reprobari potest.*

10 *Consulendo, quidnam seruare debeat consilium præstans.*

11 *Mutanda non sunt quæ certam habuerunt sententiam.*

12 *Iura, iuribus sunt concordanda, & vbi concordari non possunt, quid peragendum.*

13 *Communis Doctorum opinio probabilem inducit errorem, & quando.*

14 *Causæ, rationibus potius, quam Doctorum authoritatibus, quare sint metiendæ.*

15 *Consulens, cum aliis conferre perutile vt plurimum sibi acquirit.*

16 *Conferre cum minus peritis, quandoque prodest.*

17 *Consilium alicuius, an & quando sit sequendum, remissiue.*

Digitized by Google

18 *Consulens contraria, cui consilio standum sit.*

LACESSITO igitur ab Aduocato consilio, tūc Aduocatus ipse memor erit eorum, quæ Catilina *in princip. suæ responsionis contra Ciceronem* dicebat, scilicet:

1 Omnes † qui de rebus dubiis consultant, debent in primis animaduertere, ne cuiquam voluptati temere assentiant, neve liberum ingenium, fauore aut iracundia pessundent: imo eniti debent vt durent inuitis animis, vt omnium rationes æque circumspiciant, nec in alterutram partem inclinent, donec luce clariores in apertum deductæ, & satis peroratæ causæ videantur. Difficile est enim commotis animis & concitatis ingeniis verum cuiquam persuadere, sic etiam Luc. de pen. *in l.* 2. *col.* 2. *C de exact. tribut. libro decimo.* quē sequitur Sylu. nupt. *d. titu. quomod. Iudic. numer.* 105. *libro quinto.* vbi pariter ex authoritate Diodori apud Thucydi-

2 dem *libr.* 3. habetur, quod scilicet duo † sunt præcipue ad bene consulendum contraria, celeritas, & ira, *c. ponderet.* 50. *d. distinct. c. Deus omnipotens.* 2. *quæst.* 1. Felin. *in c. eccl. sia S. Mariæ. col.* 13. *de constitut.* Luc. de pen. *in l. his tantummodo. C. de cur. publ. li.* 12. & per Dec. *in procem. sermonis post suum consil.* 151.

3 Quo fit vt necessaria † detur separatio à Consulente scilicet in causa propria, & à Consulente in facto alieno. Et quo ad primum attinet: Suffragatur dictum Marian *in cap.* 2. *col.* 61. *versic.* 14. *in princip. artic. concil.* 1. *de libel oblat.* huiusmodi proferentis videlic. hoc ego in primis ex charitate vobis consulo, potissime cum eritis Doctores, vt cum dictis authoritatibus, non solum persuadeatis, verum etiam impellatis & astringatis partes ad compositionem

tionem & concordiam & (ad rem noſtram) à cauſis propriis omnino abſtineatis propter prædicta & etiam quia dubius ſit euentus litis, ſi propriam cauſam amitteretis, eſſet vobis magnum dedecus, & ſic perderetis cauſam & honorem, & propria effectio poſſet inducere intellectum veſtrum ad perniciem. Quare Neuiz. *in Sylu. nupt. in titu. quom. iudican. pro Commun. opin. numero* 11. *&* 12. *lib. ſexto.* huiuſmodi perpendens, dixit fugiendas eſſe cauſas proprias tanquam rem pernicioſam, exemplo piſtoris, qui panem & non ſe poſuit in furno, iuxta illud, † neceſſitatus in cauſa propria litigare, aduocatum quære, dato etiam quod Doctor Doctorem conſuleret, vel conſilium à Doctore peteret, quia vt præcitatus Neuizan. inquit allegato *titu. quom. iudican. in dub ſub numero* 108. circa *medium.* laudandus eſt is qui in quæſtionis caſu, quamuis claro, vbi per vnam ſententiam ſuccubuit, ſocium in aduocatione adhibet, inſtar boni Medici in ægroti cura, imo (inquit) quandoque Aduocatus ob affectionem, qua clientulum proſequitur, verum bene nõ cognoſcet, ꝓpterea (ſubdubitando Aduocatum, finge te arbitrum & ti[illegible] [illegible]dum propone non conſulendum [illegible] Aduocato, & affectio ceſſabit, neq; decipi[illegible] ille. Idcirco aſſeſſorem † ab alio conſilium petentem, atq; conſiliario male conſulenti credentem, iuſtam ignorantię cauſam non habere ſaluatum Bart. *in l. in bonorum. in fin. ff. de bon. poſſ. ff. d. ſ. poſitionē* [illegible] *l. imperitia ff. de reg. iur.* Quo ſit, vt quis caute præuideat, an Aduocato conſilium datum inſit vera doctrina, & talis, vt ab eo cõſiliũ dãdum tutũ tradatur. Sunt enim nõnulli quadã † ducti pſuaſione,

Digitized by Google

suasione, vt illorum inani quadam opinione firmata, id quod à veritate abest verissimum credát, quamuis iuris dispositio aperte contrarium patefaciat, quo casu sine scientia scientiati, Comiti sine comitatu æquiparantur. Petrus de Lesnaudiere *in tract. de Doctor. quarta part. quæst.* 20. Ideoque Neuiz. *in d. titu. quom. iud. numer.* 39 *chart. mihi* 461 *prope principio.* allegans Besut. *in* 2. *part. Digesti noui*. talia proferentem inquit, quod potius calceorum aptator esse vellet, quam sine legibus Doctor, cui necesse est impensam dignitatis gradus sine vtilitate retinere; vel qui nõ vtilia sed vana doceret, & qui non instrueret, de corriget scholares secundũ Rosat. Busti *in* 2. *part. Sermon.* 29. *in litera A.* vel cui puluis cecidit super libros, ex traditione Felin. *in c. veniens. el primo. col. penult. de testib.* Vel qui in Palatio duct⁹ nesciebat
7 quid loqueretur, sic asserente Bart. *in l. cum quid. in fin ff. si cert. pet.* sicuti etiam Doctores † non actu legentes, seu non postulantes, tantummodo Doctores nomine dicuntur, vt in puncto tradit Ioseph.
8 Ludouic. *in decis.* 6. *Rot. Lucens. num.* 3. Sicuti pariter Aduocatus † officium Aduocati non exercens, priuilegiis Aduocatis concessis gaudere non potest Papon. *lib.* 7. *tit.* 7. *Arest.* 15. D. Menoch. *de arbitr.*
9 *iud. cas.* 379. *numer.* 12. *lib.* 2. Ideoque † Aduocatum propter insufficientiam reprobari posse, atque Doctorem antequam ad legendas causas admittendum fore proponatur, quod approbationi sit locus, id *tradit Marc quæst.* 648.

10 Qui † igitur (ad rem nostram) consilium legaliter præstare cupit, veritatem amplectatur, & licet quandoque varietas appareat, & tunc distinguendo, iuxta Sentent. Syluestri *in Sum. in verbo, opinio,*

nio, præmeditetur ſcilicet, quod aut opinionum vna tantum, pro ſe legem, vel antiquam & probatam habet conſuetudinem, altera non: tunc illa eſt
præferenda, quia † minime mutanda ſunt, quæ certam ſententiam ſemper habuerunt *l. minime. ff de legib.* Aut non eſt lex vel conſuetudo pro ipſarum aliqua; vel eſt pro vtraq; & tunc concordari debet, vt dicatur, vnam in vno, & aliam in alio caſu obtinere, ſi fieri poteſt, quia (inquit) conueniens † eſt 12
iura iuribus concordare *c. cum expediat. de elect. lib. 6. l. vnicæ. C. de ineffic dot. & l. præcipim. in fin. C. de appellat.* & ſi concordari non poſſunt (ſubdit) communis opinio ſequenda eſt, ea potiſſimum ratione, quia in cauſa dubii pro multitudine præſumendum eſt, *ex c. fin. de pœnitent. diſtinct.* 1. & communis † Docto- 13
rum opinio probabilem errorem inducit. Quod tamen limitatum tradit ibidem præallegat. Syluester, loco de quo ſupra, iuxta Gemin. ſententiam *in c. primo. de ſum. Trinit. lib. ſext.* quoties vera, & certa ratio contraria aſſigneiur. Item ex traditione Io. Andr. *in c. 1. de conſtiut.* quando illa communis opinio notarie maledicat, vel rationaliter conuinci poſſit deducendo id, quod colligitur ex text. *in l. 1. C. de iur. vet. enucl. ſcilicet.*

Sed neq; ex multitudine Authorũ, quod melius & æquius eſt iudicato, cum poſſit vnius, & forte deterioris ſententia multos in aliqua parte ſuperaſſe, quod memoriæ commendandum eſſe tradit: hæc ille. Hinc eſt quod non ſine iure ſignificauit Lud. ab Aſſiſ. deciſ. Lucen. 52. *num.* 23. rationibus † 14
ſcilicet potius, quam authoritatibus Doctorum cauſas eſſe metiendas, præſertim conſulentium, qui lucro (quandoque) & auaritia abſtracti, modo

Digitized by Google

in vnam, modo in aliam opinionem trascendunt, quas postea opiniones, alii exinde Doctores cursim, & absque animaduersione aliqui sectantur vnus post alium veluti oues, secundum Dec. *in cons. 494. numero 15.* & Bellon. *in cons. 59. numero 11.* & ibi prudenter inquit, quod mos potius Doctores numerandi quam sententias ipsas ponderandi, sæpe ignorantes decipit Iudices.

15 Neq; Consulens prætermittat † id quod in consulendo Bart. obseruabat, nempe quod pluries, dum super aliquo articulo ab eo consulendo dubius reddebatur, cum mercatoribus etiam conferebat, vt singulariter dixit Ant. Corset. *in suis singular in litera T. in verbo, Testamentum num. 2.* Hinc est 16 quod † cum minus peritis conferre quandoque prodest. *c. ad nostram. de consuet.* & vt inquit Spec. *in §. nunc tractemus. num. 8. de Aduoc.* quem pariter ad hoc allegaui supra *sub tit. de Aduoc. cap. 7. numero nono.* sæpe minori reuelatur quod maior ignorat, & non omnes p omnia, sed certi per certa meliores, aut deteriores inueniuntur, nec omnium æqualis est gloria, nec omnes æquali prudentia vel scientia ministrant.

Tandem in foro conscientiæ, quid Aduocatus In causa dubia sit obseruaturus, id ex Theologorũ traditione demonstrat Ala. *de Aduoc. & Causid. Christ. quæst. 37.* isthæc proferens, videlicet:

„ In hoc proposito, non intelligo causam illam „ dici dubiam, quæ aliquibus rationibus, aut au„ thoritatibus persuaderi potest, quando contraria „ opinio est communis, nam etiam in foro consci„ entiæ debet Aduocatus sequi communem sen„ tentiam Sum. Angel. *in verbo, Opinio. col. secunda.*

Tabien.

Tabien. col. secunda An. Maria Corat. *in tract. de Com. opin. lib.* 10. *tit.* 10 *numero* 17. & *lib.* 12. *tit.* 11. *numero* “
18 [hoc enim genus causarum verius dici potest “
iniustum quam dubium] Michael Salon vbi “
supra *in d. quæ.* 71 *art. tertio, controuersia secunda.* sed il- “
la dici debet dubia, in qua scribentes adeo dis- “
sentiunt, vt non possit discerni magis commu- “
nis, & vtraque nititur bonis authoribus, & ratio- “
nibus; hoc equidem casu nullus Theologorum “
negat, quin possit Aduocatus tutissima consci- “
entia patrocinari. Similiter quando Iudices so- “
lerent modo in vnam, modo in alteram partem “
inclinare, non est quod dubitent Aduocati hu- “
iusmodi causa suscipere vt explicant Petr. Ara- “
gon. & Salon in loco relato: & ego addo, quod “
vbi in aliquo articulo nulla reperiatur lex aut o- “
pinio Doctorum illum decidentium, sed solis ar- “
gumentis [illegible] certandum sit, non possit Ad- “
uocatus [illegible] in hoc casu dubio operã “
[illegible] si iustitia causæ consistit “
[illegible] testium, poterit Aduocatus pa- “
[illegible] quousq. viderit dicta testium, quę si nõ “
[illegible] sufficientia, causa incipiet esse iniusta. “

[illegible] autem solet esse dubitatio apud Theo- “
logos, numquid, si vna opinio sit aliquantulum “
probabilis, & Iudices quandoq; in illam veniãt, “
non [illegible] en hæc ęque probabilis, vt contraria nec “
ita frequenter recipiatur in iudiciis sicut illa possit “
Aduocatus sine peccato defendere istam, quam “
[illegible] probabiliorem? in qua dubitatione “
[illegible] *tract. de iust. & iur. lib. quinto. quæst.* “
octaua. artic. tertio. versic. sed ratione dubitandi. quod “

pro

„ pro reo iudicialiter conuento potest absque du-
„ bio Aduocat⁹ defendere hanc opinionem minus
„ probabilem; pro actore vero contra reum, qui
„ versatur in maximo, & grauissimo periculo o-
„ mnium fortunarũ, non potest Aduocatus tueri
„ illam partem, quæ sit min⁹ probabilis, imo si hoc
„ casu patrocinaretur pro actore, admitteret in-
„ gens scelus, vbi vero non agatur de causá tanti
„ momenti, dicebat Sot. de rigore conscientiæ,
„ non peccare mortaliter Aduocatum, si etiam de-
„ fenderet partes actoris, quanquam affirmet has
„ causas minus probabiles, non posse defendi sine
„ periculo, & in omni casu debere Aduocatum mo-
„ nere clientem de qualitate suæ causæ, & non pos-
„ se vti falsitate aut mendacio quam distinctionem
„ diffusius explanauit, & approbauit Michael Sa-
„ bon. & Petr. Aragon. *in d. quæst.* 71. *art.* 3. vbi quod
„ dictũ fuit de reo posito maximo in periculo, ex-
„ tendunt ad omnes causas pias, pro quibus in du-
„ bio debet iudicari, præsertim in specie ista in qua
„ fingitur causam partis conuentæ esse probabilio-
„ rem Tolet. *in Sum. cap.* 60. *numer.* 3. Azorius vero
„ *lib* 2. *Moral. instit. capit.* 17. *in fin.* repudiauit distin-
„ ctionem Sot. & tenuit Aduocatum posse sequi
„ opinionem minus probabilem, etiam pro acto-
„ re contra reum positum in maximo periculo vi-
„ tæ, aut fortunarum. Sed ego arbitror in hoc peri-
„ culosissimo Oceano, Aduocatum non posse te-
„ nere certiorē aut tutiorē cursum ad vitãdos sco-
„ pulos istarũ distinctionũ, qui si omni studio ela-
„ borant vt suscipiat eas tantumodo causas, qui re
„ vera conscientia sua sint iustiores, & probabilio-
„ res, neque conetur traducere iudicem in eam o-
pinio-

pinionem, in quam ipsemet Aduocatus non esset "
iudicando p openſurus; multa enim licēt rigore "
conſcientiæ, quæ ſemper non expediunt, & puto "
turpiſſimū ſi Aduocatus interrogatus num ita iu- "
dicaret ſi, uti alleg. uit, neget, vel titubet, quo ſit "
vt famam quidem eruditionis, fidem vero ut au- "
thoritatem nunquam aſſequatur; & quoniam "
Sot Michael Salon. & Petr. Aragon. permittunt "
Aduocato, & Cauſidico vt poſſint tueri cauſam "
parui momenti, minus probabilem etiam contra "
reum; moneo illos atque hortor, pro eo quanti "
faciunt ſalutem ſpiritualem, ne hac doctrina ab- "
utantur, ſed in primis diligenter aduertant ne "
cauſa collocanda ſit in illo gradu dubietatis, vt "
parum diſcreper ab iniuſta; deinde vt omnia bo- "
na fide pertractent, ſine mendaciis, ſine dolo, ſi- "
ne dilationibus ſuperfluis & ſimilibus, & vt mo- "
neant clientem ſuū de vero ſtatu ſuæ cauſæ; quod "
ideo dixi, quia obſeruaui nonnullos Cauſidicos, "
qui cum profiteantur conſcientiā paulo circum- "
ſpectam & minus peccantem, in hiſce tamē cau "
ſis exigui ponderis, ſoluunt omnes affectiones a- "
nimi, & præcipites feruntur in multa grauia deli- "
cta, nihil aliud cauſantes præter cauſæ tenuitatē, "
propter quam temere putant omnia ſibi licere. "

An † vere & quando conſilium alicuius ſit ſe-
quendum videas Sum. Syluest. *in verb. Conſilium.* 17

Quid † modo ſi reperiatur aliquis contraria fa-
ciens conſilia, Eo igitur caſu ex doctr. Neuiz. *in ſylu.* 18
nupr. allegato titu. quom. iudican. num. 29. dicas, quod
tunc eſt illi conſilio ſtandum, vbi copioſior inter-
ueniat examinatio, Panorm. *in cap. bonæ. ante fin. de
poſtulat. prælat.* & ex Clau. *in l. ſi idem cum eodem. §. fin.
ff. de*

ff. de iurisd. omn. iud. & ex Cal ane. *in consil.* 39. *incip. magnifi us col.* 5. *in fin.* dicente non esse curandum de opinione Doctoris non deliberata neque aopensata sed sic in discursu posita, & vt lati⁹ ex d. Neuiz. legere poteris.

Consultorem imperitum, aut fraudulentam omnino euitandũ, secreta vero aperientes atq́; consilia reuelantes quibus pœnis feriendi tandem bonum, & non malum esse dandum consilium, vnica mixtura hæc salabriter referuntur.

CAPVT XLIV.

SVMMARIA.

1 *Consultorem imperitum, aut fraudulentum ne quis adeat.*
2 *Consiliarius Principis malus deceptor appellatur.*
3 *Consiliarii, qui mali dicantur.*
4 *Principum consiliarii, renunciantes, aut consilia reuelantes, quam sustineant pœnam.*
5 *Secreta detegentes, seu reuelantes, quomodo puniãtur, remissiue.*
6 *Secreta partis propalare, an foro conscientiæ liceat, remissiue.*
7 *Propalatio consilii prohibita dicitur.*
8 *Romanos tria dominare fecerunt.*
9 *Rempublicam tria destruunt.*
10 *Imperatorem malum potius, quam malos consiliarios habere Republicæ interest.*
11 *Legale atque bonum à consultore debet præstari consilium.*

12 *Consi-*

12 *Consilium rectum præstare, misericordiæ in spiritualibus opus dicitur esse.*
13 *Consiliatiua prudentia, quænam dicatur.*
14 *Consilium fidele præstans gratus dicitur.*
15 *Præmium ex iusto, & non iniusto consilio recipere licet.*

CAVEANT omnino petentes consilia, ne cõsultorem † imperitum, aut fraudulentum 1
accedant: Quoniam vt inquit Quintil. Mandos. *de ingratitud. cap.* 74. sunt aliqui, qui propter ignorantiam & experientia carentes, mala dant consilia, alii vero vt morem gerant, vel assentatorũ officio fungẽtes, seu propter malam naturam moresque ferinos, vel ob inuidiam, æmulationem, proprium interesse, vel ad captandos fauores, vel extorquendas pecunias, vel ad alia, pessima causa,
mala dant consilia. Ideoq; malum † Principis cõ- 2
siliarium, deceptorem appellat Sum. pontifex, *in
cap. quanto. in princip. de iureiur.* Mali etiam † dicun- 3
tur (inquit) consiliarii renunciantes & secreta aperientes. Ecclesiast. *capit.* 37. scilicet à consiliario ser-
ua animam tuam, & propterea † ait (loquendo de 4
consiliariis principum) puniri debent consilia reuelantes. *l. si quis aliquod ex metallo.* §. *transfugæ ad hostes*, vel consiliorum nostrorum renunciatores, aut viui exurantur, aut furcæ suspendantur. *ff. de pœn. & cap. de forma. vbi etiam glo.* 32. *quæstio vltima.* Quam-
plurima † siquidem notatu digna, contra secreta 5
detegentes atque reuelantes scripsit D. Menoch. *de arbitr. iudi. cas.* 537. *libr.* 2. *centur.* 6. quem omnino prospicias.

An autem † & quãdo in foro conscientiæ liceat 6
patro-

patrocinanti iniustam relinquenti causam, rationem iniustitiæ secretaque clientis sui propalare, videas Alam, *in tract. de Aduot. & Causid. Christ. quæst.* 27. Vnde abstineat quilibet à propalatione con-
7 silii, quod quidem patefieri † prohibet Valer. Max. *de institu. antiqu.* Quocirca (vt inquit Martin. Lau-
8 den. *in suo tracta. de consil. Princip. quæst.* 1.) tria † Romanos dominari fecerunt, sanum consilium & secretum, dictis suis se pertinaciter inhærere, non frangendo fidem, similiterque secundum antedictum Martin. *in allegato tract. quæst. decima.* quem memoratur Boer. *de Auth. magni consil. nume.* 154. *pro-*
9 *pe med.* tria † Rempublicam destruunt:

Prudens neque digestum consilium,
Priuatum commodum, &
Latens Odium.

Qua de re salubriter Boer. loco de quo supra, secundum Valer. ad rem nostram de consultoribus verba facientem, refert, quod Romæ, in palatio vbi consilia dabantur, infrascriptos versus demonstratos, atque scriptos adfuisse, videl.

O consultores rectos assumite mores,
Publica priuatis præponite commoda gratis,
Ne damnet vestras animas diuina potestas.

Quocirca ex glossa ad Boeri. loco de quo supra apposita, *in verbo. commoda, in fin.* cauetur, tuti-
10 us † esse Reipublicæ habere malum Imperatorem, quam consiliarios eius malos, quoniam vnus malus à multis bonis sæpe corrigitur, & non è conuerso, pro quo text. facit. *in c. quanto.* & ibi Abb. Sicul. & Felin. *de iure iur.*
11 Leg de † igitur, & bonum consultor præstet cõsilium,

filium, nam vt inquit Diu. Thom. 2.2. *quæst.* 57. *ar-*
tic. 4. *ad tertium.* Consiliũ † rectum præstare, mise- 12
ricordiæ opus quoddam est ex spiritualibus se-
ptem, prudentia † consiliatiua namque de his esse 13
dicitur, quæ pertinent ad totam vitam hominis, &
ad vltimum finem vitæ humanæ, & de his consilia
dantes, prudentes simpliciter dicuntur, alii vero,
circa quasdam artes consilia præstantes, ad propri-
os fines pertinentia, puta in bellicis, vel nauticis,
non dicuntur prudentes simpliciter, sed pruden-
tes Duces, vel Gubernatores, & † qui consilium fi- 14
dele prę̨stat gratus dicitur, *secundum alleg.* D. Thom.
2.2. *quæst.* 106. *artic.* 3. *ad quintum.*

Hinc est quod Sapiens *cap.* 9. quem in puncto al-
legat Gregor. Reisch. *de princip. Philosoph. moral. cap.*
15. *libr.* 12. *in fine.* circa verum consilium cogitans,
ait: cogitationes mortalium timidæ, & incertæ
prouidentiæ nostræ, indiget homo necessario in
his, quæ ad salutem sunt, & ad Rempublicam, ab
altiori principio dirigi, à quo datur his qui sincere
petunt donum consilii, per quod Spiritus sanctus
mouet hominem, per modum subtilioris, & certi-
oris consilii.

Aduocatusque rei vbi sciat reum, debitorem
esse, eidem vt soluat sub pœna maledictionis æter-
næ dicere tenetur Rebuf. *in Constit. Reg tract. de mer-*
cat. minut. vendend glos. vlt. numer. 9. *Tom.* 2. pro † quo 15
quidem, iusto, non autem iniusto consilio dando,
præmium recipi licitum esse, *in rubr. de requisit. con-*
sil. n. 2. *in versic. vt autem tam generali, attestatur Specul.*

Huc adaptari potest illud, nunquid scilicet Ad-
uocatus, siue Causidicus, Clienti tuta conscientia
suadere possit, vt aduersario subtrahat meliores

Digitized by Google

Ciuitatis Aduocatos, qui illorum opera aduersantis robur circa defensionem, in excellentia Aduocati consistentem tollat, cui propositioni animaduertens, Ala *in Tract. de Aduoc. & Causid. Christ. in cap.* 44. sic formaliter respondit, videlicet:

„ In omni Ciuitate, diuturno vsu compertum „ est ex magno numero Aduocatorũ, nonnullos „ semper supereminere, iudicio, eruditione & ex„ perientia, qui sũt celebriores, & meliores; & ideo „ aliquando clientes fingunt, se vti opera istorum „ maioris nominis, & famæ, illosq; subarrãt, vt sub„ trahant aduersario robur suæ defensionis, quod „ consistit in laboribus excellentis Aduocati, vnde „ dici solet, cum litigatoribus melius agi, si habeant „ bonum Aduocatum, quam bonũ Iudicem, Ful„ gos. *in l. quod si nolit. § mancipium. ff. de ædilit. edict. vbi* „ *Capol. num.* 14. Quam fraudem punire solet, Lex „ Imperalis amissione causæ, & præcipit Iudici, „ vt prouideat parte petente fieri æquam distribu„ tionem Aduocatorum *l. prouidendum.* vbi glos. & „ Doct. notant. C. *de postulan. glos. in § apud vrbem.* 3. *q.* „ 7. Spec. *de Aduoc.* §. 1. *in fin.* Cagnol. *in l.* 2. *num.* 204. „ *ff. de orig. iur.* Ias. *in l. fin. n.* 5. *ff. de fer.* & de cõmuni fa„ cit fidẽ Oddus *in cons.* 88. *nu.* 39. *cum multis seqq.* i„ staque distributio Aduocatorum debet fieri, et„ iam si hodie non tribuantur eis publica salaria, „ vt aduertit Alber. & Paul. *in d. leg. prouidendum.* „ Vnde sequitur clientem peccare mortaliter in „ foro conscientiæ, si huiusmodi fraudibus cone„ tur vincere litem minus iustam, & si aliquid de„ trimenti attulerit aduersario suo, tenetur ad re„ stitutionem; quia illud certissimum est, apud o„ mnes Theologos, & Canonistas, legem ciuilem,

quæ

Digitized by Google

quæ fundatur in ratione naturali, & nullum con-"
tinet peccatum, seruandam esse quoque in foro "
Conscientiæ, Abb. post Innocent. *in c. plerique.* "
de immunit Eccles. & in capit. primo de Constit. colum "
quarta. D. Thom. 1. 2. *quæst 96. artic. octauo* Bec. *in cōs.* "
49 *numero* 3. Graff. *Decis. aurear. lib. secundo cap.* 20. "
parte prima. vbi infinitos adiungit. Quod si con-"
tingeret litigatorem habere iustissimam causam, "
& nihilominus subtrahere Aduocatos aduersa "
rio, & tandem vincere litem, crederem quidem "
nullam contrahi obligationē reficiendi damna: "
Tamen iudicio meo peccaret, quia subtrahen "
do defensionem, committit contra legem ciui-"
lem, & naturalem, quæ non adimit alicui defen-"
sionem, neque puniri deberet amissione iuris sui, "
quoniam huiusmodi pœna fundatur in præsum-"
pta iniustitia causæ; Quæ præsumptio non at-"
tenditur in foro conscientiæ, vt alias dixi, inferi-"
us repetam oportune; consequens ergo fit, vt "
si Aduocatus hortatu suo induceret clientem, vt "
hac ratione subtrahat omnes meliores Aduoca-"
tos, grauiter delinqueret, ratione mali consilii; & "
insuper, illud incommodum proprio clienti in-"
ferret in foro ciuili amissionis causæ quam præ-"
sumitur lex esse iniustissimam: Caueat igitur Ad-"
uocatus ab hoc genere pessimorum consiliorū; "
& si subodoratus fuerit clientem sua sponte talia "
moliri, eum castiget amantissime.

An, & quando consultor ex consilio præstito teneatur id ex Spec. interpretatione paucis verbis summatim exploratur.

Digitized by Google

CAPVT XLV.

SVMMARIA.

1 *Consiliarii electi pro vtraque parte fideliter consulere debent, de doloque conuicti ad quid teneantur.*

2 *Consiliarius falsus excommunicari, & interdum suspendi potest, & an infamis efficiatur.*

3 *Spec. doctrinam non esse spernendam.*

4 *Speculator magnæ authoritatis declaratur esse.*

5 *Consulens quando de impudentia redarguendus atque puniendus sit.*

6 *Eminentem, quando quis dicatur habere scientiam.*

7 *Consulere sine reuolutione chartarum, qui scit, an salarium, vel mercedem petere possit.*

8 *Scientia quanam mediocris, & quæ sufficiens esse dicatur.*

9 *Iudex in varietate eligens opinionem, quam iuxta eius conscientiam bonam esse credit, an sit excusandus.*

10 *Auxilium diuinum, in dubiis semper implorandum.*

11 *Deponens iuxta ingenium suum, quando excusatione dignus iudicetur.*

12 *Dubii ratione multa conceduntur, quæ alias non.*

13 *Iudex in conflictu opinionum, de communi Doctorum voto non apparente, iuxta aliquorum illorum sententiam iudicans, an ob id redarguendus sit.*

14 *Iudex, de sententia male lata an teneatur.*

15 *Opinio Doctorum quanam sequi debeat.*

16 *Casum qui singularem quærit, regularem aũt dimittit, latam incidit culpam.*

17 *Opinionem insignis Doctoris sequens quam tamen veram is credit esse, & si credens alterius sit opinionis, an peccet.*

18 *Dubi-*

18 *Dubitans, tutiorem debet eligere viam, & an id verum dicatur in foro conscientiæ, vel exteriori, remissiue.*

19 *Dubitans de duobus contrariis, quæ vera ambo credit, an & quando agere possit.*

20 *Consilium dolose is qui præstat, & qui non adhibitis studiis, & debita diligentia, ad veritatem habendam illud male dat, ad quid teneatur.*

21 *Negligentia, calumnia seu malitia in consulente, quādo minime consideretur.*

22 *Consilium datum an quis sequi teneatur & nonnulla circa consilium, ex Syluest. Summa recitantur.*

23 *Scientia, & prudentia propria nimis non esse confidendum.*

24 *Consilium qui dat bona fide, an consulenti, & tertio cui ex tali consilio damnum peruenit teneatur.*

25 *Consulere minus malum, an liceat.*

26 *Consiliis potius, quam lectura consulendo, an sit adhærendum.*

27 *Aduocatorum labor, in recipiendo decisiones, in indiuiduo hodie consistit.*

28 *Decisiones tutæ dicuntur iuris regulæ.*

29 *Decisio vbi est clara, ibi cessant argumenta.*

30 *Consulendo, quomodo responderi debeat.*

31 *Consulere diebus feriatis in honorem Dei an liceat, & an tunc receptam pecuniam retinere debeat.*

32 *Consulens, an iustum consilium vendere possit.*

33 *Allegationes præstans, an illis se subscribere teneatur, remissiue.*

1 IN terminis circa huiusmodi articulum, neminem magis satisfacientem prospexi Speculatore ipso in *rubr. de requisit. consil. sub numer.* 5. quem

 sequitur

sequitur Bart. *in l. 2. ff. mand.* dum hæc huiusmodi sapientissime profert, scilicet, Consiliarii † autem electi, debent fideliter, & pro vtraq; parte cõsulere, quod si conuincantur de dolo, & inique consuluisse, de dolo tenentur, & alias puniuntur. Et contra inique consulentem videtur, quod potest agi quanti intersit alicuius, consilium datum non fuisse: & si non sit soluendo, videtur quod litigator ad pristinum ius restitui debet, vt id etiam deduxi supra *in cap. 3. numer. 2. cum seqq.* Et falsus † consiliarius excommunicari potest. Quandoque vero suspenditur & (vt cauetur ibidem ex præcitato Spec.) infamis efficitur, quod tamen asserit antedictus Author limitationem pati, quoties scilicet fraudulentum non interueniat consilium, ex quo nemo obligatur, ea præcipue ratione, quia ea quę propter bonum & licitum facimus, nobis imputari minime debent, si quid præter nostram voluntatem inde contingat. Sed si per imprudentiam tuto (prosequitur memoratus Author) quis falsũ dedit consiliũ excusari nõ videtur, imo puniri debet (secundũ eũ) quia imprudẽtia culpæ annumeratur, vt pariter hæc p me deducta fuere supra in pcitato *ca. 23. nu. 9.*

Quod tamen dictum iudicio meo (salua semper tanti, & eximii Doctoris reuerentia, & quam illæsam esse intendo non absolute verum intelligo, hac quidem motus ratione, quia si Authormet præallegato loco, aliquem puniri consulentem, quoties dolus interueniat deduxit atque superinde eo casu quempiam suspendi, & excommunicari posse astruit, & à contrario sensu, dicat quod non interueniente dolo, id quod propter bonum & licitum fit, facienti & consulenti non esse imputandum, ideoq; illum non esse puniendum nimirum

igitur, si quis consulendo imperitum dederit consilium quod legitimum & iustum putabat esse.

Aduertas igitur ad hoc, quod † doctrina Specul. 3
non est spernenda, iuxta Baldi traditionem *in consil.331.incip. quæritur .colum. prima.* is † etenim totius 4
practicæ vtriusque iuris experientiam habuit, eundemque magnæ authoritatis significauit. Rom. *in cons.*127. de quo quidẽ memoratur Neuiz. *in Sylu. nupt. in titu. quom. iud. numer.*15. ad quam doctrinam saluandam, distinctionis medio procedere existimauerim, quod scilicet is † consulens de imprudentia sit redarguendus atque puniendus, qui 5
Marte proprio, propriaque doctrina atque opiniõne, sinistra tamen, confisus, sine reuolutione chartarum, atque aliorum Doctorum prætermissa traditione, ad illud consilium deuenire properauit; nam vt inquit Lactant. Firmian. *de vera scientia. cap.* 24. *libro quarto.* scilicet in homine, interna & propria doctrina esse nullo pacto posset: nec enim mens terrenis visceribus inclusa, & tabe corporis impedita, aut comprehendere p se potest, aut capere veritatem, nisi aliunde doceatur; ad differentiam Doctoris cœlitus missi, qui (vt allegatus Lactant. ibidem ait) nemini dubium potest esse, quin is Doctor qui cœlitus mittitur, tam scientia sit rerum omnium, quam virtute perfectus, ne nihil inter cœlestem, terrenumque differat, hæc ille. Hinc est quod talem scientiam eminentissimam dici debere retulit Deci. *in c. cum in cunctis. n.*32. *de elect.* ad differentiam eminentis, mediocris, & sufficientis scientiæ, quoniam † vt iam scripsi in meo Tract. *de* 6
Author. & fidel. not. in fine. sub tit. de præced. causid. cap. 3. *num.*10. 11. & 12.

Eminentem illam dicitur is habere scientiam, quando sine reuolutione chartarum scit consulere. Et an tunc salarium † siue merces consulenti debeatur vide ea quæ habentur *in c. cum in cunctis. de elect. & ibi D D.* nec respuas Doctrinam Alæ Cremon. *in tract. de Aduoc. & Causid. Christ. q. 11. sic vt infra dicentis.*

In hac quæstione solet allegari glos. *in cap. non licet. 11. quæst. 3.* quæ amplectitur partem negatiuã, vt scilicet non debeatur salarium sine reuolutione librorum, quæ tamen glo. reprobatur ab omnibus, & verior est opinio affirmantium deberi honorarium Aduocato non laboranti; quia præteritæ vigiliæ efficiunt, vt in aliqua causa patrocinari possit sine labore Card. Alex. *in d. c. non licet.* Hostien. *in Sum. de pœnit. §. quid. de Aduocatis.* Io. Andr. ad Spec. *de Salar. Aduocat. in princip.* vbi animaduertit ex relata opinione glos. maximum absurdum sequi, quod excellens Aduocatus, qui multa viderit, eaq; memoriæ commendauerit, esset deterioris conditionis, quam alias exiguæ doctrinæ, & parum in iure versati. Ias. *in §. sed istæ. n. 112. Instit. de action.* Alciat. *de verb. signif. li. 1. n. 78.* Imol. *in c. cum ab omni. nu. 17. de vita & honest. cleric.* Caroc. *de locat. tit. de fructib. & litis expens. q. 8. n. 11.* Ias. *in l. nec quicquam. §. vbi decretum. nu. 2. in fin ff. de off. procons. & leg.* Caccialup. *in tract. de Aduocato. q. 1. in fin. nu. 8.* Si tamen casus propositus esset ita clarus, & facilis, vt omnes eum decidere possent sine vsu librorum, facile concedi posset nullum deberi salarium, vt declarat Tiraq. *de nobilit. c. 29. n. 34.* vel si reperiretur aliquis tantum dilectus à Deo, vt illi infuderit cognitionem legalem, hoc enim

enim casu allegari posset illa sententia, quæ gratis " accepistis, gratis date, & in his terminis obtinere " potest relata glos. vt inquit Andr. Sicul. *cons. 34. li.* " *2. nu. 52.* Quod si sponte quid à cliente donaretur, " non peccaret iudicio meo Aduocatus illud acci- " piens. Tiraq. *ibi n. 38.* præcipue si non esset res ma- " gni momenti, & valoris. "

At † mediocris illa dicitur esse scientia, per quam difficiles quæstiones cum chartarum reuolutione deciduntur.

Sed sufficiens ea nuncupatur, quę secundum officii qualitatem considerationis est digna.

Sic igitur (ad rem nostram) si absq; aliorum peritorum, vel librorum medio, malum consilium præstetur, vtiq; tale præstans consilium de imprudentia, quæ eo casu culpæ æquiparatur imputandus erit: quoniam vt inquit idem Spec. *in §. tractemus in versic. Roboam. sub tit. de Aduoc.* per me i m relatus supra, *sub eod. tit. de Aduoc. cap. 7. nu. 31.* is punitur, qui sapientum consilia non suscipit, vtiliusq; est in occulto deliberare, quam in publico succumbere, vide supra *in tit. præsentaneo de Causid. cap. 43. num. 16.*

Si vero talis consulens, vel aliorum peritorum participatione vel librorum intuitu, suum proferat aut tradat consilium, quod bonum, & iuridicum præsupponat esse, tunc de imprudentia minime teneri, neq; puniendum esse existimo, & dictæ propositioni atq; conclusioni Spec. adhærendum, per quam scilicet, ea quæ propter bonum, & licitum facimus, nobis imputari minime debent, si quid præter nostram voluntatem inde contingat: Doctorum namq; diuersæ opiniones iustam causam dubitandi præbent. Cacher. *decis. Pedemont. 33.*

9 *num.*8. proindeque Iudex † is excusandus, qui in
varietate, & dubio illã elegit opinionem quam secundum eius bonam conscientiam credit esse veram, etiam si post, ab authoritatem habente contrarium declaretur Neuiz. in Sylu. nupt. *in titu. quomodo iudic. pro com. opin. nu.* 4. Et ideo ex eodem loco
10 cauetur in † dubiis ad auxilium diuinum semper esse recurrendum, aliquando namq; propter peccata, dubia resoluere nescimus, ex Bal. quem referte dicit Afflict. *in decis. vlt. in fine. & ibidem sub num.* 6.
11 profert, quod † debita peritia, excusatur deponens iuxta ingenium suum informatum, ex rebus appa-
12 rentibus, cum discursu mentis, multa † etenim (inquit) ratione dubii conceduntur, quæ alias non, vt notauit Cyn. *in l. fin. C. de transact.* ac tradidit Bal. *in tract. de præscript. 3. parte, 6. partis princip. in 2. quæst. char.*
13 *68. col. 2.* Et ideo † quando de communi Doctorum opinione minime apparet, sed pro vtraq; parte adsunt famosissimi Doctores, Iudex aliquam ipsarum opinionum sequens, in simili casu non tenetur, ad ea q̃ scripsit Bart. *in l. de eo qui precio. prope fi-*
14 *nem. C. de pœn. iud. qui male indic.* & † ibi expresse cauetur, quando de sententia male lata Iudex teneatur. Quod tamen verum existimauit Innoc. *in c. ne innitaris. de constitut.* in foro sæculari, secus in foro conscientiæ, quia eligere debuit eam opinionem, quæ validioribus rationibus firmatur. *arg. §. item precium. Institut. de empt. & vendit. & l. edicto. C. de edicto diui Adr. tollen.* & maxime si talis opinio sit subtilior, vt dictat text. *in c. capellanus. de fer.*

Quo fit, vt ad rem nostram succedat illa conclusio nempe, quod Iudex possit aliquando iuste pro-

nun-

nunciare non solidis argumentis, sed verisimilibus, & apparentibus rationibus, etiam in foro conscientiæ, vt scribunt omnes *in c. per tuas. qui fil. sint legit.* ac cæteri quos refert, atq; sequitur Ala *de Aduoc. & Causid. Christ. in q. 2.* & quamuis Bald. *in l. fina. allegato titu. Cod. de pœn. iud. qui male ind.* deduxerit, quod iudex nouis opinionibus adhærens id propter imperitiam facere dicatur, & sic successiue de imperitia puniri posse, attamen id regulariter verum minime dicendum puto, quia forsan nouę ipsæ opiniones, antiquis argumentis fortiores, atque tam rationi quam æquitati magis consonæ præualebunt, quoniam † tunc ea sequi debet opinio, quæ vt supra dictum fuit validioribus rationibus firmatur, iuxta pariter enunciata à Neuizan. *in Sylu. nupt. in titu. quom. iudic. numero 67. prope fin.* alias etenim procedit Baldi dictum, & successiue tunc quærentes † casus singulares, regularia dimittentes latam culpam incidunt, Salicet. *d. leg. fina. & iuxta ea quæ habentur ex text. in leg. lata culpa. Digest. de verb. significat.* Sum Syluest. *in verbo, Opinio. numero secundo. circa medium.* Quod equidem per me dictum confirmationem recipit, ex iis quæ tradit Nauar. *in Compend. in verbo, Dubitare, numero secundo.* dicens, quod † dubietatis ratione non peccat, qui opinionem alicuius insignis Doctoris, quam veram esse credit sequitur, & si credens alterius sit opinionis, & quando illa in specie & in ipsa operatione occurrit, non tamen (inquit) refert, an ex parte rationis, an ex parte appetitus nascatur. Hoc tamē subdit Author. *n. 4.* quod † dubitās, tutiorem viā eligere tenetur, ꝙ an in foro cōsciētię, vel foro exteriori sit verū, hoc idē resoluit ipse Nau. recitat. loco, *sub n. 8.*

&ibi

19 & ibi concludit, quod .s. de duobus † contrariis vnum agere quis dubitans, de quorum tamen quolibet dubitet, quod vterq; fieri non potest, nisi ipso dubio deposito, vel nisi ex aliquibus rationibus, in alteram partem inclinet. Et dubitans quis, dubium antequam iudicet, consulere aut operari debeat, ne peccatum incidat tradit admodum R. Lazar. *in addition.* ad Nauar. *in præallegato verbo, dubitare. nu.* 11. aliorum pariter adminiculis, atque doctrina suffultus. Qua de re, non immerito, ad præallegatæ propositionis seu distinctionis per me deductæ corroborationem deducta sunt sustinenda, dum ex dicto met Nauar. *in verbo, Consilium. num. 2.*
20 infrascripta colliguntur scilicet quempiam † dolose atque fraudulenter consilium dantem, nedum ad damni restitutionē teneri: sed & mortaliter peccare, atque sic vt eadem mortalis peccati pœna afficiatur is, qui non solum scienter, & dolose male dat consilium, sed & is (ad rem nostram) qui bona fide, non adhibitis studio, & debita diligentia ad veritatem assequendam tale malum præstat consilium. Hinc est quod Spec. ipse innuere voluit. *in §. fin. versic. quid si per imprudentiam. in fin. num.* 17. *de Aduoc.* dum ex aliorum sententia dixit, quod tenetur erga partem Aduocatus is, qui siue per imprudentiam siue per negligentiam causam amittit, quod tamen procedere existimauit ibi in fine quoties vitium in eo consideretur extare, dum à contrario nō esse imputandum Aduocato, quoties, materiæ, & non artificis subsit vitium, *at sub num.* 18. ait illud autem certo certius est, quod cum Aduocatus dolo malo facit, vt cliens perdat causam bene tenetur, & hoc probato causa restituetur,

Digitized by Google

tur, vt de ea iterum cognoscatur, quod verum (dicit ibi Spec.) cum ad hoc actum est contra victorem, vt causa de nouo agitetur, & probata est Aduocati præuaricatio, secus si actum contra Aduocatum vt puniatur, quia tunc non obesset victori, vt causa restitueretur & de nouo ageretur, quem Spec. latius eo prospicias loci. Quare si Aduocato nil imputari potest, quoties eius diligentia interueniat, igitur nec Doctori qui summo nixus studio, suum protulit absque dolo consilium. Idcirco Iodoc. *in prax. rer. ciuil. cap. 27. numer. 21.* hæc profert videlicet † à simili quoque ratione omnes magistratus, Senatores, aut Ciuitatum Gubernatores, tutores, curatores, prouisores, & similes, de negligentia, calumnia, seu malitia excusantur, quando ante actionis institutionem, causam suam mature consultarunt atque probata, legitimaque de ea cōsultatione demonstrarunt; hæc ille: maturius tamē lector delibera si vales. 21

Aduocati autem veritatem non sequentes, & male partes suas consulentes quomodo puniantur, videas Ioan. Gail. *quæst. 345.* & quomodo teneantur, videas Ias. *in §. omnes autem. de action.*

An autem † quis datum consilium sequi teneatur, & an ex propria significatione vocabulorum verum sit, quod adstrictus consilium petere illud sequi non teneatur. 22

An autem obligatus cum alicuius consilio procedere possit ad actus consumationem, quoties ille mortuus, vel absens est vel consulere nolit.

Iterum an valeat actus gestus, quando consiliū fuerat petendum, petiq; poterat, nec tamen petitū fuit.

Denuo,

Denuo, vtrum in casibus in quibus consilium peti debet, illud post actum petere sufficiat.

Sed nunquid ad consilium sequendum obligatus, malum debeat sequi consilium.

Rursus, quando quis ex consilio dato teneatur.

An tandem proponentes quidquam, quo proximus iniuste damnificetur, ad restitutionem in solidum præter mortale peccatum, teneantur: hæc omnia videas, optimis atque iuridicis fundamentis, tum legum, tum Doctorum authoritatibus, maxima quidem industria tradita per Sum. Syluestr. *in verbo, Consilium.* qua duce omnia punctualiter, & ad vnguem defendere, & soluere poteris.

33 Caueant † igitur Consulentes, ne nimis sua scientia, & prudentia fidant, quoniam (vt inquit Nauar. *in Compend. in verbo, Consilium. numero secundo.*)
34 licet, qui dat † bona fide consilium non teneatur consulenti, quando sua non interest *l. 2 § fin ff. man. & c. nullus ex consilio. de regul. iur. libr.* 6. attamen, tertio cui ex tali consilio damnum peruenit quoties fuerit causa sine qua nõ, & quoties culpa sit grauis, non autem leuis tenetur, vt per eundẽ in Manual. *in cap. 24. nu. 11. & cap. 17. n. 132.*

35 Illud pariter animaduertas, quod † in foro conscientiæ, minus malum ei licet consulere, qui indurato animo firmus extat, ad maius perpetrandum, quo casu non est ad malum inducere, quia absolute, & simpliciter non consulitur illud, nisi vt grauius euitetur malum, sic Diuus Augustin *pro quo text. adest. in c. si quid. 33. quæst. 2.*

Licet

Licet tandem consulens, Doctorum † consiliis 26
potius quam lecturæ adhærere debeat, illa siquidem, quæ consulendo proferuntur magis sint appensata atque digesta sic referente Cum. *in cons. 86. in princip.* huiusmodique relatoribus existentibus Curt. *in cons. incip. super motiuis. in fin.* & Bart. *in auth. cessante. C. de legit. hered.* nec non, & Barbat. *in c. nullus. col.* 17 *. de foro competen.* & denique Purpur. *in l. edita. numer.* 14. *C. de eden. post alios relatos.* per Neuiz. *in Sylu. nupt. in titu. quomod. iudic. numero vigesimo secundo. circa medium.* Attamen † omnis aduocatorum 27
labor hodie consistit in reperiendo decisiones in indiuiduo. Felin. *in c. Rodulphus. numer.* 3. *de rescrip.* in fine. † cum decisiones, tutæ dicantur iuris regulæ 28
Marz. *de fideicom.* 2. *part. quæstion.* 8. *in fin.* Ias. *in l. penult. col. penul. C. de pact.* quos in proposito sequitur Magon. *decis. Florent.* 66. *numer.* 21. & ideo inquit idem Magon. in subsequenti *decis.* 26. *numer.* 28. ex doctrina Nattæ. *in cons.* 631. *numer.* 17. quod scilicet hodierna die magnifacimus habere doctrinam in terminis. Quocirca Igneus *in Auth. ex causa. col.* 19. dicit, quod † vbi est clara decisio cessant omnia 29
argumenta, & decisiones, quæ sunt in terminis, sunt securiores Brun. Asten. *in tract. Statut.* 6. *artic. quæst.* 2. *in fin. col.* 3. & Felin. *in c.* 1. *in fin. col.* 4. *de præscrip.* ait † per speciales decisiones esse respondendum, 30
non autem per regulas generales, *& in c. ordinem. col.* 4. *de rescript.* inquit quod licet cumulatio decisionum ingeniis eleuatis displiceat; attamen in actu practico laboramus, vt decisionem inueniamus, quia consulere secundum regulas, est Doctoris positiui; sed consulere secundũ decisionem in terminis, est doctiss. Doctoris: hæc omnia congesta colliguntur

Digitized by Google

guntur ex Neuiz. *in Sylu. nupt. in tit. quom. iudic. in dub. num. 72. limit. 8. charta mihi 505.*

§ 1 An autem † diebus feriatis in honorem Dei Aduocato consulere liceat tunc dicas, quod non nisi in casu magnæ necessitatis & vbi ex necessitate vrgente consulat, pecuniam pro eius mercede receptam eandem pauperibus erogare debet, Io. Andr *in c. 1. de fer. &* Ias *in leg. diuus Traianus. ff. eod. tit.* quos refert Gerard. *in singul. 100. & vlt. num. 8.* In foro autem conscientiæ dicitur Aduocatum diebus festis studere posse sine peccato, dummodo id fiat sine proposito, & intentione temporalis honoris aut lucri, sic Abb. *in cap. 1. nu. 4. de fer.* Alber. *in leg. omnes iudices. C. eod.* Aluarot. *in Præom. feud. num. 4.* Angel. *in Sum in verbo, feria. num. 29.* Rip. *in tract. de peste. §. Medicorum. numer. 133.* & Iacob. Benius *in tract. de princip. Doctor. cap. 77.* quos sequitur refert Ala *in tract. de Aduoc. & Causidic. Christ. quæst. 98.*

§ 2 An autem † pariter iustum possit vendere consilium, & patrocinium, dicas quod sic *c. non sane. 14. quæst. 3.*

Vtrum autem allegationes præstans, & patrocinans, iisimet, nomine proprio, & cognomine subscribere teneatur, vide ea, quæ deduxit Ala *in tract. de Aduoc. & Causid. Christian. in quæst. 16.* & ibi contra non subscribentes quamplurima illorum saluti necessaria recenset, & quæ sicco pede non esse prætermittenda iudicaui, sub tamen illius traditione prout infra continetur, videlicet:

„ Qui non vitio, sed desiderio proficiendi in
„ virtutibus Christianis, obseruat studiose actio-
„ nes hominum, illustratur indies diuino lumine
„ ad cognoscendas occultiores mendas, quę latent

in an-

in angulis animæ, quæ propterea sunt explican- "
dæ, vt deinde possint præcaueri, & expurgari. Li- "
cet igitur in ciuitatibus Metropolitanis conce- "
datur vnicuiq; Doctori contexere allegationes, "
& postulare voce, in aliis tamen, & fere vbiq; ex- "
tant statuta, quæ non permittunt quenquam ex- "
ercere munus Aduocati, nisi fuerit adscriptus in "
Collegium illius Ciuitatis. Viget etiam alibi cō- "
suetudo, diuino prope consilio introducta, & re- "
ligiose obseruata, ne iudices Collegiati recipiant "
allegationes non subscriptas ab aliquo ex eorum "
numero. Modo euenire posset Aduocatum hu- "
ius loci, vbi memoratum statutum, & consuetu- "
do extarent amplissimo honorario donatum à "
cliente, nolle subscribere suis scriptis, ne offende- "
ret voluntatem aduersantis, cui ratione alicuius "
proprii commodi placere conatur, & ob id quasi "
furtiuum patrocinium clienti suo præstare vel- "
let, hoc sane casu iudicio meo grauissime pecca- "
ret Aduocatus. Primo quia suæ allegationes non "
subscriptæ, non reciperentur à iudice, neque cli- "
enti prodessent, & frueretur indebite honorario, "
perinde, ac si nihil scripsisset; paria enim sunt, cli- "
entem non habere allegationes, & eas esse inuti- "
les *c. ad aures. & ibi Abb. numer. 5. de præscription. c. si quis* "
iusto. de elect. lib. 6. vbi colligitur, idem esse non cō- "
parere & insufficiēter comparere. Crauet. *in cons.* "
738. n. 4. & iudicantur similia nō facere actū, & il- "
lū facere sine solemnitate. Surd. *in cons. 3. n. 34. li. 1.* "
cum mille similibus peruulgatis. Secundo multo "
grauius peccaret si esset magni nominis in Ciui- "
tate, & floreret maxima opinione doctrinæ, & "
probitatis, ex qua opinione conflatur authoritas "

Digitized by Google

,, Aduo ati, vt valde moraliter declarat A t. Mar.
,, Corat. *in tract. de comm. opinion. tit. quinto numero*
,, *tertio lib. primo.* & ista au horitas connumerati
,, debeat inter talenta, quæ dignatur Deus Docto-
,, ribus elargiri, debet proculdubio impendi ad
,, humanas vtilitates; præsertim cum ratio publi-
,, ci muneris, & iustitiæ id penitus exigat, nam
,, cum cliens donat quantum debet, iure petit Ad-
,, uocato quantum præstare potest, & ita non so-
,, lum diligentiam, & fidem, verum etiam autho-
,, ritatem, quæ plurimi quandoque fit apud iudi-
,, cantes. Decian. *in Apolog. cap. vlt. numero octauo.*
,, & in omni negocio humano maximi momenti
,, existimatur. Cæpol. *in tract. de imperator milit. dili-*
,, *gendo. versic. authoritatis causa. col. prima* Tullius *in*
,, *Oratione pro lege Manilia.* Quando ergo Aduo-
,, catus susceperit aliquam causam defenden-
,, dam, non patiatur se commoueri aliqua pertur-
,, batione animi, neque seruili timore con urba-
,, tur displicendi alicui, quantumlibet primario vi-
,, ro, vt etiam amantissime admonebat Lancellot.
,, Polit. *in tract. de effic. Aduoc. in illo cap* vbi agit de ser-
,, uili timore expellendo. Viu. *decis.* 123. *num.* 41. isti-
,, usmodi enim Aduocati nihil vnquam diuinum
,, cogitantes, sed has priuatis rationibus tantum-
,, modo consulentes in præsenti vita, anticipant
,, pœnas futuri sæculi, nam quo m io e anxietate
,, student conciliare sibi hominum beneuolenti-
,, am, deteguntur mendaces, & adulatores, simula-
,, tiones enim ad instar florum celeriter cadunt, &
,, nihil simulatum potest esse diuturnum. Rebuff.
,, *in tract. de priuileg. Scholar. priuile.* 140 *num* 32. vsque
,, adeo, vt tanquam antiqui boues, quibus affige-
batur

batur fœnum in cornu, ab omnibus qui oderunt "
malos ac timent, caute vitentur. "

Iurgia quomodo, & quãdo concessa dicantur Subtilitas quænam sequenda exploratur: quam autem denique graue sit per ambitiosas subtilitates causam procrastinari, illa doctrina medio, non prætermittitur.

CAPVT XLVI.

SVMMARIA.

1 *Strepitus quare sic dictus.*

2 *Clamore, qui vincit, nil recte gerit.*

3 *Veritas, scripturæ studio facilius, quam verbali disputatione inuenitur.*

4 *Iurgium quare sic dictum.*

5 *Verbosis nulla contentiosa verbotenus est danda responsio.*

6 *Iurgiis qui plus quam decet altercatur calumniosus nuncupatur.*

7 *Iudex, contra mendaces quidnam sit facturus.*

8 *Sapientis copiose dicentis, maxima est admiratio.*

9 *Multa, vbi non expedit, alleganda non sunt.*

10 *Iudex prima facie contra communem moueri non debet.*

11 *Subtilitas immoderata perniciosum inducit errorem, & num. 16.*

12 *Scrupulus euitandus, præcipue in iis, quæ bonam fidem respiciunt.*

13 *Simplicitas sola est quæ commendatur.*

14 *Subtilitas, intellectui acumen affert.*

15 *Subtilitas quænam sequenda.*

16 *Error ex indecenti subtilitate interdum detegitur.*

Digitized by Google

17 *Subtilizantes ambitiosos multa pati atq; indecentia committere, valdeq; peccare denotatur.*

SEPTIMVM igitur dilucidemus in ordine principaliter propositum, duo quidem amplectens, quorum vnum iudiciales clamores atq; strepitus continet, alterum autem iniurias atque conuicia piæ se fert.

Quo igitur ad primum, sciendum est, quod stre-
1 pitus, † idem sonat quod rumor, deriuat enim à strepo, strepis, quod rumoré facere importat Bart. *in extrauagan. ad reprimen. in verbo. sine strepitu.* Quo fit vt sæpenumero aliquos in iudicio strepitosos audiuerim, qui licet causam iniustam siue proponāt, siue defendant, eorum tamen magna, & terribili voce, Iudicem atque partem in eorundem opinionem trahere, & inclinare putant, immemores illius sententiæ, de qua textum habemus *in c. Osius. de elect. & in l. fin. in fine. C. de stud. liber. lib.* 11. quod sci-
2 licet † nihil recte geritur, si cum clamore vincitur, idem asserit Bal. *in c. licet. tertio notab. de translat. episc.* Idcirco Luc. de Pen. *in l. 1. C. de profess. qui in vrb. Cōstant. lib.* 12. quem refert Neuiz. *in Sylu. nup. in princ. libri. in titu. non est nuben. num.* 2. dixit seipsum exper-
3 tum fuisse, quod scilicet veritas † facilius scripturæ studio inuenitur, quam disputatione verbali, quæ vix absq; tumultu procedere potest. Et quamuis deduxerim à iurgiis esse abstinendum, quæ vtique
4 à iure conceduntur: Iurgium etenim † dicitur quasi iuris garrium, eo quod, qui causam dicunt iure disceptant, vt optime colligitur *ex c. forus. & ibi glos. in verbo, iure disceptant. de verb. signific.* necnon & quādoque inter beneuolos, aut propinquos dissensio,

vel

vel concertatio nuncupatur, quæ pariter inter amicos nonnunquam accedere solet, vt inquit Cicero de senect. Illud tamen accessorium verbum, immoderatum apposui, quoniam extra amicabilem controuersiam consideratum, Iurgium inter inimicos, dissensio, lis appellatur. Quare Cicero *lib. 4. de Repub. inquit.* Si iurgant beneuolorum concertatio est, lis inimicorum, & non iurgium dicitur esse. Illud tamen animaduersionis dignum iudicaui, vt scilicet nonnulli petulantes, & iracundi arrenghãdo videantur, attamen in eis omnis iracundiæ calor cessat.

4 At quando adest naturæ perturbatio, tunc quodammodo iure destitutum se patefacit, ira namque impedit animum, ne possit cernere verum, nisi tamen per iniuriam, vel aliter digna subsit irascendi causa, quo casu eodem prouocato non respondente, atque obiecta honesto modo non reiiciente, ipsiusmet famam is denigrari pateretur, prout idem tetigi supra de Aduoc. *in cap. 4. numero 16.* Sed quando immoderatus animi motus alicui inest, tunc illud Catonis dictum est amplectendũ de quo meminit glos. *in leg. 2. Digest. de alienat. iud. mut. cau. fact.* scilicet, contra † verbosos noli contendere verbis, iure igitur merito demonstraui *sub allegato tit. supra de Aduoc. cap. 5. numero 32.* aduocato verboso per iudicem esse imponendum silentium, & inobediente eodem existente, Aduocationis officium illi esse interdicendum, quod tamen intelliges prout ibidem in puncto tetigi. Quos itaque † iurgiis extra limites contendentes calumniosos appellarem, vel ex eo quod mendaciter aliquam proferant siue excipiant, quo casu † iudex

Digitized by Google

totis viribus veritatem defendere, illamq; iuuare debet, quoties manifeste comprehendit, calumniis resistendo, periuros puniendo, & denique in mendaces onus probationis transferendo Barbat. *in consi. 47. incip. praeclare. lib. 2.* Anchar. *in consi. 317. incip. in causa.* Luc. de Pen. *in leg. quoties. C. de naufrag. lib. 11.* quos refert atque sequitur Sylu. nupt. *in titu. quom. iud. in dub. numer. mihi 518. libr. 5.* vel quia subtilitates potius ad pompam, quam ad vtilitatem tendentes proponere studeant, ad hoc, vt caeteris peritiores videantur, atque ambitione quadam inuolutos hos prospexi, vtque vulgo dici solet, semetipsos audiunt, vel aduersantes aliquam in medium responsionem non allaturos credant.
8 Et licet † maxima sit admiratio sapientis copiose dicentis, quem qui audiunt, plus sapere, & intelligere arbitrantur, iuxta Cyn. dictum quem refert
9 Barbat. *in cap. nouit. col. 2. de iud.* multa † tamen vbi non expedit alleganda non sunt, glos. *in cap. tales. 23. distinct.*

Et quamuis pariter prosit subtilitas ad factum enucleandum ad iusq; factum ipsum reducendo,
10 non † tamen ob id primo aspectu ad iudicandum contra communem Iudex moueri debet, vt intrepide colligitur ex allegata Sylu. nupt. *recit. titu. quo.*
11 *iudic. nu. 6. in fine lib. 5* quoniam † sub clypeo iuris scientiae, ob nimiam subtilitatem quandoque perniciose erratur *l. seruum §. sequitur. & ibi late Ias. ff. de verb. oblig.* Bal. *in cap. dilecti. notab. primo. de*
12 *iudic.* Ideoque † scrupolositatem non esse attendendam nos docet text. *in leg. posthumus. ff. de iniust. rupt. testam.* & praecipue in iis, quae bonam respiciunt

unt fidem, quo casu de apicibus iuris curandum non est *l. si fideiussor. § penul. ff. mand.* Ias. *in leg. alienam.* 13
col. secunda Codic. de procurat. simplicitas † enim sola est quæ commendatur, Dec. *in c. ad audientiam no-* 14
tab. secundo de appellat. Et quamuis † nulla sit subtilitas, quæ saltem intellectui acumen non afferat secundum Bal. *in leg. prima. col. prima. Cod. si ser. extero.* & vt colligitur ex lib. Prouerb. *ca. 27.* vbi cauetur, quod ferrum ferro acuitur, & homo exacuit faciem amici sui. Quare Salomon *in §. responsa. fol. secundo Instit. de iur. nat* quem in medium affert Neuiz. *sub d. titu. quom. iudic. numero 67 fol. mihi 490.* dixit quod proprium interpretantis Epitheton est subtilitas, & quæ iuxta doctrinam allegati Salomon. *in repetit. leg. Gallus. §. quidam recte. Digest. de lib & posth.* licet iudicanti non sit permissa, illa tamen speculanti semper concessa dicitur. Attamen aduertendum est 15
† illam subtilitatem esse concessam, quæ ad bonum non autem ad perniciem, & sophisticas dicendi artes tendit de quibus superius egi in cap. 11. Ideo quamuis subtilitas à iure approbetur, & commendetur, illud tamen intelligendum est, quoties subtilitas ipsa sit rationabilis, secus si vana, quo casu reiici debet. *leg. fin. Codic. de legib. leg. sicut. §. si debitori. Digest. quib. mod. pign. vel hypot. solu.* Abb. *in ca. dilecti. de iud. glos. prima.* Roman. *in cons. 490. incip. in proposita consultatione. col. fin.* post alios congestos à Dec. *in leg. vnica. Codic. de sent. quæ pro eo. numero sexto.* Quæ tandem bona dicatur subtilitas, Authores huiusmodi dictantes significat Neuiz. *d. titu. quom. iud. char. 490. à tergo in fin. & fol. 491. in princip. lib. quinto.* videlicet Lancellot *in l. illam. in fine. C. de collat.* Luc. de Pen. *in leg. 1. C. de profess. qui in vrb.*

Digitized by Google

*Constantinop.col.*7.Iserniam,*in §.fin.de natura feudi.* & Barbant.*late differentem.in c.dilecti.col.4 de iud.*

16 Caueat igitur patrocinans † ne indecenti vtatur subtilitate, quæ sæpenumero causat errorem Bal. *in l.2.col.2.quæst.4.C de contrat.ab.* Quo fit, vt subtilitas immoderata, dum plusquam decet exercetur, actionis suæ rectitudinem ipsa confundit Spec. *in §.nunc de exordiis. versic. subtilitas enim immoderata. numer.21.tit. de Aduoc.* contra quos sic subtilizantes idemmet Spec. eo loci proclamat, quem ibidem videas.

17 Quare † cõtra huiusmodi tumidos & cæteris sapientiores se existimantes, illud Spec. dictum loco de quo supra, *sub num.* 20. in fine succedit scilicet, nonnulli sunt, qui dum hebetes æstimari nolunt, sæpe in quibusdam inquisitionibus plusquam expediat exercentes, ex nimia subtilitate falluntur: sic ille. Qui etiam ob nimiam subtilitatem, atque inanem illorummet persuasionem, causas ambitiose procrastinare videntur, ad hoc, vt sapientiores cæteris appareant, vt supra dixi, & ob id magnam concomitantium cateruam secum habere præparent, & hoc non sine maximo talium peccato, contra quos non minus erudite, quam sapienter in foro conscientiæ scripsit Ala. Cremonens. *in eius tracta.de Aduoc. & Causid. Christia. in quæst.* 17. cuius hæc sunt verba, videlicet:

„ Non minus occultum est, ac inuisum Deo, aliud vitium in quod mali Aduocati possunt facile deflectere, cuiusdam ambitionis internæ, qua „assidue torquetur, valde enim delectantur, quod „ limina suarum ædium quotidie terantur pedibus

Procu-

Procuratorum, & litigantium, & q Atrium suum plenum sit eorum, qui petant se intromitti. Quãobrem hac ratione differunt causas, vt dum pro vna & eadem causa sæpius interpellantur, videantur ad speciem florere magno concursu, à quo fonte putant se profluere ad hominum commẽdationem atque famam vt animaduertit Ant. Corat *in tract. de com. opin. lib. primo, tit. 5. numer. 56.* Qui concursus barbaro vocabulo appellatur bonum auiamentum à Cæph. *in consil. 328. num. 22.* & in omni arte solet esse quæstuosus. Contigit etiam aliquando, vt Aduocatus qui aliquam causam finiuerit, non moneat Causidicum de alio negocio, secum agentem, quod ideo facit vt Causidicus iterum habeat occasionem reuertendi cum magna caterua litigantium. Qua in re plura peccata obseruanda sunt, & præcauenda. In primis, cum Aduocatus procrastinet plusquam æquum sit, deducit clientem in illa incommoda, fictisq; promissionibus ac sæpe repetitis efficit maiorem cumulum delictorum, quæ supra commemoraui, quibus accedit aliud vitium diabolicæ simulationis, dum student existimari homines multorum negociorum cuiusmodi forte non sunt, pertinent enim ad virtutem Christianæ veritatis, vt homo exhibeat talia signa exteriora, quæ congruant cum interna puritate. Quæ signa consistunt in dictis atque factis. Sicut ergo, quando verba discrepant ab animo perficitur mendacium, quod de sui natura peccatum est, ita cum homo, aliquo facto simularet, ostendit quod vere non habet, deflectit à recto cursu diuinorum mandatorum, ita docet Diuus Thom. 2. 2.

,, *quæst 109. artic 3. ad 3. & multo melius quæst. 101. artic. 2* per totum, cuius sanctissimam traditionem
,, sequitur Tabien. *in versic. simulatio* Syluest. *ibi nu.*
,, 2 Nauar. *in Manual. capit. 18. num* 8. Sum. Angel. *in*
,, *§. simulatio num. 3.* Tolet. *in sum. de septem peccat.*
,, *mortal cap 9. num 2.* Præterea si iste Aduocatus esset imperitus & huiusmodi artificio vellet existimari magni nominis, vt multi litigantes ad se confluerent, non excusarem eum à culpa mortali & ab obligatione restitutionis, & refectionis damnorum vt supra. Tolet. *in loco supra citato. cap. 8.*
,, *numer. 5. versic. vt qui se iactat magnum Medicum aut*
,, *Aduocatum.* Nec omittendum est aliud peccatum occultum quod huiusmodi occasionib. admittitur, nam cum posset Aduocatus vltro agere cum Causidico de causa finita, expectat ambitiose, vt alia vice interpelletur. Quo fit vt cliens, qui pro singulis actionibus soluit honorarium Causidico, subeat nouum incommodum ducendi Causidicum ad domum Aduocati, & causæ plus æquo differuntur; cui etiam culpæ solent affines esse aliqui Causidici, multo cupidiores gloriæ, & lucri, quam Christiana disciplina permittat, nihil enim solent cogitare, scribere aut loqui pro cliente, nisi prius tota vibe illos pluribus diebus comitetur; mox pecuniam expromat, & ita non solum excedunt modum in honore appetendo, verum etiam in honorario extorquendo, vnde sępe audiuntur huiusmodi obiurgationes erga clientes: Te nunquam vidi, nemo me interpellauit; Et tamen Notarius causæ sæpe monuit Causidicum; qua in re latent plura peccata: ambitio diabolica: auaritia inexplebilis; infinita mendacia; & ingens

damnum

damnum nonnunquam ad clientem redundat: "
nam auaro Causidico, & ambitioso procrastinan- "
te, interdum causa vulneratur. "

Ad hæc vide quæ supra *cap.* 10. recensentur.

Procrastinationem dolosam iurgiumq; immoderatum collusionis & calumniæ suspicionem inducere, proindeq; nõnulla, aduersus calumniosos, & præuaricatores, breui modo pandũtur.

CAPVT XLVII.

Svmmaria.

1 *Procrastinatio dolosa calumniæ & collusionis suspicionem interdum indicat.*

2 *Calumniatores quinam dicantur.*

3 *Calumniatorem quanam causa excusent, is autem quibus subiiciatur pœnis relatiue demonstratur.*

4 *Calumnia, id est, cauillatio, quam desideret pœnam.*

5 *Calumniose appellantem grauiter peccare, & ad restitutionem teneri.*

6 *Iudex, contra patrocinantes calumniosos & in eorum officio male se gerentes, quanam agere poßit.*

7 *Calumniam, & tergiuersationem odio habuit Imperator Iustinianus.*

8 *Collusio quomodo fiat.*

9 *Collusio quid sit.*

10 *Colludentes, præuaricatores dicuntur.*

11 *Præuaricator quotupliciter quis dicatur, & quas mereatur pœnas.*

12 *Patrocinans in causa principali colludens, qua pœna plectendus.*

13 *Causidicus dolose superari se patiens quibus pœnis subiaceat.*

14 Collu-

14 *Colludentes impunitos non esse prætereundos.*
15 *Clericus super beneficio colludens, illo priuari debet.*
16 *Collusio, quomodo probetur, remissiue.*
17 *Calumniari quisnam dicatur.*
18 *Præuaricari quando quis dignoscatur.*
19 *Tergiuersari quomodo quis manifestetur.*
20 *Collusio quaenam euitanda.*

1 EVITENTVR igitur procrastinationes † dolosæ, atq; iurgia quæ quandoq; immoderate, placta, sæpenumero calumniæ & collusionis suspicionem præ se ferunt, ita vt, & iusdicentium, & litigātium animum ancipitem de aliquo sinistro reddāt actu, non vt proprie tales calumniatores appelle-
2 mus, quandoquidem † calumniatores ii appellentur, qui falsa crimina intendunt. *l. prima. §. fin. ff ad S.C. Turpil.* sed accipiendo calumniatorem, id est, aliquem calumnia vtentem, quam vnusquisq; nostrum, testante animo suo fert, de eo qui falsum crimen bonis obiectat, ex huiusmodi verbo calumniari, vt ex Laur. Val. *lib. 6. Elegan. cap.* 50. quem refert D. Menoch. *de arbitr. iud. cas. 321. lib. 2. centur.* 4. quo
3 loci quis calumniator † dicatur, & quæ iustæ causæ eundem excusare possint egregie demonstrat, & quorum calumniatorum pœnas ibid. *cas. 322.* dili-
4 genter, & accurate explanat. Ideoque non † intelligo hucusque de illa calumnia, qua falsa crimina intenduntur vt supra, sed de illa cauillatione, qua nonnulli arrenghando, fraudandi animo vtuntur, quo casu, quis, & quando ex causa iusta à calumnia excusetur id arbitrio Iudicis relinquendum deduxit allegatus D. Menoch. præcit. *cas. 321. numer* 3. & quam calumniosam procrastinationem maximi

esse

esse animæ detrimenti, superius in cap. proxime præcedenti demonstraui ex doctrina Alæ, *in sua quæstion.* 17. & idemmet Ala. *in eius tract. de Aduocat. & Causid. t. Christ. in ca.* 46. de Aduocato † calumniose appellante verba agens, infrascripta in foro conscientiæ minime prætereunda refert, videl.

Perueni tandem ad illum locum, quem valde " cuperem explicari voce Angelorum, qui in auri- " bus Aduocatorũ, & Causidicorum assidue into- " narent, quantopere lædatur diuina Maiestas, quã " grauia incommoda redundent in litigatores, ex " his superuacaneis, & cauillosis appellationib. Ego " equidem ingenue testari possum, atq; testor me " in hac exercitatione forensi, nihil iniquiore ani- " mo ferre quã tot iniquissimas ꝓuocationes, q̃ vt " plurimum versantur in ore Causidicorũ ꝓuocat " ab omni actu, siue appellabili, siue inappellabili, " siue sentẽtia fuerit iusta, siue iniusta, exempli gra- " tia. Statuto cauetur, oẽs positiones, ipso iure cen- " seri admissas, saluo iure impertinentiũ, & tamen " si Iudex admittat positiones saluo iure, &c. ap- " pellant ab admissione, & à reiectione appellatio- " nis. Si in literis Excellentissimi Senatus, statuatur " aliquis terminus parti ad respondendum, & Iu- " dex interloquatur ad formam literarum appellãt: " Si respondeant libello in hac forma summaria, " exceptiones, & alia prout in filcia, & Iudex iubeat " esse respondendum in forma extensa, appellant. " In summa iurare possum me vidisse paucissimas " ordinationes, siue interlocutorias, siue definiti- " uas, à quib. non fuerit appellatum: & cum in li- " bellis appellatoriis iurent se calumniose non ap- " pellare, ad formam Constitutionũ Dominii Me " diola-

„ diolani, contrahunt aliud peccatũ periurii; estq;
„ insipida illa excusationis ratio, ꝙ de stylo appel-
„ letur, & reiiciatur appellatio, hac .n. corruptela
„ nutriũtur multa peccata, & lites protrahũtur, cõ-
„ tra diuinã legem, & offenditur Iudex, q sentẽtiam
„ tulit. Diu. Tho. 2. 2. *q. 69. art.* 3. Nec debent dici ap-
„ pellationes, sed ludificationes, vt obseruat Petr.
„ Aragon. *in suis commentariis ad illum locũ.* & ibi Mi-
„ chael Salon *conclus.* 2. vbi omnes concludunt ca-
„ lumniose appellãtem peccare mortaliter, & ob-
„ ligari ad damna partis aduersæ; Nauar. *in Manu.*
„ *cap. 25. nu.* 39. Aug. *in §. Appellatio. num.* 15. Tabien.
„ *in §. Appellatio. num.* 7. Et iste diabolicus stylus, &
„ irrationabilis continens peccatum, non est alle-
„ gandus. D. Thom. 1. 2 *quæ.* 97. Tabien. *versic. consue-*
„ *tudo. numer.* 4. & est nota propositio, quibus addo
„ Ludo. Carbon. *in tract. de restitut. quæst.* 31. *versic.*
„ *quare qui appellant, & lites protrahunt, tenentur ad*
„ *restitutionem & c. quod crimen.* qui posthac volu-
„ erit abhorrere, expendat quæso verba Diui Ber-
„ nardi *li. 3. colum. 5. de considerat.* eaque in animo suo
„ defigat: iniqua autem omnis appellatio, inquit
„ Bernardus, ad quam iustitiæ inopia non coegit:
„ & paulo infra. Qui igitur non grauatus appellat,
„ certum est quod, aut grauare intendit, aut tem-
„ pus diemere: non debet autem esse appellatio
„ suffugium cauillantium, sed refugium grauato-
„ rum, multi enim pendente appellatione fruũtur
„ aliqua re, quæ semper fuit iniuste possessa; & ita
„ Antidotum vertitur in venenum. Quem das mi-
„ hi in tam crebris appellationibus quæ hodie fi-
„ unt, qui restituerit nummum aduersario pro ex-
„ pensis? Mirum autem esset, si omnes appellantes
essent

essent iusti, appellati vero haberent causam iniu- "
stam. Hactenus Diuus Bernard. Audi Causidice, "
qui tuo sensu processus instruis. Audiant Aduo- "
cati, & non amplius abutātur iustissimo remedio "
appellationis, ne sibi accidat, quod retulit S. An- "
ton. vbi sup. *in 3 part. Sum de offic. Aduoc. cap. 1. col. 3.* "
contigisse cuidā Aduocato, qui semper male ap- "
pellauerat. Qui cum ægrotaret, ac admoneretur "
mortis imminētis, & sacramentorū, vociferaba "
tur, Appello, Appello, & fato cessit sine pœnitētia, "
experiens statim diuinā sententiā immutabilē, & "
inappellabilē. Quamobrem in causa iniusta non "
amplius dicant: Toties appello, quoties fuerit re- "
iecta; sed semper hoc cogitent. Quoties ita appel- "
labo; toties peccabo, & diuinā in me seueritatē ex "
citabo. Et adeo displicent Deo iniustæ appellati- "
ones, vt etiā in causa capitis peccaret mortaliter, "
qui iniuste appellaret Graff. *decis. Aurear. lib. 3. ca.* 7. "
num. 21. Sot. *de iustit li. 5. quæst. 6 artic. 3.* "

Sed contra † Aduocatos, & calumniosos, maleq; versantes in eorum officio, quod possit iudex inquirere, atq; illis interdicere ne postulent, atque procurent, omnesq; forenses actus illis prohibere valeat: hoc dicit Marant. *de ord. iud. sub rubr. de inquisit. versic. tertio modo n.* 18*1. part.* 6. Ad hæc faciunt ea quæ dixi supra de Aduoc. *cap.* 5. *numer.* 32. 6

Quanti † autem Impera. Iustin. calumniam, & tergiuersationem odio habuerit, indicat *id text. in* §. 1. *in princip. Authe. de execut. & de iis qui conuen. & reconuen. Nouell 96 tit.* 7. huiusmodi Ioanni gloriosissimo orientalium prætoriorum Præfecto scribens, videlicet: 7

Quoniam calumniam odimus, & omnem tergiuersationem

tionem aduersamur: propterea huiusmodi actus egere legitimis medelis existimauimus &c.

Quo fit (vt ad rem nostram redeamus) sæpenumero collusio inter Aduocatos, seu Causidic. tacita intueatur, & † quæ collusio fit per Procuratores,
8 & Aduocatos causarum, qui se in lite superari patiuntur, sic Azo. in Sum, Cod. *sub rubr. de collus. detegen.*
9 Ideoq; † collusio dicitur inter actorem, & reum latens, & fraudulēta conuentio secundũm Hostien. *in Sum. in allegata rubr. de collus. detegen.* Qua de re, tales
10 colludentes † prçuaricatores appellat D. Menoch. *de arbitr. iud. cas. 323 num. 3 & 4.* dum duobus † mo-
11 dis præuaricatorem aliquem dici ostendit.

Primo quoties alicuius Aduocatus, vel Procurator illum prodit, detegendo illius Aduersario secreta causæ: & si *sub n. 5.* improprie talē præuaricatorem dici significat: & tunc (inquit) præuaricator et dicitur is, cum causam iam mercede accepta desérit, & in aliam partem trāsit, nec tamen eum prçuaricari erit dicendũ (recenset) qui iuribus visis, se illi patrocinium suum præstare negat, si modo illius aduersarium iuuare neget, ex relatione Alciat. *in l. præuaricatores. ff. de verb. significat. quare sub num. 8.* huiusmodi præuaricatores, vltra pœnam arbitrariam infames effici pluribus iuris authoritatibus, atque legum sanctionibus affirmauit idem D. Menoch. loco de quo supra, id in exemplum adducēs, quod contra quendam Causidicum fuit secutum, ex Bossii sic referentis traditione *in tit. de præuaricatoribus. num. 2. quod. sc. Mediolani Causidic.* ob id in pœnam publicationis bonorum, ac ad tempus exilii mulctatus fuit.

Secundo namq; modo præallegat' D. Menoch.

loco

loco de quo ſupra *num.* 4. is præuaricator dicitur, qui cum accuſator, & denunciator ſit criminis, cũ reo colludit, quem proprie præuaricatorem appellat, & pœna extraordinaria iudicis arbitrio plectẽdus eſt, infamis efficitur, & à munere accuſandi arcetur, & quod Aduocatus † in cauſa principali col- 12
ludens, extra ordinem arbitrio iudicis ſit puniendus, id optime cauet *ex* §. *notandum. verſic. præuaricator* 2. *quæſt.* 3. & Procurator † ſiue Cauſidic. qui doloſe 13
ſe ſuperari patitur, de dolo tenetur, vbi ſit ſoluendo, alias proceditur contra illũ, cum quo colluſum fuit in ſubſidium, niſi in alterum colludentem paratus ſit actionem transferre *l. eleganter.* §. *penult. ff. de dolo.* Hoſtien. *in Sum. ſub allegata Rubr. de colluſ. detegen. num.* 2. *quo loci ſub num.* 4. deduxit † colludentes, im- 14
punes non eſſe prętermittendos, *ex c. ſi quem pœnituerit.* 2. *quæſt* 3. & ibi gloſ. nonnullas colludentium pœnas in medium affert. Clericus † ideo (inquit 15
Hoſtien. vbi ſupra) ſuper beneficio colludens, illo priuatur, & tandem concludit, quod in cauſis ciuilibus colludens, pro motu Iudicis, quem deluſit, erit puniendus.

Quomodo † autem probetur colluſio, pulchre 16
docet Abb. *in c. de iis. de accuſat.* nec omittas ea quæ tradit Marant. *de ord. iudic. ſub tit. de inquiſit. numer.* 45. *&* 51. *part.* 6.

Quem autem pręuaricatorem, calumniatoremue, ſiue tergiuerſatorem, appellare liceat, id vobis indicat tex. *in d. c. ſi quem pœnituerit.* 2. *quæſt.* 3. dum eo loci quempiã † calumniari ſignificet, qui falſa cri- 17
mina ſcienter intendit. At præuaricari † illum eſſe 18
dicendum, qui vera crimina abſcondit. Tergiuerſari † vero, qui in vniuerſum ab accuſatione de- 19
ceſſit;

cessit; hoc idem breui modo demonstrat.

20 Collusio † igitur quæ ad prauum finem tendit, est prorsus à patrocinantibus euitanda, ne ipsis id, quod vulgus quotidie profert obiiciatur, scilicet: Causidici in publico, & seu priuato auditorio, magna illorum strepitatione seipsos vicissim suffocare videntur, strepitu autem finito extra auditorium amplexi; clientem tuum tu deglubа, meum autem ego decorticabo, inter sese inquiunt.

Procrastinata causa, interueniente dolo, & palleata inter patrocinantes præexistente inimicitia ad restitutionem, atq; damnorum refectionem ipsos teneri non ambigitur. sic essiue autem nonnulla contra quosdam sollicitatores, atque scriptores absurda prorsus euitanda declarantur.

CAPVT XLVIII.

SVMMARIA.

1 *Sollicitatores causarum, in publicis siue priuatis sessionibus, coram iusdicentibus, causarum patronis arrēgbantibus impedimento esse non debent, & quid ab eis peragendum sit.*

2 *Sollicitatores, in officio expertes sunt recipiendi.*

3 *Scriptores male scribentes, prorsus euitandi.*

4 *Sollicitatori, in rebus alicuius momenti acta, absque Causidici participatione per eum composita, non esse actuario deferenda.*

CONSIDERANDVM est illud, quod animaduersionis dignum sæpenumero iudicaui, dum Caui-

Causidicos quosdam intellexi, causas aliquando nulla interueniente collusione procrastinare, sed cum inter ipsosmet alterãtes, vel palleata vel manifesta interueniat siue existat inimicitia, nec ob illorum p fas & nefas se ab aduersario vinci patitur, in maximũ clientorũ dispendium, & detrimentũ, postposita eorundem animarum salute, iuxta per me deducta supra, *in cap.*14.*num.*24 quo casu ad restitutionem & ad refectionem damnorum tenentur huiusmodi peragentes, ac alia patiuntur de quibus Ala. Cremon. agit *in eius Tract. de Aduocat. & Causid. Constit. quæst.* 17. & quam quæstionem ad vnguem obseruatam tradidi superius *in cap.* 46. *nume.*17.*prope finem.*

Qui autem immoderata iurgia euitare cupit, videat atque præmeditetur, ea quæ tradit Iodoc. *in prax. rer. ciuil. cap* 198 & cuius dicta diligenter custodiui *supra in cap.*7.

Et ad euitanda etiam iurgia quæ pariter, vt plurimum ex garrulitate quorundam scriptorum in auditorio causantur, dum in contradictorio iudicio assunt Causidici, patrocinantes ipsi non permittant, quod (vt multoties obseruaui) sollicitatores causarum, eosdem arrenghiant interrumpunt: sunt enim aliqui hebetes & ignari, qui cum alicuius causidici studio per breue temporis spacium incubuerint, inter Causidicos sese connumerari audent, magnos Oratores seipsos existimantes, immemores tamen illius adagii, scilicet Sus Mineruã docet, quorumq; petulantia per Iudices hoc pacto prorsus est coercenda, vt scilicet nullo modo tales

ad proponendum post causidicum admittant, nisi necessitas immineret, vt puta circa facti expositionem, si causidicus memoriæ lapsu erraret, quod accidit quandoque vt vel ex longo tempore, vel ex multiplicitate causarum ab eo narrandarum, vel ex animi interdum abstractione, vel deniq; ex aliquo accidenti id sequatur, quo casu poterit causæ sollicitator, honesto modo, & cum reuerentia, prius & à iusdicente, & à patrocinante venia per eum petita, ipsum factum legitime, & veridice exponere. Alii etiam reperiuntur sollicitatores, qui Causidico inscio, præcepta coram Iusdicente hora publicæ audientiæ, aduersanti ad comparendum indicta transmittunt, ad hoc vt ipsi tantum quidquam proponendum habere videantur, quod vtiq; nil habet in se decoris, tum quia sæpenumero per eos proposito facto, nullo cum causidico ante habito verbo, nil in iure aduersanti respondenti, replicare sciunt, ita vt multoties erubescant, eorundemque met, causidici atq; famam quodammodo denigrare videantur, quorum officium illud est præcipuũ, vt Causidico arrenghaturo, præceptum, siue processum afferant, ad hoc vt exceptionibus aduersantis visis, ea quæ tum in facto, tum in iure responsionis digna iudicabit, omnino possideat; & quandoq; pariter sollicitator, processum penes se habeat, vt si quandoq; per aduersantem quidquam negari contingat, eo casu, iudici id quod neg[a]tũ fuerit exhiberi possit, neq; temere quidquam proferant, nisi siue à Iudice, siue à Causidico sint lacessiti, quem Causidicum aliquando etiam in casu necessitatis ad aurem informare possunt, etsi vt supra dictum fuit ante accessum ad Iudicem, domi id facien-

ciendum per eos melius iudicetur. Diligenter autem arrenghantes audiant, cum illorum officium potius ad discendum quam ad docendum se extendat, quibus ea possunt adscribi, quæ tradit Iodoc. *in praxi rer. ciuil. cap 96. sub rubr. de Aduoc. num. 2.* dum de Aduocato verba faciens istiusmodi profert, videlicet; sunt nihilominus quidam Aduocati, nomine verius quam officio, quos passim in Flādria, in concilio Gandensi, & in parlamento conspicimus, quosq; aduocatos auscultātes vocamus, nempe qui nullas partium causas defendunt. neutri partium seruiunt, nihil in iudiciis orant, nihilq; loquuntur, nilq; scriptis corroborant, ob id quod ad hoc munus, ob ætatem nondum sint assumpti: nā quamuis sæpenumero, tales iuuenes sint docti, & iuris prudentia plurimum valeant, stylum tamen fori, experientiam, & praxim nondum sunt consecuti, ac procedendi modum nō satis tenent, quam quotidiana obseruatione, & vsu paulatim tandem assequuntur, hæc ille. Præter id quod interdum nonnullos mimos audiri contingit, qui coram Iusdicente maximam scientiam sibi ipsis arrogant, quiq; aliquando quidquam iuridicum proponere, aut allegare putantes, non mediocrem audientibus ridendi causam afferant. Quamuis nonnulli adsint sollicitatores causarum, qui tam in iure quam etiam in praxi valde expertes reperiantur, & qui per me deducta miro obseruant ordine.

Ideo † causidici probos, & in arte expertes penes se retineant sollicitatores, qui quandoq; ipsis absentibus causas summo regulent studio, nōnullos autem prætermittant, qui tanto officio dedecus af- 2

cus affe.unt, dum quoſdam Cauſidicos ſtudiis o-
per um n.uare proſpexi, qui artes viles atque ſerui-
les, veluti textoris, ſutoris & ſimilia exercuerint &
interpolatis vi ibus exerceant, quique vix legere
ſ iunt, ipſique officio ſe immiſcere non erubeſ ūt.
3 Sicuti etiam † extant aliqui ſic male ſcribentes ve
neuum à legentibus tertiis, ſed ab ipſiſmet 'cri-
ptum id quod eſt, minime intelligatur, qua de re
tam Officialibus quam aliis circa ipſius ſcripturæ
lectionem maxima cura, ſollicitudo, nauſeaq; cau-
ſetur.

4 Sicuti alios † obſeruaui interdum ſcriptores,
qui igno antia illorum confiſi, audaci animo ſcri-
ptura dictant, nulla C u 'dico data parte, adeoq;
circa dictamen ſe inuoluentes, vt contrarieta es,
implicationes diuerſa, nec ad rem facientia ſcri-
bant, quo fit vt interdum abſurdum illud non ſcri-
ptori dictanti, ſed patrocinanti attribuatur, nec ob
id regulæ tritæ, culpam ſ ilicet eſſe ſe immiſ ere
rei a ſ non pertinenti, animaduertant. Quorum
autem ſoll citatorum prædicta indeb te commit-
tentium principalis eſt intentio, vt nil aliud, quam
pecunias è crumena clientorum quotidie eruere
curent & falſis promiſſionibus cauſam iuſtam, vel
ob lapſum f taliium, ſiue inſtantiæ municipalis ex-
pirationem, vel aliter deperdi ſinant: quo caſu cli-
entes ob deputationem talium à Cauſidico fact m
ad damna & expenſarum reſtitutionem contra di-
ctum Cauſidi um agere poterunt, iuxta ea quæ te-
tigi ſupra *in cap. 34. num. 13. cum ſeqq.*

*Iniuriarum diſtinctiones hoc in capite conſide-
rantur, in quo pariter articulus ille, an ſcili-
cet*

et conuicium verum in aliquem prolatum, admittit actionem iniuriarum, vel id minus diligenter examinatur. Quomodo demum & quando animus iniuriandi adesse vel abesse dicatur, id vtique non abre prætermittitur.

CAPVT XLIX.

SVMMARIA.

1 *Iniuriæ, quisnam sit effectus.*
2 *Iniuria, quid esse dicatur.*
3 *Iniuriosa verba quænam esse dicantur.*
4 *Iniuria quotupliciter fiat.*
5 *Manum elevans, vt aliquem percutiat, non tamen cum effectu illum tangat an actione iniuriarum is teneatur.*
6 *Percutiens aliquem baculo an actione iniuriarum teneatur.*
7 *Conuicium, quare sic dictum.*
8 *Literis quando facta dicatur iniuria.*
9 *Famosi libelli author, & libellum famosum inueniens, quando puniantur, remißiue.*
10 *Iniuria, re aut verbo irrogata, statim parit actionem.*
11 *Iniuria, absque iniuriati consensu summoueri non potest.*
12 *Mentiris, saluo honore tuo, alicui dicens an ab iniuria excusetur.*
13 *Crudelis dicitur is, qui famam suam negligit.*
14 *Iniuriarum actio, an pro modica iniuria detur.*
15 *Iniuria verbalis ratione grauitatis, interdum corporalem pœnam meretur.*
16 *Iniuria, re, verbis, & literis, quando irrogata dicatur.*
17 *Iniuria, solo actu, & nutu fieri potest, & sibilas vt*

vulgo

vulgo dicitur) iudici faciens quomodo puniendus sit, remißiue.

18 Iniuriarum alia tenues, alia vero atroces dicuntur esse.

19 Iniuria, ratione varietatis factorum, & personarum considerata, quo ad pœnam Iudicis arbitrio relinquitur.

20 Inimicus capitalis, & qua grauißima, grauis, atrox, & enormis dicatur inimicitia, remißiue.

21 Iniuria in iudicio illata, cæteris grauior dicitur esse.

22 Statutum duplicans pœnam, ratione iniuriarum ad præsentiam officialis prolatarum, valere dicitur.

23 Iniurians aliquem, an fideiussori sit relaxandus.

24 Iniuriosa verba à patrocinante siue verbotenus siue in scriptis prolata, impune non esse prætereunda.

25 Conuicium verum dicens, an actione iniuriarum teneatur.

26 Iniuriandi animus præmissa protestatione, quando aliquem iniuriantem excuset.

27 Animus iniuriandi, vbi absit, iuramento verificari potest.

28 Conuicium, quando impune minime prætermittendum sit.

29 Iniuriandi animus, an de iure præsumatur.

30 Iniuria præsumpta, quando aliquem excuset.

31 Iniuria, iuxta mentem iniuriantis restringi debet.

32 Protestatio facta de non iniuriando aliquem, quomodo, & quando tolerari debeat.

33 Prouocatus delinquens an excusetur.

34 Iniuria iudicialiter dicta, & probata an iniuriantem ab iniuriarum actione eximat.

35 Iniu-

35 *Iniuriandi animus, an ex quacunq; causa, etiam iniusta, abesse præsumatur.*

36 *Iniuria an reproperari poßit.*

OB immoderatum dicendi modum, iracundiæ calore, vt plurimū inter disputantes ad iniurias properatur, (quod equidem significare erubesco) quodque contra bonos mores atq; moralem disciplinam de directo tendit, cum † etenim iniuriæ effectus sit alium malo afficere secundum Senecam *li. 2. ad Seren.* dum in virum sapientem iniuriam non cadere affirmans hæc profert, videlicet: nemo potest accipere iniuriam sine aliquo detrimento, vel rerum extra nos positarum, nimirum igitur à quolibet euitandam significo ex sententia Vlpiani *in l. 1. §. omnem. ff. de iniur.* qui † omnem iniuriam, diminutionem esse eius in quem incurrit, sententia irrefragabili potulit. Idcirco iniuria, vel offensa dicitur esse quidquid ad iracundiam prouocat, Bart. *in l. licitator §. quod illicite ff. de public.* Vnde † verba iniuriosa dicuntur ea quæ in alium contra bonos mores proferuntur. Grammat. *decis.* 14. *num.* 9. & quænam dicantur verba iniuriosa, videas Boer. *in consil.* 4. *numero* 6. 9. 12. 15. *&* 17. Gram. *d. decis.* 14. *nu.* 10. *& decis.* 37. Ioseph. Lud. *in decis. Lucen. decis.* 4. *nu.* 25. 26. *&* 27.

Illud tamen † in primis notandum est, quod iniuria tribus fit modis: re, verbis & literis.

Re fit iniuria quoties manus infertur. Et si quis † vnam eleuauerit manum, vt aliquem percuteret, quamuis effectualiter illum non percusserit, actione tamen iniuriarum is agere poterit, Petr. de Rauen. *singul.* 376. & † an baculo aliquem percutiens

teneatur actione iniuriarum, videas Perill. D Tesſaur *deciſ.224*.

Verbis irrogatur iniuria, quando fit conuicium,
7 & † dicitur conuicium à concitatione, vel à conuentu hoc eſt, à collectione vocum, cum enim in vnum plures voces conferuntur, ſpecialiterq́, conuicium dicitur quaſi connotium, quod fit nedum præſenti, ſed & abſenti, Sum. Hoſtien. *ſub rubr. de iniur. & dam dat num.3*.

8 Literis † vero fit iniuria ſecundum Hoſtien. vbi ſupra, quoties quis librum, vel carmen, vel hiſtoriam ad alterius infamiam pertinentem ſcripſit, vel compoſuit, vel edidit, ſiue dolo malo fecit.

9 Ad hoc facit text. *in leg 1. ff. de iniur.* † & de famoſo libello, & quando puniatur author, & qui libellum famoſum inuenerit, videas per totam cauſam 5.1 *quæſt.*1 nec omittas Franc. Marc. *q.* 935 *part.2*.
10 Et † ex iniuria, re aut verbo illata ſtatim iniuriarum actio quæritur *leg. ſi onus. §. ſed & ſi pactum. ff. de pact. gloſ in §. fin Inſtit. de iniur.* data etiam, quod minime dicatur iniuria ſic Ioſeph. Ludouic. *d. deciſ. Lucen.*
11 *quarta numero* 13. & quæ † iniuria non conſentiente iniuriato aliquo modo ſubmoueri non poteſt. Guid. Pap. *quæſt. Gratianopolit.465*. illud adducens
12 contra nonnullos, qui † alicui dicunt, mentiris ſaluo honore tuo, credentes ob talem reſeruationem ab iniuria excuſari, quod tamen falſum eſſe dixerunt, & Bart. *in leg. ſi quis extraneus. in princip ff. de acquiren. hered.* & Andr. Gail. *obſeruat.*101 *lib. ſecundo* atque Boer. *in conſ. quarto. numero* 25. quod tamen reſtrictionem pati videtur in eo qui verum, & non falſum protulerit, *vt infra ſub numer.* 25. Quo caſu Spec. *in §. iam nunc videndum. verſic. hoc tamen caueat. de*

ar. de Aluec dixit, quod si quis in alium verbum iniuriosum, falso tamen proferat, tuto iniuriato licere mentitum dare posse astruit, quoniam is † crudelis dicitur, qui famam suam negligit *ex text. in c. nolo.* 13 ... *si* 1. videas pariter Guil. *obseruat* 100 *li. secundo.* ... Cappel. Tholosan. *quæst.* 127. *in addit* Ad hæc faciunt ea quæ deduxit Dec. *in leg. vt vim. num.* 36 *vsque ad finem. ff. de iustit. & iur.* Et pro † modicam 14 in ... vt supra dictum est quæ tamen infamet actione ... dari cauetur, *ex text. in cap. cum te de re iud.* & ibi Bal. inquit, quod † iniuria verbalis adeo grauis 15 esse posset, vt pœnam mereatur corporalem, ex §. *pœnales Instit. de iniur.* quem sequitur Ioseph Ludou. *sæpius allegata decis.* 4. *num.* 19.

Et quando † ex tribus modis recitatis, iniuria il- 16 lata dici possit, hoc tradit Marc. *quæst.* 935 *part.* 2.

Addo etiam † quod solo actu, & nutu sine ver- 17 bis iniuria ferri potest, & quo modo fichas, vt vulgo dicitur, Iudici faciens puniendus sit videas D. Tesseur *decis.* 227.

Animaduertendum tamen est, quod iniuriarum † aliæ tenues, quas vna etiam cum nonnullis 18 atrocibus considerauit Aret. *in §. pœnales. numer.* 15. *& ibi glos. & in §. atrox. Instit. de action.* aliæ autem atroces dicuntur esse *l. prætor dixit § fin. & l. sed & quæstionis. ac l. lex Cornelia § lex itaque. & ibi glos. ff. de iniur.* Boer. *quæst.* 67, *numero* 10. Et † quemadmodum 19 ratione varietatis factorum, ac personarum iniuria iudicatur atrox, & atrocior, ex aspectu per Iudicem, vel peritos, sic ex Bart. *in leg.* 2. *ff. de fer.* ita variant, & pœnæ, & ob id censent Doctores pœnam pro atroci iniuria non esse definitam iure: Sed iudicis arbitrio relinqui, sic Aluar. *in c.* 1. *§. iniuria, de pac.*

de pac. iur. firm. in vsib. feud. Gomez. Instit. *de actio. in princip. num.* 44. Crau. *in cons.* 119. *numer.* 1. post alios quos refert, atque sequitur D. Menoch. *de arbitr. iud. cas.* 263. *numer.* 3. & sic etiam fuisse conclusum iuxta prædictam theoricam in Regio Concilio Cathaloniæ dixit Lud. à Peguera. *in suis decis. crim. cap.* 13. *num.* 20.

20 Et quis † dicatur inimicus capitalis, quæ grauissima iniuria, & quæ atrox videas Bart. *in l.* 3. §. *non solum ff. de adimen. leg.* & quæ grauis, atrox, & enormis, vide Spec. *in* §. 7. *num.* 8. *tit. de legato. libro primo.* necnon, & Marant. *de ord. iudic. de inquisitione. numer.* 75. *fol. mihi* 126.

Quæ antem pariter atrox consideretur iniuria, & quomodo puniatur, ad vnguem id obseruat prę-allegatus D. Menoch. *recitato cas.* 263. *numer.* 5. *cum seq. libro secundo. centur.* 3. & ibi in quarto exemplo, *num.* 23. grauem & atrocem illam considerauit iniuriam, quæ coram Magistratu contra aliquem ꝓfertur, & sic quando illa deducitur, coram persona iurisdictionem habente, quo casu atrox dicitur, secus coram alia persona in dignitate constituta.
21 Put. *decis.* 303. *libro primo*, & iniuria † facta in iudicio, cæteris grauior à Doctoribus nuncupatur Crau. *in cons.* 168 *num.* 11. quem sequitur dictus Lud. ab
22 Assis *decis. Lucen.* 4. *num.* 13. *in fin.* Et ideo † valere statutum duplicatam continens pœnam contra iniuriantem aliquem in Palatio, in foro, & in præsentia Officialis, tradit Aret. *in d.* §. *atrox. numero primo. Instit. de action.* vide Hartm. *ca.* 26. *ti. de iniur. libro primo.* Sicuti etiam atrox consideratur iniuria, quæ Do-
23 ctori infertur, quare † iniurians non relaxatur fideiussori, sed in carceribus detentus, nisi vsq; ad fi-

nem

nem causæ relaxandus est, vt cauetur ex Rot. Auenion. *decis.* 58. *in decision diuers. Tom.* 3. Sed quomodo puniatur talis iniuria, videas Crauet. *in allegato cons.* 168. *numero decimo.* † & quod propter verba iniurio- 24
sa ab Aduocato, siue prolata scripta puniri possint, & Aduocatus, & principalis cliens, id eneruauit Papon. *lib.* 8. *tit.* 3. *arest.* 5. Vnde coram iusdicente iniuriam contra aliquem deducens, statim ab ipso Magistratu talem puniri posse, & etiam illam impunitam quoties in foro coram multis personis illata esset minime prætermittendam deduxit D. Menoch. *sæpius recitato casu* 263. *sub n.* 24. vbi copiose circa iniurias nonnulla describit.

Nec immerito sicco pede illum prætereundum duxi frequenter à Doctoribus recitatum articulum, an † scilicet, conuicium verum dicens, actio- 25
ne iniuriarum teneatur? & sequendo non minus subtilem, quam eruditam doctrinam Cappell. Tholos. *in quæst.* 127. sic erit dicendum hoc pacto, videlicet, quod aut conuicium profertur in iudicio vel extra, primo namque casu si probatur conuicium, non tenetur quis siue agendo, siue excipiendo id sequatur; Si vero conuicium accusando probatum non fuerit, & si absolutus fuerit, actione iniuriarũ nihilominus agere poterit, vt ex allegata *q* 127. *sub n.* 4 *cum seqq.* & ibi habetur, quod si quis conuicium excipiendo non probet, talem actione iniuriarum teneri, & præcipue quando obiiciens animo nocendi, & diffamandi conuictus reperiatur. At quando non animo nocendi seu diffamandi, omni cessante calumnia, quis tale protulerit conuicium tunc is erit excusandus, ea potissimum ratione, quia excipiens intendit se principaliter defen-

dere,

dere,& non aliis nocere,& circa hoc videas Capy. *decis.* 58.

Si vero dubitetur, præsumitur calumniose excepisse, ex quo non probauit. Quare ex allegata *quæst.* 127 *sub num.* 6 colligitur, vt essentialiter fiat protestatio quod talia proferens non animo fuere deducat, quæ multum etiam operatur iuxta doctrinam Spec. *in* § *iam nunc videndum numer quarto. de Aduoc. de quo quidem iam memoratum sum supra in tit. de Aduoc ca.* 4. *numero decimo quinto.* Hinc est quod ex communi consuetudine, de qua testatur Clar. *in praxi crim* § *fin. quæstion,* 53. *versic. caueant tamen* Aduocati protestantur, quod citra animum iniuriandi id proferant, cuius protestationis virtute eosdem excusari dixit, atque sic indistincte in Ducatu Mediolanensi, & in Regno Franciæ seruari deduxit, & quam communem obseruantiam approbauit d Ioseph Lud *allegata decis.* 4. *nu.* 22. Quod quidem,
26 † saniori sententiæ suppositus, id verum existimauerim, habita infrascriptæ distinctionis consideratione, quod aut pmittitur protestatio, quod si de futuro quidquam dicturum, quod concernat aduersantis iniuriam, non animo iniuriandi, seu diffamandi id secuturum proferentem, liget, & tunc excusarem, quia quandoque dicendi calore id prouenit, cessante calumnia vt supra, & tunc dictam obseruantiam esse attedendam de qua Clar. *d. loco supra citato.*

Est tamen aduertendum quod & si fuerit facta præambula protestatio ad excusationem obtinendam, attamen iniuria exinde illata potest esse talis, & ita vt non grauis, vt non obstante protestatione, à qua ex qualitate iniuriarum quis recedere videatur,

tur protestans ratione iniuriarum teneatur, quo casu iuxta qualitatem iniuriantis & personæ iniuriatæ ad æstimationem erit deueniendum Soc. *in cons. 146. colum. penult.* Foller. *in pract. crim. & in fragmen. de iniur.* quos sequitur Magoni. *decision. Florent. 25. numero decimo tertio.* quia alias iniuria post protestatione illata, dummodo tolerabilis sit, excusatur vt supra dicit Clar. ad hoc faciunt ea, quæ infra habentur *sub num. 34.*

Aut nulla præambula adest protestatio, & eo casu

Aut incontinenti quis se corrigit,

Aut ex interuallo.

Primo namque casu excusandus is est, quoniam ea, q̃ in continenti fiunt censentur actui inesse. *l. lecta. ff. si cert. pet.*

Secundo vero casu, secus est considerandum, quia animus iniuriandi præsumitur ex interuallo, non obstante protestatione, nisi † medio iuramẽto ab huiusmodi proferente interueniente animus declaretur, Ioseph Lud. *decis. Lucens. 4. n. 45.* 27

Iterum ex allegata *quæst. 127. num. 3.* consideratur illud, videlicet:

Aut † conuicium continetur in libello, expressa causa, vel id minus. Primo namque casu, si conuicium dicitur correctionis causa, etiam publice, tunc conuicium proferentem non teneri, licet nõ in iudicio ad alicuius correctionem dici possit; & per circumstantias, ac indicia, de animo apparere, seu de eo iudicatur. 28

At quando conuicium, sine causa profertur, puta in ira, & animose, quo casu (ex allegata Capel. Tholos. *d. q. 127. n. 8.*) ẽt conuiciũ sit verum, tenetur iniu-

iniurians, quoniam hoc est ſubiectum actionis, animus iniuriandi, quod verba tenent, & dicendi modus, nec veritas conuicii ab actione illam eximet, textus authoritate *in l. quisquis. C. de postul. & in l. 3. C. de offic. rect. prouin.* vbi patet quod non ſufficit conuicii veritas, ſed requiritur quod adſit libido & iniuriandi voluntas, videas tamen Boeti. *in consil. 4. nume. 36.* vbi nonnullas adducit fallentias, &
29 qui † iniuriandi animus ex iuris præſũptione probatur quia talis animus in dubio præſumitur, vt ſic communiter Doctores ſentire atteſtatus fuit Pariſi. *in consil. 194. libr. 4.* poſt alios quos refert Magoni. *decisio. Florent. 25. nu. 5. quod tamen ibidem sub numer.* 12. limitationem recipit, ſcilicet non procedere in ruſtico, qui à dolo præſumpto excuſatur, ex Grammat. *in consil. 23. num. 5.*

30 Et quomodo † à præſumpta iniuria quis excuſetur dicit Magon. *d. decisio. 25. allegato nu. 5.* multosque tradit modos Cæpol. *in consil. 70. num. 12.* quem ad id allegauit memoratus Magon. *repetita decisio. 25. num. 12.*

31 Hinc † eſt quod iniuria reſtringi debet ſecundum mentem facientis, cui talis iniuriæ declaratio ſpectat, quo caſu iuramento illius ſtatur Ruin. *in consil. 145. num. 28. libr. 5.* poſt alios quos ſequitur Ioſeph. Lud. *decisio. Lucens. 4. num. 44. 45. & 46.* videas
32 pariter Gail. *obseruat. 106. lib. 2.* Aduertendum † tamen eſt quod quoties dubitetur an verba iniuriandi animo fuerint prolata, vel id minus, quod tunc ſtandum eſt iuramento iniuriantis; ſed vbi de iniuriandi animo euidenter appareat tunc talis proteſtatio ſeu declaratio nil operatur, Socin. Iuni. *in consil. 38. nume. 3. libr. 3.* Lud. *allegat. decis. Lucens. 4. nu. 23.*

Quo

Quo fit † vt prouocatus delinquens, regulariter non excusatur, vt de communi testatur Petr. Iac. *tit. de actio. iniur. Prater.* & sic in practica obseruari dixit Boer. *d. consil. 4. nume.* 28. sequens Felin. *in cap. dilecti. de excep.* vbi regulam ponit cum tribus declarationibus, quæ sunt infrascriptæ. Prima est quod prouocatus dicens iniuriam, scilicet, tu mentiris, vel aliam, tenetur, licet non ita grauetur, & puniatur, & hæc (inquit Boer. *d. consil. 4. numer. 29.*) tribus modis restringitur. 33

Primo nisi dicens, tu mentiris, dicat verum, (vbi tamen cessat animus iniuriãdi) prout supra deduxi.

Secundo, quod mihi dicenti mentiris, replicari non potest quod mentior, secundum dictum Paul. de Castr. *in leg. fina. ff. quod quisq. iur. quia retorcutionũ non fit retorcutio.*

Tertio, quod dicatur tu mentiris, saluo honorẽ tuo, quæ tamen protestatio non valet, nisi is verum dicat. Vnde absolute dictum Guid. Pap. *dicta d. cisio. Gratianopolit.* 465. restringi videtur ad intelligentiã, vt illud procedat in eo qui falsum, & non verum profert conuicium; Ad id facit singulare Guilielmi de Ludou. 26. *nu.* 1. vbi tamen cessat iniuriandi animus, vt supra. Sic etiam Ludo. à Peguerà *dicisio. crim. cap.* 13. *nume* 9. alias † in iudicio illata & probata eximit iniuriantem ab actione iniuriarum. Boer. *d. consil.* 4. *nu.* 36. Clar. *in §. iniuria. versic. item quæro. & in quæst.* 53. *versic. caueant.* licet idem quoque sit, si extra iudicium, cum aliqua tamen causa, dicatur & probetur. Oldrad. *in consil.* 53. Roman. *in consil.* 96. *num* 4. quos sequitur Magon. *d. decisio. Florent.* 25. *numer.* 9. & *illi sub num.* 10. ex traditione Boss. *de iniur. num.* 43 *versic. secundo fallit.* dicit † quam- 34 35

libet causam sufficere ad excusandum ab animo iniuriandi, quantumcunque iniustam. *l. item apud Labeonem. §. si quis Astrologus.* & ibi glossa parua *ff. de iniur.* subdens ibi id esse generale in qualibet materia, vt quælibet causa faciat presumere abesse animũ delinquendi, quod tamen ex limit. Soci. *in consil. 118. li. 1. colum. antepenult. versic. his tamen.* procedit in delictis extraiudicialibus, secus in his, quæ in iudicio committuntur.

36 Et an † iniuriatus possit reproperare iniuriam, puta latronem illum vocando, qui ipsum iniuriãtem, extirpatorem bonorũ vniuersitatis vocauit, *vide Capyc decisio 58.*

Iniuria an & quando etiam quo ad interesse remissa censeatur, denuo an & quando illa eadem sit remittenda breuiloquio attingitur.

CAPVT L.

SVMMARIA.

1 *Iniuria, nunquid comestione, salutatione, osculoque pacis remissa dicatur, & quando.*

2 *Iniuria tacite remissa, nunquid censeantur damna, & expensa ob id resecata, & abolita.*

3 *Iniuria coram confessore remissa, an interesse partis excludat.*

4 *Seruitia qui grata præstitit, iniuriam dicitur habere remissam.*

5 *Remissio an generalibus verbis facta, sit sufficiens.*

6 *Qualitatis personæ, in remissione iniuriæ quo ad interesse & damna est habenda ratio.*

7 *Iniuriam, qui non precum, sed pecuniæ intuitu remittit an infamis efficiatur.*

8 *Prin-*

8 *Princeps, iniuriam coram se ab officiali suo factam remittens, nunquid remissam pariter dicatur inter-esse, remissiue.*
9 *Ex stipulatione an tollatur iniuria.*
10 *Iniuriam propulsare honesto docet modo.*
11 *Iniuria pacto tolli potest.*
12 *Iniuriam, non ex pacto, sed ex contumelia nasci.*
13 *Iniuria quando sit remittenda, & num. 17.*
14 *Iudex, in actione iniuriarum interpellatus negligens ad quod teneatur, & quando.*
15 *Iudex, de negligentia quando redarguatur.*
16 *Statutum Iudici, intra tempus limitatum non terminans quomodo intelligendum.*
17 *Remittenda quando sit iniuria.*
18 *Scandali de causa, iniuria vendicari potest, & quomodo.*
19 *Rancor omnino fugiendus.*
20 *Inhumanum dicitur, non dare locum veniæ.*
21 *Remissionem ab iniuriato impetrans, infamis an efficiatur atq; ob id crimen confiteri videatur.*
22 *Iniuriæ satisfactionē accipere recusans inedia punitur.*

INIVRIA aliquando tacite, interdum expresse remittitur; ideo videre necessarium existimaui, an † scilicet comestione, salutatione, osculoque pacis, remissa intelligatur. Et quamuis multis modis tollatur iniuria, vt habetur *ex glos. in §. hæc actio. Instit. de iniur.* attamen ex prædictis non tollitur iniuria, nisi motu proprio quis id fecerit vt dicit Aret. *in d. §. hæc actio. in princip.* nec alias videtur remissa iniuria præcipue quando iniuriatus, libellum iniurianti transmittit, quo casu ad animum suum iniuriam reuocasse videtur. Hostiens. *in c. olim.*

de iniur. quãdoquidem post talem reuocationem, nisi verbis vel aliter talis iniuria tollitur. Capella Tholos. *quæst.* 234. videas Marc. *quæst.* 943 *par.* 2. Ante tamen libelli porrectionem, salutatione, comestione, & osculatione remittitur, d. Capel. Tholos.
2 *allegatæ quæst.* 234. *in additio.* Qua de re † licet suprascriptis modis ante libelli oblationẽ sublata dicatur iniuria, attamen non iniuriarum actione, iniuriatus, sed pro damnis & expensis agere poterit, arg. *c. ex ore. de his quæ fiunt à maior. par. capit.* Sicul. *in d. cap. cum olim.* quem refert Capel. Tholos. *quæst.* 128. *numero* 10. Et quod in remissione iniuriæ siue tacita, siue expressa, interesse & damna remissa non censeantur & eadem in actione iniuriarum peti possint, siue ciuiliter, siue criminaliter agatur, id dixerunt Franc. Marc. *quæst.* 192. *& quæst.* 193. *part.* 2. *atq;*
3 Mynsinger. *obseruat.* 10. *centur.* 4. Idcirco † per confessionem factam Sacerdoti, non censetur remissa actio iniuriarum quoad interesse: quia iniuriatus per ipsam confessionem, rancorem solummodo dimisisse videtur, Capel. Tholos. *in quæstion.* 127. *in addit.* videas Marcab. *in quæst.* 192. ac Marant. *de ord. iudic. par.* 6. *tit. & peruenitur aliquando per viam inquisitionis. numer.* 88. & Bart. *in l. si tibi. la* 18. §. *quædam. ff. de pact. & in leg.* 11. §. *iniuriarum. ff de iniur.* Quo casu distinguendum est iuxta ea quæ habentur ibid. *in addition. ad Bart. in d.* §. *iniuriarum. in verbo, remittere rancorem.* quod scilicet, aut est facta plena remissio in foro pœnitentiæ, & cum iuramẽto, & ꝓdest in foro iuridiciali, quia potuit Sacerdos pro alio acquirere *l.* 1. §. *ius public. & ibi Bart. ff. de iust. & iur. maxime iuxta not. in l. non solum* §. *liberationis. ff. de liber. leg.* Aut tantum rancor est remissus, & tunc

tunc actio iniuriarum, quæ datur ad pœnam & ad [illegible] ut remissi. Aut dubitatur, & tunc dicitur quod in dubio sufficit, quod alterum remittatur Ioan. Andr. *in addit.* ad Spec. *in §. nunc aliqua. de iniur. [illegible] & glos. in l. 1. ff. ad Syllan.* & Bal. *in l. [illegible] C. [illegible]* dicit † quod per grata seruitia dicitur remissa iniuria, vbi pariter quærit, an † sufficiat remissio verbis generalibus facta, hæc habent ex allegata additione. 4 5

Iterum ex mei sententia distinguendum existimauerim, quod scilicet, † vel iniuriæ remissio fit per nobilem, & diuitem personam, & tunc in dubio censeri, & quoad rancorem, & quoad damna, & interesse factam remissionem, quia si quid maius remittitur circa iniuriam personæ talis nobilis, & diuitis illatam: ergo & etiam quoad damna & interesse argumento à maiori ad minus affirmatiue procedenti. Auth. *multo magis. C. de sacros. eccle. arg. l. si ex toto. ff. de leg.* 1. 6

Si vero talis remissio per pauperem fieret, secus considerarem, quo casu in dubio sufficit, quod alterum remittatur, vt superius deductum iam fuit. Alias enim qui † non precū, sed pecuniæ intuitu lacessitus, remittit iniuriam, infamis efficitur, nisi tamen id authoritate Iudicis fiat, *sic cauetur ex l. furti. §. pactus. ff. de his qui not. infam.* idem innuere videntur Butr. & Bart. *in leg. non damnatis. C. ex quib. cau. infam. irroget.* quos in proposito refert Capel. Tholos. *in quæstio.* 128. *nume.* 10. *& quæst.* 127. *in additio.* Et † an Princeps remittendo iniuriam coram se, officiali suo factam, interesse, remisisse videatur, id explanat Franc. Marc. *quæstio.* 675. 7 8

Tollitur † pariter dissimulatione iniuria, glossa 9

in verbo, dissimulatione. d. §. hac actio. & vt inquit Seneca, quem refert Petr. de Gerard. de Petrasancta *singular. 5. num. quinto.* grauis & boni viri est iniurias despicere, quod tamen puto verum, quoties iniuriati fama taciturnitatem, seu dissimulationem pateretur: quoniam vt supra dictum fuit, crudelis is dicitur qui suam famam negligit: Hartm. *cap. 4.*
10 *& cap. 27 tit. de iniur. lib. primo.* quo casu † iniuriam propulsare licet, dummodo propulsatio honesto detur modo, iuxta illud Senecæ dictum scilicet, maxima culpa est totam culpam persequi, prout quidem egregie se tulit Roglerius, qui à Rodomonte iniuria prouocatus. iuxta Ariosti dictum sub huiusmodi rythmico expressum, ait:

Ruggier à quel parlar dritto leuosse,
E con licenza rispose di Carlo,
Che mentiua egli, e qualonque altero fosse,
Che traditor volesse nominarlo.
Che sempre co'l suo Re cosi portosse,
Che giustamente alcun non puol biasmarlo,
Et era apparecchiato à sostenere,
Che verso lui fe sempre il suo douere.

11 Tollitur † pariter pacto iniuria, quæ per pactu subsequens redintegrari non potest, ad hoc facit text *in leg. si vnus. § pactus ne peteret. versic. sed si pactum. ff de pact.* dum ea ratio ibidem adducitur scilicet,
12 sic † non enim ex pacto nascitur iniuria, sed ex cõtumelia: ad id faciunt ea quæ habentur *ex cap. si illic. 23. quæst. 4.* & alias quando censeatur remissa iniuria, videas Marc. *quæst 943.* & Bal. *in singul.* 141. atq; Capel. Tholos *in d. quæst. 127. in addit.* videas etiam ea

iam ea quæ in subsequenti *cap.* 52. attinguntur, circa remissionis iniuriæ præsumptionem.

Sed pro huius capitis sigillo duo sese offerre videntur, quorum vnum affirmatiuam, alterum vero negatiuam demonstrat orationem.

Primum igitur illud Dominicale dictum proponit dum. s. oramus Dominum nostrum vt nobis dimittat debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, ex quibus deprecatiuis verbis, omnino remissam esse iniuriam, videtur, quod quidem fortius confirmatur ex Euangelico dicto diui Matth. *cap.* 5. *sc.* Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros.

Secundum vero illud Canonis præ se fert *in can. nolo quæst.* 12. quod scilicet is crudelis dicitur, qui famam suam negligit. Vnde primum ad remittendam iniuriam nos inuitat, monet atq; præcipit. Secundum vero ad illam propulsãdam nos hortatur.

Primum esse amplectendum charitas id suadet, cuius contrarium dicitur odium esse, cuius act⁹ est odire vel Deũ, vel nos ipsos, vel proximũ vel corp⁹.

Deum quippe peccatores odio habent, non apprehensum vt summum bonum, quia, vt Dionysius ait, *de diuino verbo, cap.* 4. Omnibus amabile, & diligibile est primum bonum, & pulchrum, sed apprehensum, vt peccatorum prohibitorem, & peccantium punitorem; vellent enim impii, legem ꝓhibentem mala, non esse, vt libere, & impune possent peccare, & id peccatum maximum est, secundum Doctores, sicut charitas Dei virtutum maxima.

Seipsos peccatores odio habent, quia per peccatum animã propriã occidant dicẽte scriptura, os

[illegible] occidit animam [illegible] iniquitatem, odit [illegible]

Proximum autem [illegible] odiunt [illegible] vitia eorum reprehendunt, & veritatem ipsis dicunt, iuxta illud Comici dictum, scil. veritas odium parit, quia vt Saluator noster ait, omnis qui male agit, odit lucem, vt non arguantur opera eius: Aut quia propter eorum bonitatem, malitia eorum magis manifestetur, contraria enim iuxta se opposita magis elucescunt: Aut læsi, aliquando iniuriam dimittere sine vindicta nolunt, & hi in oratione Dominica sibi ipsis iudicium imprecantur, dicentes, dimitte nobis debita nostra &c.

Corpus autem odio habent, qui vel luxuriã, vel crapula, aut immoderata abstinentia inualidum ad sufferendos labores diuini cultus reddunt, hæc per me recitata ad vnguem obseruat Greg Reisch. *de princip. Philosoph. moral. cap. 54.*

Secundum autem, ad repulsandam iniuriã nos inuitat, dum etiam iniuriarum actiones nec contemnendas, ac nec leuis esse momenti, neque impunitas esse prætereundas iura existimarunt,
14 atque sic, vt † Iudex, qui ter à parte interpellatus in actione etiam verbalium iniuriarum procedere negligit, sit puniendus, necnon, & de iniustitia teneatur, quod communiter obseruatum tradit Ludouic. *decis. Lucens. 4. numer.* 52. Quod tamen limitatur non procedere, quando pars non potuisset à Iudice successore idem obtinere, vt puta quando post factas instantias, transactus esset [illegible] dies, quo tempore actioni iniuriarum præscribitur, vt ex mox allegata *decisio. 4. sub numer.*
15 *53. 54. & 55.* cauetur alias Iudex † negligens dici non

[illegible] ,nisi quando coram eo sit *instantia* pro [illegible] iustitiæ. *sin. de rescript.* Gratianus *an* [illegible] *numero octauo vel numer. 6.* dicit [illegible] statutum † imponens pœnam iudici, si non 16
[illegible] causam intra tempus, illud esse intelligendum, quando per eum petatur, alias partis, & non iudicis culpa instantia perire dicitur, sic etiam Grau. [illegible] 220. *numero quinto* .quos etiam sequitur d. Lud. memorata *decis. 4 numer. 49. & 50.* & iudices quicunque intra tempus instantiæ causas non expedientes, pœnam pro qualibet vice, & pro singulo eorum centum aureorum patiuntur, in dominio Mediolani ex nouis Constitutionibus *sub rubr. de offic. & iurisd. diuers. iud.*

Quorum autem conciliationem (saniori sententiæ deditus) distinctionis medio sic desumendam arbitratus fuerim hoc modo, videlicet:

Quod iniuria † inter me & alium solum nemi- 17
ne adstante, si proferatur, eandem remittendam esse.

Si vero publice illa sequatur, & tunc, aut iniurians contra veritatem, quemlibet iniuria afficere solet, & tanquam demens is reputatur, eo namque casu remittere is tenetur, quatenus iniuriatus is dici possit, cum eius fama quo ad audientes atque seipsum inuiolata seruetur.

At si adstantes scandalum patiantur, tunc crediderim simpliciter non esse remittendam, ex allegata traditione, nempe crudelem esse, qui suam negligit famam. Et quod actus clam siue palam sit gestus arbitrio iudicis esse id relinquendum dixit *D.* Menoch. *de arbitr. iud. cas* 194. *numer. 2. centur. 2. libr. 2.* Et pro conclusione non prætermittas ea quæ ex

Digitized by Google

summa Armilla colliguntur, in verbo Iniuria quod scilicet iniurias remittere, quoad effectum animi, quilibet ex Dei præcepto tenetur, quia est Christi præceptum dicentis, dimitte & dimittimini, & sine tali remissione proximus amari non posset, sicut præcipitur in Euangelio. Attamen (ibidem cauetur) zelo iustitiæ, & non liuore vindictæ, iniuriam vendicare licere, vt pro emendatione peccatoris, vel ad cohibendum eum, vel pro pace aliorum, vel pro iustitiæ conseruatione, vel pro honore Dei, vel aliis bonis respectibus, ex diui Thomæ sententia
18 *in quæst. vnica de virtut. et. 2.2. quæst. 25.* & quod † ratione scandali possit iniuria vendicari, habetur ex allegata Sum Armil. *in verbo, Vindicatio.* & ex Gramat. *decis. 16. num.* 21. dummodo tamen cesset quilibet rancor & vindicandi animus, & alias attendi debet Dominicale præceptum, quibuscunque in contrarium existentibus minime attentis. Et quãuis malum appetamus his, quos odio habemus, non tamen in ipso odio persistendum est, nam inueterascens in rancorem conuertetur, qui rãcor
19 † omnino fugiendus Gregor. Reisch. *de princip. phi-*
20 *losoph. moral. cap.* 4 *lib.* 12. Inhumanum † namque est non dare locum veniæ, si iniuriatus, ab iniuriante flagitetur, quod quidem contra fraternam charita-
21 tem dicitur esse, ita † vt sic precibus ab iniuriato impetrans, ne secum iniuria agatur, infamis non efficiatur, nec crimen confiteri videatur, sic Hartm.
22 *cap. fin. de iniur. lib.* 2. & qui † recusat pro iniuria satisfactionem accipere, inedia punitur, *cap. si quis cõtristatus. 95. distinctio.*

An actione iniuriarum, ciuiliter, & criminaliter agi-

agi possit, & quam malum dicatur aliquem afficere iniuria, breuiter astruitur.

CAPVT LI.

SVMMARIA

1 *Iniuriarum actione, an quis ciuiliter, & criminaliter agere possit.*

2 *Iniuriarum in actione, quando procurator interuenire possit, remissiue.*

3 *Actio ciuilis, & criminalis, quando cumulationem recipiant, & an ciuilis criminalem tollat actionem, remissiue.*

4 *Iniuriæ verbalis de causa, ex dispositione Nou. Const. Mediolani quomodo procedatur.*

5 *Linguæ frænum quomodo imponendum.*

6 *Linguæ maledicentis peruersitas coerceri debet.*

7 *Hominis interioris robur, in virtutibus consistat.*

8 *Vita proba, & sufficiens, nedum nobis, sed & aliis fama nostra necessaria esse debet.*

9 *Honesta fama, diuitiis anteponenda est.*

10 *Defectus nostros detegi inhumanum, & iniuriosum dicitur.*

11 *Crimen à Principe remissum alicui obiiciens, an actione iniuriarum teneatur.*

RVRSVS videre necessarium existimaui, an scilicet † actione iniuriarum, ciuiliter, & criminaliter, quis agere possit, & dicas ad iniuriam vindicandam id licere, *ex text. in leg. prætor edixit. § si dicatur. ff. de iniur.* Ideoque *in Compendio. ciuil. super Institut. in corpore textuum, Augustæ Taurinorum, de Anno 1576. impressorum, I. C. Epitomen,* 1

vulgo

vulgo corpus legum appellata. libr. 3. sub tit. de iniur. in §. generaliter iniuria dicitur. in fine. hæc colliguntur, scilicet:

,, Liberum est autem ei, qui iniuriam passus est, ,, & priuato iudicio, iniuriarum æstimationem per- ,, sequi criminaliter, & publico, lege Cornelia ac- ,, cusare. Nunquam enim, plures actiones (præser- ,, tim pœnales) de eadem pecunia concurrentes ,, altera alteram consumit.

Et quod ex qualibet iniuria ciuiliter ad æstimationem, & criminaliter ad condemnationem, ex-
2 tra ordinem agi possit, & † quando procurator interuenire valeat, aperte id text. demonstrat. *in §. in summa. Instit. de iniur.* De hac materia vide Gramat. *decis. 37 . numero vndecimo.* Capel. Tholos. *quæsti. 145. in addition.* Magon. *dec. Lucen. 26.* Andr. Gail. *obseruat.*
3 *65 lib. primo.* sed quādo † cumulari possint hæ duæ actiones, videas Franc. Marc. *quæst. 192. part. 1.* Thessaur. *decis. 18.* & ibi etiam quærit, an ciuilis actio criminalem excludat. Sed quando ciuiliter, vel criminaliter agi dicatur, prospicias Crau. *in cons. 53.* D. Thessaur. *d. decis. 18.* & Hartm. *cap. 3. titul. de iniur. lib. 2.* quos relatiue adducit Arism. Tepat. *var. iur. in tit. de iniur. & famos. libel. notab. 58.*

4 Et pro † iniuria verbali non esse procedendum, nisi ad querelam partis declarant Nouæ Mediolani Constitutiones, *in tit. de accusat. §. inoleuerat. libr. 4.*

Quare caueat quis, ne iniuria tali quempiam afficiat, vt criminalem contra seipsum patiatur intentari actionem, & præcipue quando publica vtilitas suadet, ne talis iniuria sine vindicta feratur,

tur, & illa ratio est secundum Ludou. a Peguer. *in*
*decisionum cap.*13 *numero quinto*. vt scilicet † linguæ 5
frenum, vt equis, & vt gubernaculum naui, ad eam
compescendam, & circumducendam imponatur,
cum aliter illam tanquam inquietum malum, &
plenam veneno mortifero, nullus hominum do-
mare possit. Ideoque ibidem *sub numer.* 6. sequens
Diui Iacobi dictum in epistola Catholica *cap.* 4.
huiusmodi profert scilicet, ne detrahamus alter-
trum, qui enim detrahit, aut qui iudicat fratrem
suum, detrahit legi, & iudicat legem, si autem iu-
dicas legem, non es factor legis, sed Iudex. Hinc est
quod Ouid. in Metamorphos. linguam hominis ve-
nenum significauit, sic dicens:

Pectora felle virent, lingua est suffusa veneno.

Idemque Ouid. Poetice loquens, Tantalum ni-
mis loquacem, siti perpetuæ condemnatum, sub
his versibus repræsentat, videlicet:

Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat
Tantalus, hoc illi garrula lingua dedit.

Quo fit vt linguæ † petulantis atque maledi- 6
centis peruersitas sit coercenda, & vt colligitur ex
D. Peguera *dict. cap.*13. *numer.* 3. sicut lux oculorum
lætificat animam; sic bona fama impinguat ossa [illegible]
est, auget virtutes, in quibus † hominis [illegible]
consistit robur; [illegible] quam robur [illegible]
in omnibus Ecclesiast. *cap.* 3. Hinc est, quod [illegible]
nobis proba vita sufficiens, sed & aliis [illegible] nostra
necessaria esse debet. c. *nõ sunt audiendi.* 11 *quæst.* 3. ita
vt [illegible] sit, vt non solum, ne in crimen,
sed etiam ne in criminis, vel notæ opprobrii suspi-
cionem

9 tionem incidamus, vt potius † honestæ famæ, quã diuitiarum sit curandum, *iuxta illud Prouerb. cap. 22.* melius est scilicet bonum nomẽ, quam diuitię multæ. & ex Ecclesiast. *cap. 7.* melius bonum nomen, quam vnguenta preciosa. Neque alicui licet iniuri-
10 am inferre, etiam quod verum diceret, quia † defectus nostros detegi inhumanum atque iniuriosum est *l. 2. C. quan. & quib. quar. pars. libr.* 10. atq; Ro-
11 man. *in cons. 96. num. 2.* & crimen † de quo princeps gratiam fecerat, alicui obiiciens, iniuriarum actione tenetur. Crau. *in cons* 168.

Iniuriarum actio, an & quando perpetua detur, & an remissio præsumpta quandoque consideretur, id in medium, eleganti doctrina traditum reperitur.

CAPVT LII.

SVMMARIA.

1 *Actio iniuriarum, an & quando perpetua, atq; temporalis esse dicatur.*

2 *Ciuilis actio, ex crimine puniendo ex lege Cornelia, in quibus casibus perpetuo detur, & num. 14.*

3 *Verbalium iniuriarum actio, an post annum admittatur, num. 16.*

4 *Iniuriarum actio, quo tempore tollatur.*

5 *Iniuriam alicui factam sciens, & tacens, illam remittere an videatur, & num. 7.*

6 *Mulier, quando ob adulterium, & stuprum secutum ignorante, aut sciente, aut dubitante viro dotem amittat, remissiue.*

7 *Remissa nunquid dicatur iniuria, per partis scientis taciturnitatem.*

8 *Animus*

8 *Animus quid occultum, & latens dicitur esse & quomodo dignoscatur.*

9 *Animus intrinsecus, per testes an probari possit.*

10 *Extrinseca ea quæ sunt, quomodo cognoscantur.*

11 *Iniuria alicui illata, an infamiam tribuat.*

12 *Remissum an quid dicatur, quoties infra debitum tempus quis quod habere debet non petat.*

13 *Ciuilis & naturalis obligatio, an præscriptione tollantur, rem ssiue.*

14 *Actio iniuriarum perpetua datur, in casibus vapulationis, percussionis, & domus introitus.*

15 *Actio iniuriarum prætoria, an & quando perpetuetur.*

16 *Verbalis iniuriæ per scripturam illatæ an perpetuetur actio.*

17 *Protestatio quid sit.*

18 *Protestatio, quando ius protestantis conseruet.*

INTVEAMVR igitur, quando † scilicet perpetua & quando temporalis iniuriarum concedatur actio. Quam quidem quæstionem ad vnguem obseruatã vidi ex Capel. Thol. *quæst.* 127. *in addit.* & ibi infrascripta colliguntur, quod scilicet in actione iniuriarum præterea nõ admittitur agens post annum continuum, inchoandum, vel computandũ à tẽpore irrogatæ iniuriæ, nisi prius fuerit lis contestata, secundum D D de Rota *dec.* 244. Ciuilis † aũt actio, q̃ deſcẽdit, quando crimen punitur per legẽ Cornel. ꝓ quidem crimen in tribus casibus consideratur, *vt ex text in l. lex Cornelia. ff. de iniur.* scil. cum quis fuerit vapulatus: aut & percussus, aut domus eius introita, est perpetua sicut aliæ actiones *l. g secund. Codic. de constitut. pecun.* sic etiam approbarunt, & seu deduxerunt Odofr. Iacob. de Ra-

1 2

de Rauen. Cyn. Bal. Io. Fabr. & Salicet. *in leg. si non conuicii. C. de iniur.* vbi Doct. antedicti, sic semper seruatum fuisse attestantur, licet Io. Andr. *in addition.* ad Spec. *in tit. de iniur.* §. 1. *col.* 3. *contrarium dicat.* Hæc pariter aperta ꝑspexi, ex Rot. *decis. 2. aliàs* 240.
3 sub *titul. de iniur. in nō.* & ibi clare colligitur, † quod pro iniuriis verbalibus agens, siue actionem intentans post annum continuum (vt eo loci *in addit. cauetur,*) non admittitur, nisi infra annum à die irro-
4 gatæ iniuriæ, computandum, nisi fuerit lis contestata, ratio ea est, quia † per lapsũ anni tollitur hæc actio, ex text. *in d. l. si non conuicii C. de iniur.* quo casu per dissimulationem sublata dicitur, ex quo tanto tempore quis tacuit ad ea quæ habentur, & ex
5 Io. Andr. & Hostien. *in c. cum re. de re iud.* Ideoq; iniuriam † sibi illatam sciens, & tacens illam re-
6 misisse videtur Ozalch. *decis.* 77. *num.* 36. Boer. *decis.* 338. *num.* 7. dum disputat, an & quando † propter adulterium commissum, & stuprum secutum, ignorante, aut sciente, aut dubitãte viro, mulier dotem amittat.

7 Attamen quod † sciens cũ taciturnitate remittat iniuriam simpliciter, (rectiori suppositus iudicio) id non esse intelligendum existimauerim, sed tunc demum procedere intellexerim, quando perspicuis coniecturis animus remittentis iniuriam dignoscitur, quia (vt vulgo fertur) omne animal, suum in se retinet venenum; ita vt quandoq; pauperem à diuite, & aliquem à potentiore iniuriatum videamus, & is iniuriatus, ob virium inæqualitatem, & iudicialiter agere, & extraiudicialiter dictam iniuriam repulsare timet, iniuriam tamen sibi illatam intrinsecus retinet, proindeq; sæpe numero

mero, abiectum per aliquid etiam longum temporis interuallum, opportuno sibi eueniente tempore contra diuitem, seu potentiorem vindicare prospeximus, vt multoties etiam indies circa huiusmodi sese propalent exempla. Hinc succedit illud Catonis dictum, scilicet:

Insipiens esto cum tempus postulat aut res,
Stultitiam simulare loco prudentia summa est.

Vnde suscepit illud antiquum dictum, scilicet: *Chi ne fa ne aspetti.* Idcirco nō minus eleganter, quā prudenter scripsit integerrimus patritius Papiensis D. Io Baptista Olleuanus olim in ciuitate Papiæ Academicus, in suo Tractatu quinquaginta casuū in quibus modum reducendi, ad pacem quamlibet priuatam inimicitiam recenset, *Cas. 9. num. 6.* illud Poetæ dictum refert, scilicet:

Ch' à ritrouar si vanno
Gl' huomini spesso, e monti fermi stanno.

Quæ quidem per me deducta propositio hoc modo probatur, videlicet, Animus est † quid ocul- 8
tum, & latens, nec potest aliter quam per extrinseca percipi. *l. quadam in suo. ff. de condit. instit. glos. in l. his qui. ff. de tut. & cur. dat. ab his.* glos. *in l. 2 ff. de interrogat. action.* Marsil. *in cons. 96 numero secundo.* Rolan. à Valle *in cons. 11. num. 12. libro tertio.* & qui † intrin-
secus animus per testes probari non potest, iuxta 9
doctrinam Innoc. *in c. super hoc. de renunc.* quem refert & sequitur Bal. *in l. si quis filio. §. eius qui ff. de iniust. irrit. fact. testam.* At † extrinseca altero de duobus 10
modis cognoscuntur, verbis videlicet, aut facto Spec. *in tit. de succes. ab intest §. sic potes. versic. pone, quidam se abstinuit. nu. 4.* text. & ibi Bald. atq; D D. *in l. re-*

 prehen-

Digitized by Google

prebendēda.C.*de instit.& substit*.Robert.Marant.*in l. is potest.numer*.42 *ff.de acquiren.hered* Oldr.*in cons*.53.*col*. 2.Alex.*cons*.1.*numer*.19.*vol*.3.Roman.*in cons*.96.*num*. 2.Crau.*in cons*.150.*nu*. 4.Simon. de Præt.*cons*. 142. *numer*.13.*& in cons*.149.*nu*. 11. quos omnes fideliter retulit Magon. *decis. Lucen. 26. in addition in littera B. ibi verborum & actionum.* Vnde si ex dictis duobus modis alterum concurrat, iniuriæ tunc renunciatum dici existimauerim, sed quando illorum neutrum extat aliter sentirem, rationib⁹ pro me deductis, nisi forte diceres illud procedere quoad repellendum iniuriatum post annum ab actione iniuri-
11 arum à iure datum, ꝑpter † odiositatē iniuriæ, per illam enim quis infamatur.*l. Athletas*.§.*fin.ff.de his qui not.infam.c.cum te.de re iud*.quia post annum qui currit etiam ignoranti dummodo actio competat, tam pro iniuria facta præsenti, quam absenti, vt colligitur ex Rot.*d. decisio. 2. alias* 240. *numero* 3. *de minorib.& damno dat.in nou*.& qui iniuriarum etiam verbalium habet actionem, tacendo, neque agendo, tacite omnem actionem & contumeliam re-
12 mittere videtur, sicuti idem consideratur † in eo qui infra debitum tempus non petit quod habere debet, ius suum remittere cēsetur *l.si ego.circa finem. ff. de negot. gest.* & quod quis non petendo infra tempus, factum fecisse videatur, notat Dyn. *in l. vbicunque.ff.de fideiuss*. Ideo iniuriatus infra annum agere curet, quia iuris præsumptio insurgit, vt scilicet per scientiam, & taciturnitatem anni ex tacita remissione, & ex tacito partis pacto, omnis actio & obligatio per lapsum antedictum extincta dicatur,
13 vt supra, & an ciuilis † & naturalis obligatio ꝑscriptione tollantur, videas Rot.*d.decis*.2.*nu*.4.

Pro

Pro conclusione ideo dicas, quod † in casibus 14
vapulationis, percussionis, & domus introitus, perpetua datur actio, non obstantibus iis quæ in contrarium deduxit Io. Andr. *in addition.* ad Spec. *in* §. 1. *col. 3. tit. de iniur.* vt cauetur ex sæpius memorata Rotæ *decis. 2. num.* 1. & quod communis sit conclusio & verior opinio quod scilicet actio, quæ ex lege Cornelia descendit, perpetua, non autem temporalis dicatur, id authoritate quam plurimorum defendit Boer. *decis.* 289. *n.* 12. in fine, alias regulariter actio verbalium iniuriarum, anni vnius & diei tempore præscribitur. Boss. *tit. de iniur. num.* 23. & Dec. vbi pariter de communi attestatur, *in cons.* 102. *nu.* 19. *insert. in* 1. *tom. magn. impress. diuers. consil. crimin.* quem sequitur Ioseph. Ludou. *decis. Lucen.* 4. *num.* 55.
Et licet † actio iniuriarum prætoria, quæ finitur 15
anno, per litis contestationem perpetuetur, attamen non perpetuatim conceditur, quando quis nulliter egit Capel. Tholos. *d. quæst.* 127.

Illud tamen notatu dignum animaduertas, prędicta procedere in actione iniuriarum, quæ verbotenus & non in scriptura proferuntur, quia & † si 16
iniuria illata per scripturam, verbalis & non realis dicatur, vt dixit Lud. Ponta. *in cons.* 378. quem refert Capel. Tholos. *d. quæst.* 127. *in addition. num.* 9. attamen in scriptis illata non tollitur anno, quia scriptura semper loquitur. Andr. Gail. *obser.* 103.

Nec obstat etiam si diceretur perpetuari actionem iniuriarum verbalium, quando quis iudicialiter protestatur, vt si quandoq; in futurum iniuriatus, iniuriam verificare contingat, ex eo quod de præsenti careat verificatione, non intendit ẽt lapso anno & die remittere iniuriam, & ex qua pre-

ſtatione, quæ declaratio voluntatis dicitur eſſe, & quæ conſeruat ius proteſtantis Petr. Benintend. *deciſ.* 72. Guid. Pap. *quæſt.* 55. remiſſa non dicatur igitur iniuria, & licet quid fumi habeat, talis dictæ pro-
18 teſtationis actus, nihilominus ꝓteſtatio † tūc demū ius ꝓteſtantis conſeruat, quando tale ius futurum eſt poſſibile exerceri p ipſum proteſtantē, ſeu cōſiſtit in voluntate ipſiꝰ proteſtantis: ſecus ſi impoſſibile, quia tunc talis proteſtatio non valet, nec conſeruat ius futurum Guid Pap. *quæſt.* 172. Sed hoc caſu, ex lege, anno præſcribitur huiuſmodi actio, ita vt poſt annum quis agere non poſſit, *vt cauetur ex d. l. ſi non conuicii. C. de iniur.* ideoque lex reſiſtat: igitur nimirum ſi talis proteſtatio reddatur inanis; Tu tamen maturius delibera.

An & quando quis, & quanti iniuriarum actionē æſtimet, punctualiter ſignificatur.

CAPVT LIII.

SVMMARIA.

Iniuriarum actio quomodo æſtimetur.

2 *Iniuriarum æſtimatio, legitimis deficiētibus probationibus à Iudice quomodo ſit conſideranda.*

3 *Taxationem, an præcedat Iuramentum.*

4 *Taxatio duplex conſideratur.*

5 *Iudex in taxatione facienda quomodo ſe habere debeat.*

6 *Lucri ceſſantis, & damni emergentis intereſſe, an & quando creditori debeatur, quomodo vero probetur, illiusque taxatio qualiter facienda ſit; remiſſiue demonſtratur.*

Digitized by Google

RVrsvs non omitto illud, dum quæritur, an & † quando quis, & quanti iniuriarum actionem æstimet. Quocirca Aret. *in §. pœna autem. num. 2. Instit. de iniur.* dicit, quod in actione iniuriarum pars æstimat pro quanto illud pati non voluisset, cum iuramento dicens, citius tantum damnum pati voluisse, quam quod talis sibi fuisset illata iniuria. Quo facto, Iudex illam quantitatem taxabit, postmodum iuxta taxationem, pars cōdemnationem instabit, ex doctr. Bart. *in l. iniuriarum. ff. de iniur.* Item Aret. *in tract. maleficiorum. in versic. nec ad querelam infrascripti* Titii. & ibi glos. nec omittas ea, quæ colliguntur ex Spec. *in rubr. de iniur. numer. 6. cum seq. & ibi pariter glos.* 1

Sed quoties † iniuriarum æstimatio, legitimas probationes habere non potest, quomodo Iudex se habere debeat; & eo casu dicas, quod Iudex, primo consideratis omnibus qualitatibus & circumstantiis, quæ huiuscemodi æstimationem augere vel minuere possunt eius arbitrio dictæ iniuriæ æstimationem, seu certam quantitatem taxabit, & non vltra pars per suum iuramentum huiusmodi æstimationem declaret, & post dictam taxationem, pars in ipsa quantitate taxata cōdemnabitur, sic colligitur ex Rot. *dec. 1. alias* 152. *in tit. de iniur. in nou. & in dec.* 4. *alias* 486. melius exploratur articul⁹ iste, & ibi cauetur, quod si pars agens æstimationem probare intendit, qualitates ex quibus æstimatio suum incrementum recipere pōt, ostendere debet: Et ibi distinguendo explanatur articulus ille, an † scilicet iuramentum præcedat taxationem, & optima ratione eo loci hæc habentur scilicet, ex hodierna practica, quod taxatio fit post 2 3

4 iuramentum, dum † duplicem taxationem considerari necesse ostenditur, quarum vna est ea, quæ vim pronunciationis non habet, nec pariter re vera vim ipsius declarationis faciendæ retinet, sed solum quandam vim limitationis iuramenti ipsius per partem præstandi, & hæc iuramentum præcedere debet, quia præter istam iurare nō licet. Alia vero est quæ vim condemnationis habet, & hæc est quæ fit post iuramentum, & de qua quidem, quin post iuramētum fieri possit minime est inficiandum, nisi prima taxatio per iudicem remoueretur, quod tamen intelligendum ibi dicitur, quoties ex causa in minori quantitate fieri deberet ipsa condemnatio. Sic colligitur ex Rota *dicta decis.* 4 *& solutione æstimationis, actio iniuriarum tollitur.* Gail. *obseruat.* 103. *lib.* 2.

5 Aduertat † tamen Iudex quod quamuis aliquis circa æstimationem iniuriæ protestatus fuerit, se potius oculum perdidisse, quam talem iniuriam fuisse passum, iuxta deductum, condemnare non debet, & si glos. *in l. illicitas. §. illicitas. ff. de offic. præsid.* dicat, quod homo carum porcellum, vt oculum habet, ex quo secundum Angel. ibidem sumitur Prouerbium, scilicet: *Tanto l' è caro il porco al vile, quanto al Marchese la Marcha*, quem sequitur Boer. *in cons.* 4. *num.* 42. & etiam colligitur ex additione ibi posita in litera M.

Item circa iniuriæ æstimationem, nonnulla scitu digna scripsit Marant. *de ord. iud. part.* 4. *distin.* 1. *n.* 6.

6 Et lucri namque cessantis, † & damni emergentis interesse, an & quando creditori debeatur, & quomodo probetur, & quod interesse taxatio arbitrio iudicis relinquatur? ad vnguem obseruat

D. Me-

D. Menoch. *de arbitr. iud. in addit. ad librum secundum. cas. 119.*

Vni ex Collegio subdito, & vni ex familia irrogata iniuria, an Collegio, Domino, aut familiæ iniuriarum detur actio.

CAPVT LIV.

Svmmaria.

1 *Iniuria vni de Collegio & subdito irrogata, an collegium & dominum tangat.*

2 *Iniuriatus vnus ex familia, an ob talem iniuriam, omnibus de familia detur iniuriarum actio.*

3 *Iniuria Magistratui, vel Officiali, siue Doctori non officii, sed personæ & inimicitiæ præcedentis de causa irrogata quomodo punienda.*

4 *Iniuriarum actio, iis qui ex familia sunt, quando, & quomodo competat actio.*

Sicco pede prætereundam non duxi quæstionem illam quotidianam, an scilicet iniuria illata vni ex collegio cẽseatur facta ipsi collegio, ita vt Collegio detur actio contra iniuriantem, item an sit considerandum in subdito iniuriato, ad hoc vt dominus subditi iniuriam vindicare possit, & demum, an vni de familia irrogata iniuria, totam familiam tangat, & an familiæ tunc ex tali iniuria, contra iniuriantem competat actio.

Quo igitur ad primum † & secundum caput eisdem clare respondit Guid. Pap. *decis. Grationopolit. 464. & ibi apostilla.* vbi breuiter colligitur, quod scilicet, aut iniuria alicui illata, particulariter infer- 1

tur,& solum iniuriatum tangit, & tunc neq; Collegio, neque domino talis iniuriarum competit actio; quia alias & si facta sit iniuria vni de collegio, vel subdito in contumeliam, & contemptum ipsius Collegii vel domini, vtiq; huiusmodi actio con-
2 ceditur, quod sane dictum quod scilicet † iniuria facta vni de familia, totam familiam tangat, limitatum repręsentat Felin. *in c. cũ quadam col. fin. de iureiur.* Sylu. nupt. *in titu. non est nuben. numero* 78. *lib.* 1. Ad id
3 facit illud videlicet † quod iniuria facta Magistratui, vel Officiali siue Doctori, non ratione officii sed ratione personæ, & seu inimicitiæ particularis præcedentis, arbitrio iudicis extra ordinem sit punienda, prout egregie considerauit D. Menoch. *de arbitr. iud. cas.* 263. *nu.* 10. 11. 17. *&* 19. *centur.* 3. *libr.* 2. Et ideo præter adducta per Lud. à Peguer. *in suis decis. crim. cap.* 13. *num.* 14. & per Franc Marc. *in quæst* 674. *nu.* 4. non ab re circa huiusmodi articulum, an scilicet † quando, & quomodo actio iniuriarum, iis,
4 qui sunt ex familia, competat, non omittere sum arbitratus, ea quæ tum eleganter, tum prudenter scripsit Annænius Robertus Aurelius *in sua rer. iudic. editione* 4. sub huiusmodi conceptis verbis, videlicet:

„ Mæuius & Titia rixantes, multis conuiciis se se „ vicissim lacessunt, inter alia conuicia dixit Titia; „ Mæuium improbum esse, ac leprosum, & esse le- „ prosam omnem eius progeniem & familiam, „ quod conuiciandi & maledicẽdi genus, mulieri- „ bus, & triuio frequens est. Propinqui Mæuii in- „ iuriarum agunt, & totius familiæ interesse dicũt, „ ne lepræ conuicium inultum & impunitum ma- „ neat.

PRO

Digitized by Google

Pro Titia. Lubricum linguæ fœminis cōdonari iuris æquitas, & muliebris petulantiæ ratio postulat, est enim genus mulierum (vt ait Aristot.) *φιλολοίδορον καὶ μεμψίμοιρον*, id est, procax, cōuitiis gaudens, maledicum, & querulum *lib. 9. histor. anim.* quisquis ergo rixas muliebres, ac fœminarū conuicia, qui mulieris est suppellex, (inquit Plautus) curiose adeo inquirere, & coercere voluerit, pugnet cum natura, & insitam mulierib. linguæ intemperantiam tollat. *φιλόψογον γὰρ χρῆμα θηλειῶν γένος*, dicax & cauillatoria res est fœminarū genus. Si Euripidi credimus in Phrenissis: magni animi est iniuriarum despicere, at fœminarū maledictas contumelias *καὶ γλωσσαλγίας*, loquacitatem, & linguę morbos in cognitionem vocare hominis est litigiosi, omne inualidum natura querulum est, ait Seneca *lib. 1. de ira. cap. 14.* Vnde non mirum quęrulas esse mulieres & contumeliosas Claudia, nouo iure iudicium maiestatis apud populum subiit, quod in fauorem populo Rom. vocem cum voto emisisset. Sueton. *in Tyberio cap. 2.* At contumeliosas mulierum voces, quæ non publicas sed priuatorum iniurias spectant, si liceat passim iudicio vindicare, vix omnia omnium iudicum tribunalia istis causis sufficiāt. Contumelia (inquit Seneca) & minor iniuria, quam quæri magis, quam exequi possumus, quā leges quoque nulla dignam vindicta putauerūt. Seneca dixit in sapientem non cadere iniuriam. Non nos parentum fusus sanguis inflammat, non grauiter vrit occupata prouincia, adhuc de verbis parua contentio est. Cassiador. *lib. 3. Epist. 1.* apud Liuium legati Rodii superbiam verborum

„ præsertim iracundi oderunt; prudentes irrident
„ capitali pœna, nemo vnquam dignam iudicauit.
„ Liuius *lib.*45. In hac etiam controuersia duo spe-
„ ctari oportet, vnum est, Titiam maledictis & pro-
„ bris à Mæuio prius lacessitam fuisse. Difficile est
„ (inquit I.C.) iustum dolorem temperare *l. si adul-*
„ *terium.* §. *Imperator. ff ad legem Iul. de adult.* & si quid
„ inconsideratius maledixit, conuiciis & contume-
„ liis prouocata excusari debet. Mæuius iniuriarũ
„ non agit quia mutua iniuriarum, & conuiciorum
„ compensatio agentem repelleret. Aequum ne est
„ propinquos, qui presentes non aderant, & de qui-
„ bus cogitatum non fuit admitti? Alterum illud
„ spectari debet, iniuriarum actiones ei tantum,
„ qui læsus est competere, cæteris propinquis aut
„ coniunctis personis excepto patre & marito eas
„ à lege non indulgeri, imo etiam patri, non qui-
„ dem ipsa legis Corneliæ actio, sed prætoria tan-
„ tum competit *l. lex Cornelia.* §. *illud quæritur.* & *l. non*
„ *solum.* § *si mandatum. ff. de iniur.*

„ PRO MAEVII Propinquis.

„ Actiones nec contemnendæ, nec leuis sunt
„ momenti; Isocrates elegãter, εὑρήσετε τὰς μὲν ἄλλας
„ ἀδικίας μέρος τι τοῦ βίου βλαπτούσας, τὴν δὲ ὕβριν ὅλοις
„ τοῖς πράγμασι λυμαινομένην, inuenietis alias quidẽ
„ iniurias partem aliquam vitæ offendere, contu-
„ meliam vero omnes actiones vitiare & corrum-
„ pere. Socrates in Orat. contra Lochitan Vete-
„ rem, qui permittit, iniuriam nouam prouocat: a-
„ pud Gellium Neratius, illa obuios lubens cede-
„ bat, quod præstatione 25. Aſſium, liberatus tã faci-
„ li impunitate gauderet Gellius *lib.* 10. *cap.* 2. eadẽ
„ ratione, si mulierem istam queruiam & cõtume-
liosam,

liosam,&ad maledicta pronam,iudices sine mul- "
cta,& impunitam dimittant, hoc erat fœminis "
petulantis ingenii,animos addere,&ex stulta,in- "
sanam efficere,neq; enim sola,factam iniuriã pœ- "
nitentia in criminibus excusat.*leg.qui ea mente.ff.de* "
furt.&(vt ait Comicus)qui post factã iniuriam se "
expurgat,parũ mihi prosit.Terent.in Hecyra *act.* "
5.*Scen.1.Inst. nouell.77.* αἱ καὶ ἀνθρώπων γινόμεναι "
βλασφημίαι ἀνεκδίκητοι ὂν καὶ ἀπολιμπάνονται, Ob- "
trectationes hominibus factę non relinquuntur "
inultæ. "

Testatur Demosthenes Athenis fuisse, νόμον "
βλάβης καὶ ὕβρεως,damni & contumeliæ legem. "
Quæ actio popularis erat Demosthenes contra "
Midiam Solon. κακῶς λέγειν ἐκώλυσεν, maledice- "
re prohibuit additis mulctarum pœnis.Plutarch⁹ "
in Solone,neq; enim magistratus ferre debet bo- "
norum famam conuiciis lædi *d.l. item apud Labeo-* "
nem,§.1 *ff.de iniur.* & actiones istæ magis contu- "
melię & doloris, quam pecuniæ persecutionem "
habent *l.2.§.emancipatus.ff.de collat.bõ.*(etenim qui "
conscientiæ confidens,famæ maledicta negligit, "
crudelis est,inquit diu.August. *can.nolo* 12.*quæst.*1. "
At vero iniuriarũ actiones,omnib.quos iniuria tã "
git,lex,indulgeri & cõcedi voluit,qđ n. refert,tibi "
vel tuis facta sit iniuria,& nec lex dicit tua,an tu- "
orum causa agitur? *l.1.§ item diuus.ff ad legẽ Cornel.* "
de sicar.l.heres meus §.*vltimo.ff.de condit.& demõstrat.* "
Si cũ in publicis iudiciis prohibetur aliquis tres, "
pluresue reos simul accusare, hæc tamẽ exceptio "
additur,nisi suas suorũq; iniurias,quis pſequatur "
le.cum rationibus. Codic. de his qui accus. non possunt. l. "
12.*ff.de accusat.* Nos enim cognatorum iniu- "
riæ tangunt, & ad nostrum dolorem pertinent, "

Digitized by Google

,,*l.prima.in fine. & leg.2.ff. de liber.cau.* Quid enim a-
,,trocius esse potest, quam quod Titia palam publi-
,,ceque conuiciando Mæuium, omnemque eius
,,familiam, & propinquos lepræ tabe infectos, &
,,inquinatos exprobrauit, ἐστι γὰρ ὕϐρεις, (vt ait Ari.8.)
,,τὸ βλάπτειν ἢ λυπεῖν εἰρ' οἷς αἰσχύνη ἐστὶ τῷ πάσχοντι.
,,Est n. contumelia, nocere & dolore afficere qui
,,pudori est illi, qui patitur, *lib.2 Rethor.ad Theodect.*
,,*cap.2.* Itaque cognati, & propinqui, non alienam,
,,sed suam ipsorum iniuriam vindicant, graue sane
,,est intolerandum, lepra morbus est gentilis, cu-
,,ius probrum familiam omnem contigit omni-
,,umque qui ex familia sunt interest labem illam
,,& maledicti huius suspicionẽ in iudicio purgari.
,, SENATVS nec muliebrem petulantiam im-
,,punitam dimisit, neque etiam iniuriã verbo factã,
,,& muliebris linguæ intemperãtia leuiter emissã,
,,graui mulcta, aut animaduersione dignam cẽsu-
,,it. Itaque Arresto hæc fuit Titiæ damnatio, vt pu-
,,blice in iudicio, præsentibus Mæuii propinquis,
,,profiteretur, & agnosceret familiam Mæuii, ab
,,hac labe, & omni lepræ suspicione alienam, &
,,nolle se dictam, si quid familiæ illius honorem
,,læderet. *Aristi done à la Tournelle le vendredi,*
,,*12.de Ianuer.*1582. frequentes sunt actiones iniu-
,,riarum, vsitata est & ordinaria condemnationum
,,in talibus iudiciis formula, si quid atrocius sit
,,grauiori pœna vindicatur. Sed si de conuiciis, aut
,,leuib⁹ cõtumeliis, & maledictis agatur, ordinaria
,,est & solita hęc pronũciandi forma, vt reus, acto-
,,rem virum probũ esse, & indignum iniuria publi-
,,ce prouideatur. Hoc autẽ ab antiquo iure repeti-
,,tũ videtur, nã in leuibus iniuriis, satis erat dicere,
nol-

Digitized by Google

nollem factũ: in grauioribus addebatur hæc formula; Ideo te esse hac indignũ iniuria, atq; adiuret insuper nolle esse dicta, quæ in me insontem protulit Plautus in Amphitrione apud Terent. *in Adelph. act. 2. scen. 1. apud Liuium.* Cum Locrenses delegato Plemiorio expostularent, hęc fuit. Quinti Fabii sententia, vt Locrensibus ita satisfieret, quias iniurias sibi factas quererentur neque Senatum, neque Populum Romanum factas velle: Viros bonos, sociosque & amicos eos appellari. *Liuius lib. 29.* His apparet solemnem istum fuisse apud veteres expurgandæ iniuriam morem, qui nunc & in Senatu, cum de conuiciis, & maledictis agitur, frequenter vsurpari solet.

Et circa quæstionem propositam an scilicet & quando iniuria vni facta, coniunctis irrogata dicatur, videas ea quæ in medium egregie attulit atque prudentissime scripsit D. Menoch. *de arbitr. iud. cas. 262. centur. 3. lib 2.*

Iniuriarũ pœnæ distinguuntur, & an in scriptis redacta iniuria maioris inflictionis sit digna quam verbotenus irrogata, hoc breuiter demonstratur, an deniq; remittenda iniuria, iuris & doctrinæ Iodoci medio apertum id traditur.

CAPVT LV.

SVMMARIA.

1 *Iniuriarum actiones impunitas non esse prætereundas.*

2 *Verbalis etiam iniuria pœnam meretur.*

3 *Iniuriarum pœnas, à iure definitas vt plurimum non reperiri.*

4 Iniu-

4 *Iniuriarum pœna ex Hermogenis sententia, quomodo alicui infligentur.*

5 *Magistratum verberans, vel Pretorem contumeliis afficiens quibus subiiciatur pœnis.*

6 *Iudicis arbitrium circa pœnas dandas quomodo extẽdere se debeat.*

7 *Iniuriantis cuiusdam, in concilio Cathaloniæ damnati datur exemplum.*

8 *Verbalis iniuriæ emenda qualis esse debeat, remissiue.*

9 *Iniuriarum pœna ex forma statutorum, & ordinum, siue iuris municipalis, vt plurimum indicantur.*

10 *Doctorem atq; Causidicum de Collegio ex causa prouueniente ab exercitio muneris Doctoratus atq; patrocinii iniurians quomodo ex N. C. Mediolani puniatur.*

11 *Prouocatus, prouocanti qui facit iniuriam, an iniuriarum actione teneatur.*

12 *Mentitus, quando iniuria dicatur affectus.*

13 *Iniuria, dolo deficiente, non infertur.*

14 *Culpa lata, in materia iniuriarum an sufficiat.*

15 *Iniuria facto irrogata, quomodo punienda, & qualiter formandus sit libellus, remissiue.*

16 *Iniuriarum libellus, loco & tempore carens, an sit admittendus, & quid continere debeat.*

17 *Pœna, in actione iniuriarum cuinam applicetur, remissiue.*

18 *Pœna tunc maior est imponenda, quando per minorem maiori infertur.*

19 *Cornutus is qui fuit ab aliquo nuncupatus, an impune absque iudicis aditione talem iniuriam vlcisci possit. remissiue.*

20 *Iniuriarum pœnas, iudicis arbitrio esse reliquendas.*

21 *Iniuria mutua compensatione an tollatur, remissiue.*

22 Iniu-

22 *Iniuria, quæ viua voce infertur, an eandem pœnam quam illa quæ in scriptis profertur mereatur.*
23 *Paria dicuntur, quidquam siue in voce, siue in scriptis, vel per nuncium proferre.*
24 *Iniuriæ verbalis, & scripturalis pœna quomodo considerãda.*
25 *Factum permanens magis, quam transiens existimari debet.*
26 *Vox viua interdum scripturæ præferri, & quando.*
27 *Iniuriæ nobis nostrisque irrogatæ patienter toleranda.*
28 *Iustus patienter iniurias tolerans cœlestem coronam meretur.*
29 *Iniuriam dimittere, species eleemosynæ dicitur esse.*
30 *Iniuriam an remittere teneamur, remissiue.*
31 *Iniuriatus, quomodo à diffamatione siue præterita, siue futura se eximere possit.*

SVPERVACANEVM tandem esse non putaui, iniuriarum pœnas † memorari, quia actiones iniuriarũ. nec contẽnendæ, nec leuis sunt momẽti; ideo impunitas iniurias non esse p̃tereundas iura existimarunt, quod † & à Rhotario Rege in legib. Lõgobardorũ, *& in l. Salica*, atq; à Theodorico Gothorum Rege, pœnam statutam atq; impositam legimus, etiam quod iniuria verbalis dicatur, vt late attestatur Gregor. *in Syntagm. iuris vniuersi. lib.* 38. *cap.* 8. *numer.* 10 *cum seqq.* quem sequitur Ludouic. à Peguer. *in decisio. crimin. cap.* 13. *num.* 17. 1 2

Sed † cum iniuriarum pœnæ in iure definitæ, vt plurimum non reperiantur: idcirco vt supra dictũ fuit *in cap.* 49. *num.* 19. iudicis arbitrio id relinquendum esse dixerunt iam diu memorati Authores. 3

4 Qua † de re Hermogenes *in leg fin.ff.de iniur.* refert, quod si serui sunt, iniuriam inferentes, flagellis cæsi dominis restituuntur. Si vero liberi, & viles personæ, fustibus subiiciuntur. Cæteri vero vel exilio temporali, vel interdictione rei certæ coercentur: & Demosthenes, quẽ sequitur memoratus Pe-
5 guera loco de quo supra tradit, † verberantẽ Magistratum, vel Prætorem contumeliis afficientem, iniuriæ publicæ, veluti Ciuitatis, si priuatum, pri-
6 uato agẽte, priuatæ iniuriæ reum esse, † & ideo (inquit ibidem repetit. Peguer.) in his Iudicis arbitrium exhibendũ, vt sic ex personis, & loco, & grauitate iniuriæ patientisque dignitate, pro pœna infligenda arbitrari possit, an atrox vel leuis sit iniuria. Idem sentit D. Præses Menoch. *de arbitr. iud. cas.* 263.
7 Qua de re † in Concilio Cathaloniæ, in causa cuiusdam Simeonis Oliueres, iniuriatum contra Andream Carbon, qui dixerat aduersus dictum Simeonem, in præsentia procerum, & aliorum confratrũ opposuerat, illum non potuisse ad officium collectoris eligi, ex eo quod Iudæus erat, & ex genere seu prosapia Iudæorum natus, & hoc in dicto in aliis locis seu partibus dictæ Ciuitatis, conuiciose & animo atque proposito deliberatis, illum iniuriandi animo perseuerauerat, declaratũ fuit (ad ea quæ refert sæpius allegatus Peguer. *in decis. crim. cap. 13. numer. 20.*) per Regium Concilium, quod scilicet in loco per suam excellentiam nominando, recognosceret in publicumque diceret, se male, & contra veritatem dixisse, dictum Simeonem Oliueres Iudæum esse sub huiusmodi verborum conceptione lingua patriæ prolatorum, scilicet: *Yo regonech hauer mal dit, y mal par lat contra mestre Simeon Oliueres,*

que

que es iueu, y que pro se ex de rassa de iueus y axi dis, es seraxi cont he dit: ans ben dic, que es Chrestiá de natura. Præter id quod per annum à locis ibidem descriptis bannitus fuit.

Et iniuriæ † verbalis emenda, qualis esse debeat, 8
vide Papon. *li. octau. lib. 3. arest.* 18.

Et † licet ex forma statutorum & ordinum, siue 9
iuris municipalis, iniuriarum pœnæ vt plurimum indicentur, & seu imponantur, & præcipue ex statuto Papien. 16. *inter crim. statuta; existenti sub rubr. de pœna dicentis iniuriam alicui priuato, in iudicio vel extra;*
atq; † ex Nouis Constitut. Mediolani in §. si quis non pro- 10
uocatus. lib. 4. tit. de pœnis caueatur, iniuriantem Doctorem de Collegio verbo, vel facto, vltra pœnas à iure comminatas, ex causa prouenienete ab exercitio muneris Doctoratus, in aureis ducentum esse puniendum, & in aureis quinquaginta, vbi ex causa à patrocinio prouueniente Causidicum de Collegio Notariorum quis non prouocatus verbo vel facto iniuriauerit: attamen Arbitrio Excellentissimi Senatus, pœna etiam corporalis reseruata videtur vt colligitur ex allegato §. *si quis non prouocatus. in fine.*
Alias † etenim, quando prouocatus, prouocanti 11
facit, vel iniuriam infert, tunc actione iniuriarum minime tenetur, quia illa potius, ex causa sui iuris conseruandi, quam iniuriandi facta, aut dicta videtur. Grammat. *decis.* 37. *num.* 3. & 4. Ideo namque si quis verba mihi dixerit iniuriosa, licite, tu mentiris, dicere possum animo purgandi me ab iniuria illata, quo casu, nec actione iniuriarum, nec de crimine teneor. Hartm. *ca.* 4. *lib.* 1. *tit. de iniur.* quem pariter videas ibidem *cap.* 27. sicuti etiam † mentitus 12
non dicitur iniuria affectus vbi constet ipsum non

dixisse verba, quorum prætextu fuit illata mentita D. Menoch. *in consil. 107. nume. 24. vol. 2.* Crau. *in consil.*
13 *nono. numero 36.* Iniuria † etenim non infertur dolo deficiente, vt ex doctrina antedictorum Patrum
14 nuperrime recensita cauetur, & † lata culpa in materia iniuriarum non sufficit, Magon. *decis. Lucen. 26. num. 12.* & Crau. *d. consil. 9. num. 26.*
15 Iniuria † autem facto irrogata, quomodo sit punienda, & quomodo tunc sit formandus libellus, id tradit Spec. *in rubr. de iniur. numero 10. & 11.* &
16 libellus † iniuriarum, loco & tempore carens, admitti non debet. Franc. Marc. *quæst. 118. numero septimo.* Andr. Gail. *obseruat. 64. lib. primo.* sed quid continere debeat, videas DD. de Rot. *decis. 1. alias 36. de accusat. in nou.* & Clar. *in sua pract. in §. iniuria.* Effugiant igitur Causidici, & vocales, & scripturales iniurias, ex quibus tot nascuntur damna, tot suscitantur rixæ, tot causantur labores, tot tribuuntur impendia, tot producuntur expensæ. Illud tamen est animaduertendum, quod scilicet libellus, & articuli in actione iniuriarum (etiam ciuiliter intentata) sic specificari debent, vt pars per illos certificari, & testes super illis deponere possint DD. de Rot. *decis. prima. alias 30. tit. de libell. oblat. in nou.* vide Ias. *in §. superest. num. 50. instit. de act.*
17 Et cui † in actione iniuriarum pœna applicetur, vide Marant. *de ord. iud. part. 4. tit. an sit in iud. ciuil. vel crim. distinct. 1. num. 10.*
18 Item † nota, quod tanto grauius est imponenda, & non dissimulanda pœna, quanto magis illa eadem à minori, maiori infertur Bal. *in auth. habita. num. 30 in fin. C. ne fil. pro patr.*
19 An † autem is, cui dictum fuit, tu es cornutus

ex quo

ex quo adire iudicem pro tali iniuria, iniuriato verecundum esset, propria authoritate, ne forte res transiret in derisum, talem iniuriatus vlcisci possit iniuriam impune, quo ad forum exterius, vide Gram. *decis.16.num.*11.

20 Tandem † vt sæpius sum memoratus, pœnam circa iniurias, iudicis arbitrio esse relinquendam, dixit etiam D.Menoch. *de arbitr. iud.cas.*263.*centur.* 3.*lib.*2.

21 An autem † iniuria, mutua compensatione tollatur, videas Abb. Sicul. *in c.penult. in fin. de adult. & in cap.cum te.de re iud. nec non & in cap. dilecti.de except. col,penult.* Spec. *in versic.quid si te vocaui latronem. sub tit.de Accusatore.*Bald.& Alex.. *in le.fin.in fine.*Digest. *quod quisque iur.*Abb.*in cap.olim.de rescript.*Bald. *in leg.prima.Codic.vnde vi.*Angel.*in le.vt vim.ff. de iust. & iur.*Alex.*in leg.3.ff. de liber.& posthum.* Et demum, an iniuriæ hinc inde compensentur, videas Boer. *in cons.4.numero* 30.*&* 31. atq; Hartm. *in tit. de iniur. cap.*26.*lib.*1.

Postmodum, articulum illum animaduertamus, an scilicet † iniuria, quæ viua voce profertur, 22
eandem mereatur pœnam, ac si in scriptis esset irrogata. Huiuscemodi quæstionem decidere videtur Ant.Corset. *in singularibus suis in verbo, Citatio.el* 2. dum ad quæstionem istam deducit, non referre, quod Iudex moneat ore proprio, an per epistolam, vel nuncium, cum † paria sint, quidquam, siue 23
in voce, siue in scriptis, vel per nuncium proferre, ideoque ex Lud. Rom. *in quodam suo consilio, ibidem sub numero* 2. affert, quod siue in scriptis, siue in voce iniuria sequatur, pari pœna procedendum

 esse,

esse, quamuis Bald. *in d. auth. habita C. ne fil. pro patr. numero 36.* dicat, quod is cui interdicta est alicuius loci ingressio sub pœna, mittens nuncium, à dicta pœna excusatur, & ibi additionem in litera E. prospicias, quo dicto non obstante sustinet ibidem Corset. priorem conclusionem adducens Ant. de Butr. *in c. cum causam. de iuram. calum.* & Ioan. de Imol.

24 Attamen, salua † tantorum patrum doctrina, ad conciliationem ipsorum repugnantium, non animo interpretãdi, aut glossandi quidquã emittere, sed vt vnusquisq; contradicentiũ, salua in terminis suis existat ratio, huiusmodi proferre non erubesco, quod scilicet maior infligenda sit pœna, iniurias in scriptis dictanti, quam in voce illas proferenti, quia, habita tamen loci, & personæ, in quo, & antequam iniuriæ ipsæ proferantur consideratione, iniuria viua voce illata, vti factum transiens, non ita grauiter punienda est, sicuti scripturalis iniuria, & præcipue quando, vel per testes verificata, vel iudicialiter, siue extraiudicialiter penes aliquem, iniuriam scriptam retinentem reperitur,
25 quod † vti factum permanens maioris existimationis, quam non sit factum transiens iudicandum erit, momentanea etenim non sunt in consideratione, & ex qua regula quamplurima ponderauit Marsil. *in cons. 136. num. 7. cum seqq.* quoniam in his sibi momentaneis locum arrogat q̃ non producũt effectum, sic pulcherrime tradit D. Costa Papien-
26 sis *de facti scient. & ignorant. inspect. 2. num. 15.* & † si quandoque viua vox, scriptæ præferatur, secundum Bellamin. *decis. 86.* quod tamen procedere intelligas, circa probationum materiam, Spec. *in §. tertio.*

tertio. versic. sed pone. sub tit. de probat. & ideo quo ad iniuriæ effectum crediderim procedere dictum Corseti, secus autem quoad modum rationibus adductis, tu tamen maturius deliberes.

Et quamuis iam diu quamplurima circa iniuriarum materiam hucusq; eneruata sint, hortor † qui- 27
dem Iustum à vindicta cessare, quoniam nostras, & nostrorum debemus patienter tolerare iniurias. *23. quæst. prima vbique. c. qui secundum. quæst. quarta. & cap. non est nostrum. quæst. quinta.* iustus † namque pa- 28
tienter iniuriam tolerans, cœlestem meretur coronam. *c. & si. & cap. si iustus. 11. quæst. tertia.* & † species 29
eleemosynæ est iniuriam dimittere. *cap. & qui. cum duobus cap. seqq. 45. dist.* Et deniq; † an iniuriam remit- 30
tere teneamur, non solum videas ea, quæ habentur *ex c. illic. 23. quæst. quarta.* sed & etiam diligenter obserua ea, quæ tradit Iodoc. *in praxi rer. ciuil. cap.* 17. dum, † quomodo à diffamatione siue præteri- 31
ta, siue futura quis se eximere possit perpendens, isthæc protulit, videlicet:

"Vt nunc sunt res mortalium, nemo tam fœlix est, qui careat æmulis, & secretis osoribus. Hi non aperte sed viperarum more, latenter mordent, & honestam famam bonorum virorum, clam & susurris eripiũt, & quidlibet mali, de his falso cõfingunt, & in vulgus imprudenter spargunt, per quod viros bonos, clam apud paucos, tum publice apud multos, aut in iudicio, aut extra iudicium, nequiter, & indigne traducunt, & diffamant, non verentes Deum, neque homines, neq; de restitutione ereptæ famæ, aliquando ab sese facienda cogitantes. Huiusmodi autem diffamationes aliquando committunt de criminibus, a-

 liquan-

,, liquando de ciuilibus rebus, illa vti est grauior,
,, ita maiori cura ipsi diffamato, per sui purgatio-
,, nem, & diffamatoris citationem erit diluenda,
,, & nominis prior integritas recuperanda, nisi quis
,, contentus propria innocentia, omnem falsam de
,, se suspicionem, exemplo Christi, & ob eius amo-
,, rem parui faciat, & contemnat, neque morans
,, quid de ipso vulgus blateret, sed quomodo se se
,, Deo probet, quomodoque ipsi placeat solum-
,, modo curans, satis de sua innocentia confisus, et-
,, iamsi Iudex sęcularis, ex ea diffamatione aliquod
,, contra ipsum diffamatum tentauerit, liberum se
,, fore ab omni malo, externoque periculo, & tan-
,, to suam innocentiam omnibus fore testatiorem,
,, & clariorem. Cæterum ciuilis diffamatio, ali-
,, quando leuior est, non tamen omnino, tum
,, propter se, tum propter liberos, aut propter
,, cognationem negligenda, sed ea (nisi quis
,, amore Dei, & innocentia fretus propria, ean-
,, dem etiam negligere statuerit) per iustitiæ repa-
,, gula retundenda, & dispellenda, cum Sapiens di-
,, cat, vnicuique curandum de bono nomine. Si
,, quis igitur aliquem diffamauerit, tanquam de
,, graui ære obæratum, scilicet ratione mercaturæ,
,, aut ratione aleæ, aut prodigalitatis, vel obæratæ
,, successionis, aut quod ab ipso aut ab aliquo alio
,, iniquo iure detineat, suas ædes, agrum, aut fun-
,, dum contra ius, contraque rationem, & ita de si-
,, milibus, quæ veræ diffamationes dicuntur. Bal.
,, *in leg. diffamari. circa exordium. Codic. de ingen. manum.*
,, Is inquam diffamatus, tales publicæ famæ diffa-
,, mationes (si præsentiat) remouere, & se purgare
,, per iustitiam debet contra diffamatorem. Sic et-

iam

iam quoties aliquis ob tales diffamationes, ita"
est in oculo iudicis, vt ipsi metuenda sit lis, aut "
processus contra officium Prætoris aut Iudicis, "
tunc ipsemet diffamatus prior poterit intentare "
litem, siue processum contra diffamatorem, i- "
psumq, diffamantem in ius vocare, & eundem "
prçuenire, sic vt sese prius actorem constituat; "
aut (si ita expedire videat) taceat, cedat, & reus fi "
at, doceatque eam diffamationem, solum, ab i- "
pso diffamatore profectam. Ob quod à Iudice re- "
quirat, vt sub magna pœna, tali nefario diffama- "
tori silentium imponat, & vt malam famam "
sparsam reuocet & restituat: Et tunc poterit ipsi "
Iudex tempus prçfigere, ad latius agendum con- "
tra talem diffamatorem, *iuxta d. leg. diffamari.* & i- "
bi Bald. & si is tunc diffamator non compareat "
ad respondendum ad actionem ipsi intentan- "
dam, statuto aut prçfixo termino, tunc diffama- "
tus petet à Iudice, vt illi diffamatori, ac illius in- "
famiæ consortibus, & quibuscunque aliis "
successoribus, qui contra ipsum, litem eius "
causa intentare possent, sua sententia perpetu- "
um silētium imponat, super omni illo quod ipse, "
aut sui consortes, aut sui successores iudicialiter "
possent aliquando petere, aut aliquando exigere, "
sic ad huiusmodi diffamationem euitandam, sua- "
serim omnibus executoribus exteris, qui ventum "
commodum ante discessum expectant, vt quo- "
ties metuunt post discessum aliquem de se sini- "
strum rumorē, vt ante discessum publico edicto "
euulgari curēt, vt quicunq; ab ipsis aliqđ petere, "
vel exigere velit, is veniat, exigat, statuto ei termi- "

Digitized by Google

„ no ſub pœna amiſſionis ſui iuris, ipſos in ius euo-
„ cet, petitionem iuridicam proferat, & litem cō-
„ tra ipſos intentet. Quod pro omni infamia poſt-
„ liminio vitanda, erit remedium tutiſſimum, &
„ id optima conſuetudine obſeruatum fuiſſe teſta-
„ tur Bald. *in d. l. diffamari.*

An quis, per inſtrumentum, & quando pacem facere teneatur.

CAPVT LVI.

SVMMARIA.

1 *Pacem in foro fori, an quis per inſtrumentum alicui facere teneatur.*
2 *Cauſatum, ex cauſa cauſæ naſcitur.*

ET dicendum videtur, quod in foro conſcientiæ caſus eſt diſputabilis inter Eccleſiæ Doctores, quem Theologis decidendum remitto. Sed in
1 foro † fori, vt puta quoties quis de homicidio, vel criminaliter accuſatus, & conuictus corporaliter, vel in pecunia ſit damnandus, habita vero ab heredibus occiſi, vel aliter remiſſione, ſit minuenda pœna, tunc remiſſio per actum publicum, & ſcripturam fieri debet ad hoc, vt Iudex remiſſione, ipſa exiſtente poſſit pœnam minuere, iuxta iuris concluſionem. Iudicem nempe, ſecundum allegata, & probata iudicare oportere, & ad hoc, vt cum cauſa id facere poſſit, neceſſe eſt, vt apud acta ipſa remiſſio producatur, & ſic in ſcriptis exhibeatur, neque aliter fieri poſſet, ad euitandam mortem, ſiue minuendam pœnam ipſam pecuniariā, tunc ego

ego crediderim talem teneri, etiam in foro conſcientiæ pacem per inſtrumentum facere, quoniam, alias vbi pœna ob id mutari, ſeu minui non poſſet culpa remittentis, ēt in corde, faceret quis actum cōtra charitatem, eſt causā præberet occiſioni; ſiue pœnæ talis cōdemnandi, cum eſſet in cauſa, ſine qua dicta pœnæ diminutio fieri non poſſet, Et quidquid † eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati, *l. bello amiſſi.* & ibi Bart. *ff. de excuſ. tut. & cur. n. 2.* Quod quidē valde diſplicet Excellētiſs. Senatui Mediolani, q̄ in aliquibus caſibus, recuſans, quis pacem imputato facere, mandat Periluſtri D. Prætori, vel eius D. Iudici maleficiorum, quod vel reſcribat cauſas, cur is pacem facere nolit, vel vbi cauſæ legitimæ non ſint, nomine offenſi ſiue heredum, vel Officialis, vel ciuitatis Decuriones, remiſſionem faciant, prout ſic ſeruari in maleficio audiui. 2

Charitatem amplectendam, indebitumque lucrandi deſiderium procul arcendum, poſtmodum quotidiani quidam illegitime auidi lucrandi vſus, clare ab Authore vtiliter ſignificantur.

CAPVT LVII.

Svmmaria.

1 *Charitas quid ſit.*
2 *Charitatis de cauſa, quotnam ſint diligenda.*
3 *Deus quare ſuper omnia diligendus.*
4 *Diligere nos, & proximum, quare debeamus.*
5 *Corpus noſtrum, quomodo à nobis diligendum ſit.*

6 *Charitas à patrocinante amplecti debet.*

7 *Lucri auiditas prorsus à patrocinante euitanda est.*

8 *Scripturæ dictamen, breuitatem quomodo desideret.*

9 *Multiloquium, sæpe confusionem parit.*

10 *Breuitas, auditoribus delectationem affert, & quare, & num. 15.*

11 *Syllaba minime necessaria, scripturæ non est adiungenda.*

12 *Longitudine sæpius, quam, obscuritate narrationis, res minus est intellecta.*

13 *Scripturæ longitudo, mentem legentis sæpe inuoluit.*

14 *Multitudo onerosa nil honesti habet.*

15 *Paucis semper agendum.*

16 *Interrogator testium, quando restitutioni obligetur.*

17 *Scriptor iudicialis, & extraiudicialis, regulas, & ordines non seruans, ad restitutionem recepti quando teneatur.*

18 *Paria sunt, non esse, vel esse, sed non probari.*

19 *Scriptura minime intelligibilis in iudicio producta maximum affert præiudicium.*

20 *Impedimentum, an excuset aliquem nulla præmissa protestatione.*

21 *Impedimentum, quando per testes, & quando per iuramentum probari possit, remissiue.*

22 *Actuariorum aliquorum Papiensium laudes explicantur.*

23 *Trussi de Trussiis, Perillustris Senatoris Mediol. mirifica recensentur actiones.*

24 *Pii Aduocati I.C. Collegiati Mediolanensis egregia recitantur facta.*

25 *Ordauri Mainoldi I. C. Cremonensis optima gesta silentio non prætereuntur.*

26 Dida-

26 *Didaci Zamudii Hispani, I. C. Regii Aduocati Fiscalis, in Ciuitate Papiæ, virtuosi describuntur actus.*

27 *Sollicitatorum quorundam, iudiciales calliditates non ab re prætermittuntur.*

28 *Patrocinantium nonnullorum auidus pecuniam extorquendi modus manifestatur.*

29 *Patrocinantium aliquorum inanis gloria, allegationes erroneas tamen scribendo denotatur.*

30 *Exclamatio Alæ contra sanguinem clientum exsorbentes repetitur.*

31 *Marsupium insarciendi, noua à nonnullis Causidicis auiditas vsitata panditur.*

32 *Auaritia quid sit.*

33 *Auaritia quotuplex dicatur, & in quibus consistat.*

34 *Auaritia omnium malorum radix.*

35 *Notariorum aliquorum ingluuies denotatur.*

36 *Notariis circa receptionem mercedis rogitus Authoris hortatio.*

37 *Liberalis, quisnam dicatur.*

38 *Liberalitas, animi affectum ad pecunias moderatur.*

39 *Notarios male facere, quoties sibi à testatore relinqui in testamento instant, patefacit Author.*

40 *Testamenti factio, libera, non autem coacta debet esse.*

41 *Testatoris liberam impediens voluntatem, qua pœna sit feriendus.*

42 *Notarius, circa testamenti rogitum, quid obseruare debeat.*

OCTAVVM nunc principale Causidico necessarium assumptum dilucidare operę preciũ existimaui, quodq; illius animæ salutem præ se fert dum charitatẽ, non aũt pecuniæ indebitũ interesse abco-

Digitized by Google

1 ab eodem amplecti significaui, & † quæ charitas ex sententia Magist. *libr. 3. definit.* est dilectio qua diligitur Deus propter se, & proxim⁹ ꝑpter Deũ, vel in Deo. Qua de † re Diu. August. *lib. de doctr. Chri-*
2 *stiana. distinct.* 27. inquit, quatuor ex ordine diligenda esse: Vnum, scilicet, supra nos, quod est Deus. Aliud quod sumus nos, quantum ad animam. Tertium quod est iuxta nos, quod est proximus. Quartum quod est infra nos, hoc est corpus; quæ omnia ex sanctorum Patrum, ac aliorum authoritatibus, hoc infrascripto modo explanat Gregor. Reisch. *de princip. Philosoph. moral. capit.* 53. *videlicet:*

3 Deum † quippe (vt ait definitio) diligere debemus propter se, qui est summum bonum, &, vt Anselmus ait, quo maius cogitari non potest. Aut etiam, quia amicitia omnis super communicatione fundatur, vt charitas super communicationem beatitudinis. Deus autem essentialiter beatitudo est, ideo propter se, & ante omnia diligendus. Hinc Augustin. lib. confess. dicit, minus Domine te amat, qui aliquid tecum amat, quod propter te non amat. Si modum quęris, modus vt ait diu. Bernard. est sine modo, quia causa est infinita; vnde in lege Deuteron. *ca. 6. scriptum est.* Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua, in Euangelio Euangelistæ Luc. cap. 10. additur, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua. Matth. *ca.* 22. & ex Euangelista Marco *cap.* 12. additur, & ex tota virtute tua, quod tamen in vita hac totaliter nequimus, in patria autem perficiemus.

4 Secundo † debemus nos ipsos diligere, quod

ex eo

ex eo patet, quia post præceptum dilectionis Dei, subiungitur, (& sic tertio) & proximum tuum sicut te ipsum, vbi ponitur pro exemplari dilectio nostra, ad dilectionem proximi, nos autem & proximum diligere debemus, vt beatitudinis participes; sic per proximum, non solum intelliguntur homines sanguine iuncti, aut amicitia, sed etiam inimici, & angeli boni, omnes enim tales nobis, vel exhibent, vel exhibere possunt aliquod misericordię opus, iuxta parabolam, in Euangelio Lucæ, expressam *in cap.* 10.

Et *dum in allegato cap.* 53. inter magistrum, & discipulum, per dialogum fit oratio, Discipulus huiusmodi profert, videlicet:

Si inimicos, malosque homines diligo peccatum, & malum amabo.

Cui respondet magister, sub his conceptis verbis, videlicet: In his diligere debes hominem, non culpam, seu vitium, vt Canon edocet *distinct.* 86. Odio habeantur peccata, non homines. Diligendum autem (dicit definitio) proximum in Deo, vel propter Deum: in Deo siquidem, si iustus est; qui manet in Deo per gratiam; propter Deum vero, si iniustus est, vt per gratiam iustus fiat, & in Deo maneat, velle quippe debemus proximo nostro vitam ęternam, & ea quæ ad hanc deseruiunt, sicuti & nobis volumus, & si necesse sit, ipsi adiumento esse debemus.

Discipulus iterum ait; Quartum autem, quod infra nos est scilicet corpus, cur August. inter diligenda connumerat, cum nos, & proximum diligere præceptum sit?

Quibus Magister sic responsum affert, videlicet:

Tum

Digitized by Google

Tum ad excludendũ errorem Manichæi dicentis, corpus, & quæcunque viſibilia à malo principio creatum, quia ex redundantia, & concomitantia,
5 corpus beatitudinis particeps eſt, ſuper qua fundatur charitatiua amicitia. vnde & Proſper ait. Corp⁹ noſtrũ †, quia pars noſtri eſt, ad hoc diligendũ nobis eſt, vt ſaluti eius, & fragilitati naturali cõſulam⁹, & agamus quatenus ſpiritui ordinate ſubiectũ ad æternã ſalutem accepta im̃ortalitate, & incorruptione perueniat. *de pœnitent. diſtinct.* 2. hæc ex recitato Reiſch. ad amuſſim colliguntur.

6 Quocirca quam fructuoſa ſit Charitas, id declarant Theologi, dum inter virtutes Theologicales, maiorẽ charitatem eſſe deſcribunt, & hæc † quidem ab omnibus amplectenda, præſertim ab Aduocato, & Cauſidico, quorum ſtudium eſſe debet, vt quidquid agunt circa patrocinium, id Charitatis amore, & non lucri auiditate, ab eis peragẽdum
7 præmeditetur, & † fugiant ea, quæ contra tales pecuniæ auidos ſcripſit Quintil. Mandoſ. *de ingratitu. cap.* 78. infraſcripta adducens, ſcilicet:

,, Quidam ita improbi, omnibus odioſi, obſti-
,, nati & auari ſunt, vt omnis eorum cura, omne ex-
,, ercitium, omnis conatus, omnis cogitatio circa
,, lites, & iurgia conſiſtat, contra illud Eccleſiaſtic..
,, *cap.* 28. *ſcilicet*. Abſtine te à lite, & minues peccata.
,, Eſaiæ *cap.* 37. *verſic. fin.* non enim in ſempiternum
,, litigabo. Et iuxta diui Pauli ſententiam ad Ti-
,, moth. *cap.* 2. *ad fin.* Seruum autem Domini non o-
,, portet litigare, ſed manſuetum eſſe ad omnes. Iſti
,, (ait) in litibus tanquam quatuor alimentis con-
,, ſeruantur, & nutriuntur, ſi iudices ſibi in omni-
,, bus morem non gerant; ad eorum libitum decer-
nant,

nant, pronuncient, definiant, exequãtur, illos in-"
scios, ineptos, rudes, iniustos, impios, vocant, af-"
firmant, proclamant, diuulgant. Nonnulli vero "
fauoribus, muneribus, pollicitationibus & aliis "
malis artib⁹, iudices in suum sensum ac suam sen-"
tentiam perducere, ac trahere conantur, hæc ille: "

Lucrandi porro auidum modum sæpe, & sæpius aliquibus inesse prospexi, vltra ea, quæ superius allegaui *in ca. 23.* quem non immerito modum à me prætereundũ, certo existimaui, quiq; modus super diuersis speciebus p̃sertim infrascriptis continetur.

Primo, quoties Aduocatus, siue Causidicus, à cliente pecuniam & munera promittente seu dante, inducitur ad operam suam præstandam ad hoc, vt aliquis notarius de aliquo instrumento rogatus in præiudicium partis aduersæ neget seipsum de illo instrumento rogatum fuisse, cum fortasse lucri vel promissi, vel dati promissionis participatione, quod equidem abominabile peccatum inducit, ad ea quæ prudenter animaduertens Ala. *in d. sæpius recitato tract. de Aduoc. & Causid. Christ. in quæstion.* 45. hilari fronte scribens, isthæc formaliter protulit, videlicet:

Superiori quæstioni affinis est ista, de qua age-"
re institui, videlicet, de Aduocato, & Causidi-"
co Christiano, qui docent clientem vt subtrahat "
aduersario instrumenta & testes, quibus ille possit "
causam defendere: si n. actor sciat aliquẽ notari-"
um exiguæ fidei rogatum esse de aliquo instru-"
mento, quod multum faciat ad causam aduer-"
sarii, qui successit in fastum alienum, scio ego cli-"
entem posse, ac solere muneribus, & promissis "
allicere illum notarium, vt interrogatus ne-"

„ get, se de illo fuisse rogatum; qua in re, in primis
„ inducitur ille notarius ad peccatum mortale,
„ Graff. Decis. Aurear. *lib. 3. cap. 9. num. 3. part.* 1. dein-
„ de infertur damnum notabile aduersanti. Testes
„ vero aggreditur cliens, quodam genere loquen-
„ di ad speciem modestissimo, peto à te vt dicas ve-
„ ritatem, & ne mihi damnum afferas; alias denun-
„ cio tibi inimicitiam; quæ postrema pars, nihil ali-
„ ud præ se fert, ad sensum cuiuscunque prudentis,
„ nisi vt testes abstineant à ferendo testimonio, vel
„ illos alio modo corrumpunt, vel aperte terrent;
„ quod sane delictum detestantur omnes, Cyn. &
„ Paul. inter alios *in d. l. prouidendum. C. de postul.* Abb.
„ *in c. cum causam. colum penult. de testib.* Cagn ol. *in d. l.*
„ *2. numer.* 204. *ff. de orig. iur.* Innoc. *in c. intimauit cir-*
„ *ca fin. de testib.* Ange. *in l. satis aperte. C. ad legẽ Cornel.*
„ *de fals.* Felin. *in ca. olim. colum.* 3. *de accusat.* Marsil. *in*
„ *Rubr. C. de probat. n.* 204. Nauar. *in Manual. c.* 25. *n.* 28.
„ *versic. 4. peccat.* Hoc loco me cogit Christiana pie-
„ tas, vt deplorẽ ac defleam conditionẽ miserrimã
„ infinitorũ hominũ, q sola taciturnitate damnati,
„ malunt ad flammas inextinguibilis Inferni, q̃ lo-
„ quendo offendere volũtatem, & animum cuius-
„ uis homunculi; quando enim aliquis testifican-
„ do, potest auertere iniustum damnum proximi
„ sui, & rogatur ab eo, vt testimonium perhibeat,
„ debet testificari sub pœna peccati mortalis. D.
„ Tho. 2. 2. *quæst.* 70 *artic.* 2. vbi subdit quod si non
„ requiratur vti testis, vel aliqua iusta causa nõ pos-
„ sit examinari, debet veritatem enunciare alicui,
„ qua possit litigatori prodesse, vbi Gaietan. &
„ Mich. Salon. *in 2. conclus.* & quando fuit requisi-
„ tus, tenetur ad restitutionem damnorum, &c.

Petr.

Petr. Aragon. *ibi col.3. versic. his constitutis.* Nauar. “
in Manual. *cap.25 nu.41.* Ludouic. Carbon. *de re-* “
stitut. quæstio.51. in materia testium. Graff. *vbi supra, p.* “
prima, cap.135. numer.6. Syluester *in verbo, Testis. quæ-* “
stio.8. ex quibus consequitur, quod cũ testis mor- “
taliter peccet, vt dictum est, pari ratione, peccat “
litigator, & Aduocatus, qui sunt Authores huius- “
modi sceleris; & postquam incidimus in hanc “
tractationem testium, hoc obiter notandum est, “
mortaliter peccare clientem, qui suos testes sub- “
ornat, vt falsa dicant, aut vera taceant. Nauar. *vbi* “
supra, num.29. & cæteri consentiunt; potest tamen “
Aduocatus illos docere, vt bene explicent ratio- “
nem sui dicti, ita vt bene concludant. Afflict. *ad* “
Constitut. Aduocatos .nu.6. motus authoritate Rof- “
fred. *in tit. de Senat. Consult. Liboniano.* “

Item & auiditas lucrandi dignoscitur circa † “ 8
scripturarum dictamen, quod adeo longa verbo- “
rum farragine protrahitur ad hoc vt à cliente, ma- “
gno & longo foliorum viso apparatu, maximum “
putante laborem, maius ob id exigant emolumẽ- “
tum, & scriptori maiorem lucrandi prębeant cau- “
sam: sicuti etiam à nonnullis testium interroga- “
toribus id obseruari soleat, nullo quandoque à “
dictãte & interrogatore habita consideratione, “
quod scilicet † in multiloquio sępe consistit con- “ 9
fusio, in quo non deest peccatum. *cap. & si Christus.* “
de Iureiuran. Ideo inquit Neuizan. *in Sylu. nupt. in* “
titu. non est nuben. num.16. lib. primo. quod breuitas † “ 10
est delectabilis auditoribus, quia sensus auditus, “
inter omnes sensus, est valde attendiatiuus, quia “
gaudent breuitate moderni, & † vt syllabam v- “
nam non necessariam minime apponant, ex glos. “ 11

prima, *in l. prima. ff. quod met. cau.* & ex Paris. de Put. *in tracta de Syndic. chart. 5 sub rubr. de excess. aduoc. in prin.* Et propterea Oldrad *in consil. 17. incip. quidam clericus. colum 6.* contra nonnullos inuehit, qui longam
21 volunt scripturam, quia † sæpius res minus est intellecta longitudine, quam obscuritate narrationis, secundum Cicer. *in 1. Rhetoric. lib.* Et ideo (sequitur)
13 quitur) longitudo † scripturæ sæpe inuoluit mentē legentis ex Aret. *in consil 83. incip. quia multa post in incip. cum seq.* nec debemus in sermonum foliis gloria-
14 ri. *c. Melchier. 1. quæst. 1* multitudo enim † onerosa, nihil habet honesti. *in Authent, de Referend.* propterea superflua resecanda sunt, §. *quibus. in prima. Cod. Con-*
15 *stitut.* & paucis † semper est agendum. *l. prima. ff. de præscript. verb de quibus etiam memoratur d.* Neuizan. *loco, de quo supra sub numer. 15.* Ad hæc faciunt ea quæ supra scripsit *de Aduoc. cap. 5. num. 29. cum seq.* nec huiusmodi dolose committētes, à restitutione superflui accepti respectu dictantis excusarem, sicuti illos pariter ad restitutionem condemnat text. *in l. conuenticulas.* & ibi Bal. *colum. secunda. de pac. iuram. firman.* vbi habetur quod exactiones illicitæ duplica-
16 te restitui debeāt, prout similiter † interrogator testium, longa & non necessaria quæstionum & interrogatoriarum actionum serie vtens ad restitutionem tenetur, quādo testis & præcipue idiota, nullo interueniente ipsius examinati dolo, sed ob longam interrogationis orationem, quandoque contrariatur, habita tamen qualitatis personæ interrogatæ consideratione, quæ attendi debet. *l. plenum. §. equitii. ff de vsu & habi.* & quæ etiam in arbitrariis à iudice considerari debet, D. Menoch. *de arbitr. iud. quæstio. 14. numero decimo. libr. 1.* & procedit quando inter-

interrogantis dolus interuenit, alias esset excusandus, ad ea quæ tetigi supra, *in capit. 32. numero decimo tertio*. Et ideo aduertant ii qui interrogatores eligunt, vt ad talem electionem probos & conscientiæ præditos, & in arte peritos præ se ferant atque eligant, ne forsan & malitiose eligentis & electi ad restitutionem teneantur præcipue quando inest vtrinq; dolus: iuxta tritam regulam, quidquid est causa causæ, causatum producere dicitur.

Nec omittendos † duxi quosdam scriptores, qui 17
ob immoderati lucri cupiditatem, spretis ordinibus Venerandi Collegii D D. Notariorũ, & honoratissimi Causidicorum cœtus huius Inclytæ Ciuitatis Papiæ, circa numerum linearum atque dictionum in qualibet linea apponendorum, lineas quatuor, dictionesque duas pro singula linea impingere sufferrent, in partium euidens damnum, qui pariter etiam in foro conscientię ad recepti indebite restitutionem obligãtur, quoniam qui obligatus est ad restituendum, & potest, quamdiu id non facit semper peccat mortaliter, quia retinet alienum inuito domino, etiam si non cõcipiet propositum de non restituendo, sic diuus Thom. & Caieta 2. 2. *quæstion. 62 artic. fin.* quos & alios ad id refert Nauar. *in Compend. & in verbo, Restitutio. numero quinto.* contra huiusmodi committentes exclamat Iodoc. *in prax. rer. ciuil. cuius dicta memoranda scripsi infra, in capit.* 61. quem ibidem prospicias *in §. quocirca, vt maius lucri aucupium. &c.* proutque ad restitutioné tenentur, quando adeo male quidquam extrahunt; vel Actuariis siue Coadiutoribus

ſcriptum producitur, vt vix intelligi, & quandoque minime intelligi poſſit, paria enim dicuntur non ſcribere, & ſcriptum non intelligere, & hoc quoad
18 ſenſum, non autem quoad actum, ſicuti paria † ſũt non eſſe, vel eſſe, & non probari Tiraq. *de Retract.*
19 *conſanguin. §. primo. gloſ. 10. nu. 90.* quos autem † male ſic ſcribentes reprobare atque repulſare deberent, tam Cauſidici, quam actuarii, quoniam vtique aliquando litigandi præbeant cauſam, dum ob malam ſcripturæ intelligentiam, tempus ad actum ipſum apud acta deferendum labatur, ita vt ſit neceſſe, parti vel cauſidico demonſtrare, culpa ſcripturæ minime intelligibilis id prouenisse, & ob id videre quandoque operæ precium exiſtimetur, an eo in caſu proteſtatio ſit neceſſaria, vel id mi-
20 nus; Ad hoc † inducitur illa concluſio quod ſcilicet, quis propter impedimentum ſe excuſare non poſſit, niſi de illo expreſſe proteſtetur. Caſſan. *in conſuetud. Burgund. tit. des droicts. rubr. 4. §. 20. gloſ. 4.* vbi tenet q̃ nedũ proteſtari ſufficit, ſed ẽt intimari debet. Et communis eſt opinio atque doctrina ad hoc vt, impedito ſaluum ſit ius ſuum, proteſtationẽ eſſe neceſſariam, quæ communis traditio in tribus caſib. fallẽtiam recepit, quoſq; obſeruauit Mynſing. *obſer. 59. centur. 3.* videas Petr. Roy. *deciſio. 4.* Litua. *in deciſio diuerſ. tom. 2. nu. 496. fol. 450.* & Alexand. Raudenſ. *in tract. de Analog. cap. 54. nume. 35.*

Quando † autem per teſtes, & quando per iu-
21 ramentum probari debeat impedimentum videas Guid Pap. *quæſt. 64. & quæſtio. 205.* Iaff. *deciſio. 317.* Mynſing. *obſeruatio. 92 centur. 3. & obſeruatio. 57. centur quarta.* Cabal. *Milleloq. 870.* Petr Roy. *d. deci. quarta. numero 491.* Iaſ. *de actio. § ſed iſta. numer. 49.* D. Me-

no. h.

noch. *de arbitr. iudic. cas.* 118. *li. secundo* Rebuff. *in constitut reg. tract. de excusation num.* 61, *tom. tertio.* Cassan. *in consuetud Burgund. tit. des droicts.* §. 20. *numero* 10. *glos quarta* .& Amanuel. de Clar. il *singul.* 231. quos refert Aresin Tepat. *Vari. iur. sentent. sub tit. de impedimento. notab.* 3. *lib.* 1.

Adhæc prudenter † animaduertunt, tam Io. Antonius Balconus Curiæ Episcopalis Actuarius Criminalis, atque Io. Baptista Beccarius dictæ Curiæ Episcopalis huiusmet Ciuitatis merito ab Illustriss. Antistite nostro Gvilielmo Bastono Actuarii creati, & approbati, quam etiam Iacobus Simon Valerius, Hieronymus Biscossia, ad tribunal inferius, Bartholomæusque Giusius, & Cæsar Assander, & Bassianus Vitalis, ad tribunal superius Perill. D. Prætoris huius Ciuitatis pariter Actuarii electi, qui omnes nedum perfectos penes sese retinent Coadiutores, & scriptores, sed & fideliter atque prudenter in eorum officio sese gerunt, vt omnibus notum, id de se patefaciat; Sicuti hoc idem diligenter obseruatur, per Io. Baptistam Paludum; & Baldassarem Codaciam, ac Scipionem Bullam, Maleficiorum Papiæ Socios Actuarios, qui sic iustitiæ tramites sequuntur, vt omne decens ab eis amplectatur, & postposita lucri auiditate, ab eadẽ segregati, nedum per se, sed & per coadiutores ordines, tam in scribendo, quam honoraria exigendo, summopere, atque diligenter custodiant. 11

Quod quidem pariter accurate, & ad amussim custodiunt, & Io. Iacobus Cerrus, & Bernardus Astarius huius Inclytæ Ciuitatis Actuarii, atque Cãcellarii, qui sic regulato modo scribendo act⁹ quoscunque ad ipsam Ciuitatem pertinentes registrãt,

atque conficiunt, vt omnibus id mirum videatur. Nec omittamus Hieronymũ, & Io.Franciscum de Gazanighis Notarios ad tribunal Dominorum Mercatorum Papæ residentes, in quibus ea viget fidelitas & probitas, vt illorum opera eosdem patefaciant.

23 Huc accedit † mirificus Iustitiam gubernandi modus à Perillustri D. Trussio de Trussiis moderno Ciuitatis Papiæ Prætore Mediolanique status senatore meritissimo obseruatus, qui rectos atque iustos iudicendi tramites, adeo cordatos retinet, vt quoscunque actus, siue criminales, siue ciuiles, tam in productione, & illorum extractione, quam etiã circa illorum cognitionem, libram ipsius iustitiæ æquam præ manibus habens, recta iustaque, tam de iure, quam de facto, præhabita consideratione, omnibus quod suum est tribuit.

24 Cui † succedit præstantissimus I.C.D. Pius Aduocatus hoc in præsenti biennio, tam criminalis, quam ciuilis disputationis in hac eadem Ciuitate Papiæ Iudex, cognitor, atque definitor deputatus, quique illam coram se tam disputantibus, quam conquerentibus, ac aliis iustitiam ab eo petentibus moralitatem iuris atque iustitiæ concomitantiam habentem præ se fert, vt profecto quilibet siue actor siue reus, per illius sentẽtiam expediti, illũ summopere commendent, & denique ab omnib⁹ eius, atq; iustus pronuncietur prædiceturque Iudex.

25 Nec immerito † prætereundus est integerrimus I C.D. Ordaurus Mainoldus, hac pariter pro biennio in Ciuitate Vicarius Prætorius electus, & confirmatus, cuius humanitas atque integritas talis, & tanta

tanto est, vt ad eum pro subministratione Iustitiæ accedentes, reuersi, infinitis illum extollant laudibus.

Quibus associatum † videmus prudentissimũ 26
I. C. Didacum Zamudium Hispanum Reg. in ipsamet alma Ciuitate Aduocatum Fiscalem, sic Regiæ, & Ducalis Cameræ interesse præscrutantẽ, vt omni extorsione postposita, id quod allegatum interesse respicit, ad vnguem, iuridice cum partis satisfactione tueatur, atque sic, vt ne quid maius excogitari possit.

Redeamus igitur ad rem nostram, † quæ aliam 27
sollicitatoris lucri auiditatem præ se fert, vt quandoque sollicitator, ex latere Causidici labore secuto, dum siue ad Prætorium, siue ad Iusdicentem, Aduocatumue sollicitatore ipso à cliente associato iter facit: vel ad hoc vt schedulam cõparitionis apud acta reponat, vel ante ipsum actum faciendum vel actu ipso secuto, cautelose pecuniam à clientis crumena extrahere studet; vel quod Causidico sit soluẽda merces, vel quod expendenda sit pecunia ad beneficium ipsius clientis, ita vt deluso Causidico simul atque cliente, pecuniam receptam in proprios cõuertit vsus, immemor, quod quidquid ad certum vsum destinatum traditur, in alium vsum consumptum repeti potest, vt cauetur *ex l. si dominus.* & ibi Bart *ff. de præscr. verb. textum habes pulchrum* & ibi Bartol. *in l. vnica C. de auri publici persecut. libr.* 10. præter id quod si quidquam sinistrum clienti ipsi ob id accidat, pœnam restitutionis quoad damna etiam aufugere nõ potest ex iis quæ optima ratione colliguntur ex Nauar. in Compend. *in verb. Restitutio, nu* 46. nec etiam à dolo erit excusandus.

Sunt pariter aliqui ſollicitatores, qui cum quodam temporis ſpacio Cauſidici, alicuius ſtudio incubuerint, aliquo per eos prætermiſſo negligenter in cauſa reprehenſi à Cauſidico, indignantur ſic, vt poſtpoſita diui Auguſtini ſententia *in c. ſi habes. 24. quæſt. 3.* dicentis, ego ſenex, & Epiſcopus tot annorum non ſolum à iuuene, ſed etiam ab annicu-lo paratus ſum doceri, quem pariter adduxi in Tract. *de præceden. Cauſid. cap. 4. nu.* 10. ab eis clientes ſeducti, veluti oues ducem ſequentes, alio ſe conferunt, & cæci cæcos ducentes omnes in foueam cadunt.

28 Illud tamen † etiam conſiderari debet, quod in damnum ſollicitatorum, culpa patrocinantium euenire poteſt, nempe quod dictantes ſcripturam, procuratorem conſtituant ſollicitatorem ad petédum à cliente vt ſibi erogetur merces quandoque immoderata, adeo quod perpenſa, dictantis, Notarii, & ſollicitatoris coaceruata mercede, ſæpe numero cliés pauper grauatus reperiatur, & ob id iuſtum id quod eſt deperdere potius, quam litem proſequi malit; & hos pariter in foro conſcientiæ ad reſtitutionem grauatos eſſe voluit Ala *de Aduoc. & Cauſid. Chriſt. quæſt.* 10. *circa finem.* quem pariter ad rem allegaui ſupra *de Aduocat. capit. nono. numer.* 32 & idem Ala *quæſt.* 94. omnino videndus, cui te ſubiicio aduerſus huiuſcemodi Cauſidicos, amicos ſiue ſollicitatores ad eruendam pecuniam à clientis crumena conſtituentes, valde vrget doctrina Neuizan. *in Sylu. nup. in titu. quom. iud. in dub. numero 97. ampliat. ſeptima.* vbi tales extorſionum & barratariarum leones appellat, quem etiam contra Iudices huiuſmodi indebite peragétes ibi-

tes ibidem videre omnino ne te pigeat. Ideoque ſatis eſt; vt quod legitimum, honeſtū & iuridicum mercedis cauſa debetur, Cauſidico perſoluatur, & quilibet iuxta laboris ratam, habita qualitatis officii conſideratione exigat, alias ad horum reſtitutionem qui plus debito exigit teneri, nemo eſt qui ambigat, *ex §. tripli. Inſtit. de action. doct. 4. diſtinct. 15. & toto tit. de reſtitut. ſpoliat.*

Tales etenim factioſi ſunt nuncupati ab Ala. *in d. eius tract. quibus aduerſatur. in quaeſt.* 70. iſthæc proferens, videlicet:

"In multis ciuitatibus Italiæ vigent factiones Aduocatorum, & Cauſidicorum, nonnulli enim adeo ſunt mutuis officiis coniuncti, vt quicquid poteſt Cauſidicus, conferat ad promouendum Aduocatum in lucris forenſibus, & Aduocatus nullam occaſionem prætermittat, qua poſſint Cauſidici commoda augeri; quod quidem minime reprehendo, modo fiat ſine peccato, illud equidem ſumma ratione deteſtor, quod vbi clientes vellent vti opera alterius Aduocati, vel cauſam illi committere iudicandam, qui cum Cauſidico factione non conueniat, Cauſidicus illos dehortatur in primis affingens falſa, & detrahens veris de illo Aduocato, quod ſi his malis artibus non poteſt flectere animum litigatoris, illi denūciat ſe nolle illius patrocinium ſuſcipere, niſi ſub tutela ſui Aduocati, cui ſolet omnes alias cauſas demandare, qua ratione explere ſolent mali Cauſidici illud odium occultum quod conceptum habent in Aduocatos diuerſæ factionis, & ita impediunt eos quo minus forenſibus emolumentis perfruantur: quod etiam ſæpiſſime contingit, non

Digitized by Google

„ ſtudio alicui Aduocato gratificandi, ſed alteri
„ no. endi licet forte ſit melior, & aptior ad cauſã
„ pertractãdam, qua in re peccaret mortaliter Cau-
„ ſidicus, & teneretur ad damna proprii clientis,
„ quæ ſubiret ex impe itia vel negligentia illius
„ Aduocati, quem Cauſidicus propoſuit, obliga-
„ retur etiam ad compenſationem illius lucri, quod
„ iniuſte impedit, ne alter Aduocatus conſequa-
„ tur D.Thom 2 2. *quæſt. 62. artic. 2.* ad quartum, &
„ ibi Petr. Aragon. luculentiſſime decl rat, vbi a-
„ liud peccatum in hac ſpecie obſeruat, quod cum
„ clientes poſſint ad ſui libitum parare ſibi operam
„ cuiuſcunque Aduocati, quem maluerint, non de-
„ bet Cauſidicus impedire eos in hoc iure, quod
„ habent, ſequitur ibi Michael Salon *co. nu.*
„ 25. Ludouic. Carbon. *in tract de reſtitut. quæſt.* 30.
„ Graff *deciſ. Aurear cap.* 130. *part.* 1. *li.* 2. Tolet. *in Sum.*
„ *lib.* 5 *cap.* 19. *num.* 6.

29 Nec † omitto quoſdam cauſidicos, qui temera-
rie (indocti tamen) ſub eo aſſerto prætextu, quod
cauſa iuris allegationibus egeat, vel quod ſcripturæ
de neceſſitate Iudici ſint offerendæ, & tamen id
verum non eſt, pecuniam à cliente extorquent, vel
ad hoc vt Aduocatum quærat, qui caſum & cau-
ſam ſimul exploret, examinet, atque conſulat, &
nihilominus ſua ſcientia interdum fallaci confiſi,
in fonte non perſpecto ſine neque re legaliter con-
ſiderata allegatione viſa alicuius ſimplicis ſeu vni-
ci Doctoris, vel lege non intellecta in ipſa cauſa cõ-
ſiliunt pecuniam ab eis lucratam perſuadent, & ſi
nonnulli reperiantur Cauſidici, qui quamuis Lau-
ream Doctoratus non fuerint aſſecuti, tum ex lon-
ga praxi, tum ex illorum Doctrina, per illorum al-
legatio-

legationes scriptas, vt plurimum, Iudices visis in fonte authoritatibus, ac iuris terminis per eos allegatis, atque deductis, Iudices sententiam proferant, & de quibus verba egi in Lucerna morali, *sub rubr. de Nob. causid exercitio*. sicuti etiam quandoque indebite quis pecuniam extorquet, quando circa scripturarum, seu processus visionem, in actu expeditionis pecuniam petit, & præcipue quando processus ab eo fabricatus est, quo casu pecunia talis non debetur, sed si forte ab alio fuerit factus processus, ego crediderim, tunc modestam esse pecuniæ necessariam erogationem; Vnde ex prædictis, cliens sub falsa promissione, vel sub falsa causa delusus remanet, aduersus † quos exclamat dictus 30 Ala, *in quæst. 96.* verba agens de causid. exsorbente sanguinem clientum, *in d. eius tract. de Aduoc. & Causid. Christ.* huiusmodi proferens, videlicet:

Inter cæteras artes, quibus solent auari Causidici exhaurire marsupia litigantium, hæc est pulcherrima, & acutissima, vbi Aduocatus allegationes conscripserit, ad iudicem deferendas enũciat Causidic⁹, se illas prius legere velle, quam Iudici exhibeantur: cum autem à cliente interpellatur, vt deferat processum ad Iudicem, causatur se non habuisse tantum ocii, vt potuerit allegationes videre, qua sæpe repetita responsione ludificatur cliens, donec vnus Notarius clienti significat opus esse vno aureo Causidico donando, vt vacare possit allegationibus videndis, quod cum sæpe audiuerim, nunquam percipere potui, quid commodi redundet ad clientem, ab huiusmodi opera

Causi-

„studio alicui Aduocato gratificandi, sed alteri „nocendi licet forte sit melior, & aptior ad causã „pertractãdam, quain re peccaret mortaliter Causidicus, & teneretur ad damna proprii clientis, „quæ subiret ex impe itia vel negligentia illius „Aduocati, quem Causidicus proposuit, obligaretur etiam ad compensationem illius lucri, quod „iniuste impedit, ne alter Aduocatus consequatur D. Thom 2. 2. *quæst. 62. artic. 2.* ad quartum, & „ibi Petr. Aragon. luculentissime declarat, vbi a„liud peccatum in hac specie obseruat, quod cum „clientes possint ad sui libitum parare sibi operam „cuiuscunque Aduocati, quem maluerint, non de„bet Causidicus impedire eos in hoc iure, quod „habent, sequitur ibi Michael Salon *ar. i. n.* „25. Ludouic. Carbon. *in tract de restitut. quæst.* 30. „Graff *decis. Aurear. cap.* 130 *part.* 1. *li.* 2. Tolet. *in Sum.* „*lib.* 5 *cap.* 19. *num.* 6.

29 Nec † omitto quosdam causidicos, qui temerarie (indocti tamen) sub eo asserto prætextu, quod causa iuris allegationibus egeat, vel quod scripturæ de necessitate Iudici sint afferendæ, & tamen id verum non est, pecuniam à cliente extorquent, vel ad hoc vt Aduocatum quærat, qui casum & causam simul exploret, examinet, atque consulat, & nihilominus sua scientia interdum fallaci confisi, in fonte non perspecto sine neque re legaliter considerata allegatione visa alicuius simplicis seu vnici Doctoris, vel lege non intellecta in ipsa causa cõsi... pecuniam ab eis lucratam persuadent, & si nonnulli reperiantur Causidici, qui quamuis Lauream Doctoratus non fuerint assecuti, tum ex longa praxi, tum ex illorum Doctrina, per illorum allegatio-

Viduarumq́; & pupillorum curam habere, hoc dicit Dominus, Exod. *cap.* 22. scilicet, viduæ & pupillo non nocebitis. Si læseritis eos vociferabuntur ad me, & ego exaudiam clamores eorum. Et quibus à Iudice fauorabilis est iustitia condonanda, sic Iodoc. *in prax. rer. ciuil. de mundanæ iustitia effigie. in verbo, Vidua, Pupillus.*

Animam vti corpore præstantiorem ab omnibus, & præcipue à Causidico circa causarum susceptionem esse præferendam, & quam periculosum

culosum sit patrocinantis officium, atq; exercitium, id ex doctrina Iodoci tandem eruitur.

CAPVT LXI.

Svmmaria.

1 *Anima quid sit.*

2 *No i us quidquid dicitur eo magis existimandum.*

3 *D s ipline quænam dicantur necessariæ, & quæ non necessariæ.*

4 *Processuum voracitas ex authoritate Iodoci indicatur.*

5 *Aduocati periculosum dicitur esse officium, ideo legaliter, & sincera fide exercendum, ne pœnas de quibus agitur incurrat.*

Decimvm & vltimum principale assumptũ memoriæ recolendum, & à Causidico diligenter præmeditandum se declarationis dignum demonstrat, quodque s iritualitatem in se continet: Vnde iure merito animæ salutem, corporis desiderio esse præferendam nemo est, qui ambigat, & sicuti anima corpore p æstantior existimatur, sic & illam huic anteponendam esse, nemo est qui etiam diffiteatur. Ideoque ad animæ intellectiuæ prærogat uam, corporis etiam respectu, non minus salubriter, *ex Margar. Philosoph. de potent. animæ intellect. cap.* 2. ex animæ definitionibus huiusmodi habentur, videlicet, & ex prima definitione animæ.
Anima est † substantia spiritualis, simplex & indis- 1
solubilis, inuisibilis, & incorporea, passibilis atque mutabilis, carens pondere, figura, & colore: Anima enim, cum substantia sit incorporea, quanta esse nequit, ideo nec pondus, figuram, aut colorem, aut alias corporeas qualitates recipit: hinc inuisi-

bilis,id eſt,nullo ſēſu corporeo perceptibilis: quia ſubſtantia ſpiritualis: ſimplex autem per abnegationem compoſitionis Phyſicæ,ex materia, & forma corporali,ſic etiam indiſſolubilis.

Secunda autem definitio, ex allegato cap.2. Anima eſt ſpiritus intellectualis, rationalis, ſemper mouens, ſemper in motu, bonæ malæque voluntatis capax.

Secundum autem Platonem, (ſic deducente mox recitato Authore) Anima, numerus eſt ſeipſum mouens.

Reſpectu autem corporis, ait Aurel. libro de quantitate animæ, ad id per recitatum Authorem allegatus, Anima eſt ſubſtantia rationis particeps regendo corpori accommodata.

Et ex Remigio. Anima eſt ſubſtantia incorporea regens corpus.

Et ex Ariſtot. Anima eſt primus actus corporis Phyſici organici,vitam habentis in potentia.

Et rurſus, Anima eſt principium quo viuimus, ſentimus, mouemur ſecundum locum, & intelligimus primum:Ideo namque approbatione Moſes (vt inquit allegatus Gregor.Reiſch. *allegato Margarita Philoſoph. loco*) anima eſt deiforme ſpiraculum vitæ, ait namque Geneſ. *cap*.1. Deus,faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, hominem (ibi cauetur) non quidem exteriorem, qui corrumpitur, cinis eſt enim, & in cinerem reuertetur,ſed hominem interiorem,qui iuxta Apoſtolicam ſententiam, de die in diem renouatur(ſequitur) formauit igitur Deus hominem de limo terrę, & ſpirauit in faciem eius ſpiraculū (quā: ū ad ſēſitiuā,) vitę;(quātū ad vegetatiuā)&factus eſt ho-

mo in animã viuentẽ: eſt enim homo, interior anima viuẽs, vegetatiuã, ſenſitiuã, & intellectiuã complicans: huiuſmodi ex prçcitato Authore, hucuſq; colliguntur. Nec immerito dixit Curt. Sen. *in conſ. 41. incip. Statuto. col. 6. vna cũ Calcã.* poſt eũ per me allegato ſupra de Aduoc. *cap. 1. n. 16.* ꝙ ſcilicet, ſicut anima regit corp⁹, ita mẽs regit diſpoſitionẽ. Ecce igitur quãti anima differt à corpore; atq; ſic, vt quo magis † nobili⁹ quidquã cõſideratur, eo magis existimandum eſſe deduxit legislator *in Auth. multo magis. C. de Sacr. ſanct. Eccleſ.* 2

Et quamuis anima corpori ſit anteponenda nõ tamen omnino ſunt prætereunda ea, quç honeſte modeſteque, & neceſſario corpori noſtro ſunt accõmodanda, quandoquidẽ, (vt ſupra dictũ fuit *cap. 57. n. 5.*) corp⁹ noſtrum pars noſtri eſt, & ad hoc diligendum nobis eſt, vt ſaluti ei⁹, & fragilitati naturali conſulam⁹, & agamus quatenus ſpiritui ordinate ſubiectũ, ad æternã ſalutẽ, accepta immortalitate, & incorruptione perueniat. Qua de re D. Paul. Apoſt. *ad Epheſ. cap. 5.* inquit, ſcilicet, nemo enim vnquã carnẽ propriã odio habuit: proindeque neceſſariæ † eæ ſunt diſciplinæ, vt nutrire, & indigentiæ ſuccurrere, licet quædã ſint naturales, non autẽ neceſſariæ, vt generare, iuxta ſentẽtiam ſæpius recitati Reiſch. *de princip. Philoſoph. moral. cap. 4.* 3

At tunc demum corpori eſt anima præferenda, quãdo peccãdi præ ſe fert occaſio, nãque per contaminationẽ quis efficitur cõtaminati ſeruus, quocirca illud Eccleſiaſticum dictum ſuccedit, quod ſcilicet, qui facit peccatũ ſeruus eſt peccati, & iuxta illud, declina à malo, & fac bonũ, ꝙ bonũ, ſi patrocinans quoad illius officium recte impartiendum

endum ſequi cupit, præuideat tum ea quæ ſcripſi *in tract. de Author. Notar. cap. 38. part. 1.* tum etiam ea quæ prudentiſſime, & apprime ſalubriter dixit †
4 Iodoc. *in ſua prax. rer. ciuil.* dum circa proceſſuum voracitatem iſthæc profert, videlicet:

„ Poſtquam hanc rerum Ciuilium praxim primo animo concepiſſem, atq; vniuerſam proceſſuum congeriem contemplatione perluſtraſſem, mecum mirari deſii, non temere fieri, quod proceſſus noſtri temporis, tam multos in paupertatis abyſſum, & in extremam ſæpe calamitatẽ abripiant, adeo vt vel hac conſideratione prius cõpertum, mihi fiat compertiſſimum, ac veriſſimũ illud Saluſtij: Concordia res paruas creſcere, & diſcordia maxima quæq; dilabi. Quod dictum, cum omnibus in rebus, in proceſſibus tamẽ heu nimis verum & compertum cernimus. Quod enim eſt in rebus humanis, quod regna æque cõglutinet, quod familias tam fortiter vniat, ſtabiliat, & amicitias firmet, quã amicorum amica concordia, pax, & mutua lætaq; conſenſio? Ita, quid æque hominũ animos, à ſeſe mutuo deiicit, quid odium, & diſſidia conſtantius generat, quam diſcordia, & lites forenſes? quæ licet iuſtitiæ titulari encomio plerunque commendentur, nihil tamẽ minus, quam iuſtitiæ titulum merentur, quod non ipſi Iuſtitiæ (quæ virtus eſt) nõ iudici qui iuſtitiæ & miniſter, & vindex eſt: nõ parti innocuę, quæ in ſuo iure aſſerenda venit: ſed aut inſideribus occaſionibus, aut parti calumniatrici, aut procuratorib⁹, vel Aduocatis, qui nõ ſatis ſincere cauſas tractãt, & in negocio nõ ſat digne ac decore procedunt, aſcribi debet, vt vel hinc fieri videamus, vt pro-

vt processus ac forenses lites, adeo nullam inter "
familias virtutis vmbram pariant, & concordiam "
concilient, sed eam potius dissuāt, ac plane ii qua "
prius fuerat dissoluant, & vtrasque partes in de- "
ploranda incommoda coniiciant, & funditus ab- "
sorbeant, sic vt processus quiuis forenses, vt nunc "
geruntur, non impropie Scyllæ aut Chary- "
bdis voracitati conferri possint, Charybdis "
enim, sicuti voragine sua, plurimas naues gyran "
do dehiscit, & vt Scylla allisas naues dissoluit, & "
perdit, ita & lites forenses principio quidem ne "
scio, quam iustitiæ virtutem promittere viden- "
tur, postea certe vbi miseros collitigatores altius "
irretitos occupant; Ah quantis molestiis, quan- "
tisq; dispendiis afficiunt; quam misere eos deuo- "
rant, perdunt, absorbent funditus? abhortatosq; "
denuo (vt Charybdis) in vulgus deridendos, cũ "
ignominia reiiciunt. Hæc vt exemplis clariora e "
uadant, libet parum explicatius eadem ob ocu- "
los proponere: Videmus enim nostro æuo ma- "
gnates multos, multos nobiles, plurimosq; igno- "
biles, iugibus inter se æstuare litibus: videmus in- "
ter se rixari, pagos cum pagis, ciuitates cum ciui- "
tatibus, regiones cum regionibus, diuites cũ pau- "
peribus, pauperes cum diuitibus; & quod diuites "
cum diuitibus, pauperes cum pauperibus, passim "
processus intentatos proferant, in quibus non "
raro plus impendii, & sumptus insumunt, quam "
ipsorum facultates ferre valeant, & sic per omnẽ "
vitam, non vni processui vacantes, sed multis ali "
quando litium tricis impleantur, & in iis vniuer- "
sam substantiam, ita exhauriunt, vt in frigida ege- "
naque senectute, vix ipsis fiat tantum reliqua, "

quo

„ quo se ab egestate vendicent; Sed cito pauperio-
„ res effecti in miseria consenescunt, clarissimam v-
„ xorẽ, & liberos dulcissimos, quos honeste educa-
„ re, alere, & sine talibus processibus honestissime
„ elocare potuissent, simul secum in perditionis ba-
„ rathrum pertrahunt, & naturæ legibus non obtẽ-
„ perantes, cum ipsa naturæ ratione crudeliter di-
„ micant, & quasi beluinam feritatem induentes,
„ quidquid natura dictat, quidquid ratio suggerit;
„ quidquid honestum suadet, quidquid virtus, &
„ christiana pietas exposcit, id omne veluti cæci
„ Corybãtes reiiciunt, spernunt, & dissoluunt: Sed
„ vnde (inquies) amentia? profecto non aliunde,
„ quam primo ex animorum tenacissima peruica-
„ cia Cum enim multi diuites ac præpotentes, in-
„ genio sint tam aspero & implacabili, & querela-
„ rũ vndique tam differti, vt vel ob res leuissimas
„ statim in contentiones, cum amicis, aut vicinis
„ prosiliant, nec sese placari vllo modo sinant,
„ mox vel leuiusculo verbo, vel tantilla iniuriola
„ læsi, ad iudicium conuolant, lædenti statim diem
„ dicunt, litemque vere depauperatricem institu-
„ unt, nempe inquam non metuunt insumere,
„ quidquid à parentibus piis ipsis congestum, i-
„ mo quicquid duris laboribus, & sudoribus, tum
„ sibi in futuram senectutem, tum liberis iuuandis
„ comparauerant, id omne inquam huiusmodi li-
„ tibus alendis infarciunt, propriamque salutem
„ negligunt, & sese, vxores, dulcissimaque pignora
„ tandem perdunt, adeo vt ipsorum liberi sine his-
„ ce litibus potuissent honestis disciplinis institui,
„ aut alio quopiam liberali exercitio, ac stylo do-
„ ceri, quo in venturam ætatem sibi præclare pro-
spexissent,

spexissent, nisi hanc felicitatem ipsis malesua- "
dæ litis interuertissent, & qui sine parentum liti "
gandi pruligine potuissent præclare, liberaliter "
ac feliciter cum suis coęqualib. viuere; postea per "
voracissimas illas parentum lites viuere cogũtur "
inglorie, obscure, misere, ac pene mendicando si- "
bi prætenuem victum quærere. Ad huiusmodi "
Metamorphoses præludere, imo ipsis illudere so- "
let litigandi contentio, cui malo non video vn- "
quam futurum remedium, nisi per magistratum "
superiorem hisce indignis litibus occurratur, & "
temere litigantibus per repagulum obiiciatur, "
expediendo scilicet, & passim vsurpando Titu- "
lum illum 16. *Instit. de pœna temere litigantium.* qui "
sic habet. Nunc admonendi sumus magnam cu- "
ram egisse eos, qui iura substinebant, ne facile ho- "
mines ad litigandum procederent, quod & nobis "
studio est. Idque eo maxime fieri potest, quod te- "
meritas tam agentium, quam eorum cum quibus "
agitur, modo pecuniaria pœna, modo iurisiuran- "
di religione, modo infamiæ metu coercetur &c. "
vbi Iustinianus vult temere litigantes debere pu- "
niri, & coerceri triplici pœna, scilicet, aut pecuni- "
aria, aut periurii, aut infamiæ; & si tales temere li- "
tigantes tam tenuis essent fortunæ, vt pecuniariæ "
pœnæ pares non essent: posset quidẽ ex pecunia- "
ria pœna facile in corporalem conuerti; iuxta il- "
lud, Qui nõ habet in ære, luat in corpore, hoc est, "
aut flagelletur, aut exulet, aut aliam quamuis pœ- "
nã ciuilẽ in lineis incedendo corã iudice submisse "
ꝓcumbendo, veniãq; petendo, ieiunio in pane, & "
aqua se macerãdo, aut lõginqua peregrinatione "
se affligẽdo, pecuniarię pœnę loco subeat *l. fi. ff. de* "
in ius canonicum est, n. vt q pœnã pecuniariã solue-

,, re non queat, corpore plectatur; & generaliter ,,publicorum iudiciorum legibus placet, vt his qui ,, pœnam pecuniariam egentis eludunt, coercitio ,, extraordinario iudicētur *l 1. §. generaliter. ff. de pœn.* ,, *& l si quis id quod iurisdictionis. § . in seruos. ff. de iuris-* ,, *dict. omn. iud. & l cum sit iniustum. C. de sepulcr. viol.* ,, Huiusmodi, inquam, pœnę si temere litigantibus ,, passim infligerentur, sperarem illum litigandi æ- ,, stuatissimum ardorem facile in principiis posse ,, restringi, prædictisque ex malis litibus certissime ,, promanātibus commodissimum obiiceretur an- ,, tidotum, & in multis familiis tuta, & amica pax, ,, & rerum omnium affluentia triumpharent, in ,, quibus cum litibus nunc totius discordiæ lerna ,, regnat, omniumque malorum sentina fœtet, & ,, diabolus omnis dissidiæ, & calamitatis primus ,, seminator imperat.

,, Nec est quod solos diuites hac litigandi amē- ,, tia percitos esse putes, de quibus dici potest illud ,, stultitiam patiuntur opes, ob id quod diuitiæ a- ,, nimos, & rarius ad virtutem suggerant, cum & ,, pauperes multos ab hac litigandi libidine non ,, abstinere videamus. Imo eos qui vix habent quo ,, latrantem stomachum exsaturent. Et sic ratio est ,, in promptu, quod non tam in opibus, quam in ,, ingeniorum corruptis dotibus, litigandi temeri- ,, tatem plurimum stabiliant. Primum quod sci- ,, ant Iudicis esse, non minus audire causas paupe- ,, rum, quam diuitum. Secundo, quod norint iudi- ,, cem constitutum ipsis procuratorem, & Aduo- ,, catum, qui ipsis gratis, & pro Deo in causa seruitu- ,, ri erunt. His itaque duobus nonnulli freti, ali- ,, quanto audacius, quam ipsi diuites subinde liti-

gatu-

gatturiunt. Diuites enim aliquando de litis e-"
uentu dubitant, & suis loculis metiunt. Pau-"
peres vero reformidant nihil, quin & ipsis "
subinde dulce est opulentis litigando nego-"
cium facessere, qui in vexandis aliis voluptatem"
capiunt maximam. "

Quid (inquiunt) ex hac lite deperdere potero?"
nihil habeo, & nudo quid eripies? Si quid euice-"
ro, id in bonis erit, si quid perdidero, nihil perdi-"
dero, qui habeam nihil; & gratis mihi me æq; cau-"
sæ officium præstabunt Aduocatus, & Procura-"
tor; iactabo igitur (inquit) aleã & experiar, quid li-"
tis alea mihi tandem fauerit. Hic quando Aduo-"
cati, & Procuratores (qui gratis consulere debent)"
vident in pauperis causa vilam veritatis vmbram, "
aut quod diuitẽ, aut senem, aut valetudinarium"
litibus labefactare sperent, cum clientulo paupe-"
re paciscuntur, quod in euentum victoriæ, aut"
tertiam, aut quartam, aut dimidiatam recepturi"
erunt: ob quod pactum ardẽtius in eam litem in-"
cumbunt, & mille technas construunt, quibus "
aduersarium, aut opprimant, aut ob causę diffidẽ-"
tiam ad compositionem adigant, scientes ex lite "
semper emersurum aliquid, quodque crassi diui-"
tes agitati aliquid exsudare, pauperes vero prius "
exsiccati nihil succi euaporare poterunt; si litem"
contra diuitẽ euincant, res omnis est in vado, si p-"
dant nihil perdunt, pauper tantum corporaliter"
puniendus venit. Ah nefarii Aduocati, & procu "
ratores famelici (bonos non taxo) qui contra iu-"
ramentum, tum in promotione, tum in accepta-"
tione officii pręstitum vestram commaculatis ani-"
mam, & cum huiusmodi pactis Deum offenditis,"

Digitized by Google

„ & ꝓximũ grauiter læditis, nonne cõceptis verbis
„ iuratum est à vobis, ꝙ quoties cognoſcetis partes
„ clientelares, malã ſuſtenturas causã, ipſamq; parũ
„ firmo inniti fundamẽto, ꝙ (inquam) tunc illico
„ eoſdẽ clientulos veſtros deſerturi eritis, quodq;
„ ab vlteriori cõſilio ipſis conferẽdo, mox tunc ſu-
„ pſedebitis. Cur igitur veſtrũ multi, tã ſunt irreli-
„ gioſi, vt quoties aliqui vix cõſulturi adeunt nunq̃
„ dubiã aut malã cauſam perſentiſcatis? ſed ſemper
„ ipſis bonã cauſam ꝓbetis? cõſiliis & authoritatib.
„ firmetis, & nihil ſcrupuli ineſſe contenditis, imo
„ certam ſpem & victoriã ipſis promittitis? Metuo
„ ne id tam veritatis, & cauſæ gratia, quam maioris
„ aucupii veſtri cauſa faciatis? Cur item dicti iura-
„ menti veſtri, vobis tam exigua eſt ratio? Cur
„ lucrum pacis, cur lucrum fraternæ cõcordiæ, cur
„ lucrum animarum non vbiq; vobis magis cordi
„ eſt, quã lucrum pauxillæ pecuniæ, quod non lu-
„ crum, ſed verius ſummum eſt animarum diſpen-
„ dium. Si aduocatorum ac procuratorum nulli ſic
„ eſſent comparati, vt clientulos in mala cauſa non
„ alerẽt, ſed mox deſererent, imo potius ab vlterio-
„ ri progreſſu diſſuaderent, quam accẽderent, non
„ dubito, quin pauciores hodie intentarentur, aut
„ proferrẽtur lites, ex quib. tot pullulant (vt diximus)
„ mala, ſic, ô nos miſeros, ſic paſſim litib. fora ſtre-
„ punt, vt litigare nunc quotidianũ videatur factũ
„ opificium, & in quo ius hominum genere æque
„ cõmune cernatur. Pro vno olim ꝓceſſu, nũc plu-
„ res ſuccreuere viginti, adeo vt in foris litigioſis
„ vix aliud cernamus, quã litigantium ſedulas tur-
„ bas, & aduocatorum, procuratorum, ſaccularioru͂,
„ & ſimilium, plenas ac operoſas phalanges, ſi tã in
„ diſſuadendo, quã in adhortando eſſent æque fa-

Digitized by Google

ciendi, & sui iuramenti, & cõcordiæ fraternæ vlla " ratione tangerentur. Verũ huiusmodi aduocato- " rum, cum ita paruus admodum sit numerus, vt " de iis merito dici possit: Rara auis in terris, totq; " sint numero, ꝙ Thebis fuerant portæ. Cæterũ ad " hanc litigandi efferatã licentiã, non ẽt tantum ꝓ- " uolant plebei, aut priuati, sed ẽt totæ Respublicę, " pagi, ciuitates, & ditiones inter se tam atrociter " digladiantur, & non raro per suos Cõmissarios, " sic inter se litibus, odiis, & dissidiis æstuant, & cõ- " tendunt, vt plerunq; bonam suarũ ciuitatum red- " dituum partem in iis litibus dilapident, & perdãt, " ꝙ vel hoc certissimo experimento cognoscitur. " Quoties Commissarii passim concedunt, ad cre- " andos nouos magistratus, & ad audiendas simul " ciuitatum, aut pagorum, aut territoriorum annu- " as rationes, comperiunt in iis, potissimã omnium " ꝓuentuũ partẽ in huiusmodi litibꝰ, ac litiũ depẽ- " dẽtiis, tũ cõtra priuatas ꝑsonas, tũ cõtra alias ciui- " tates fuisse insumptã; easq; dissidiosas expẽsas sub " honesta quadã specie excusare nitũtur, dũ eas suo- " rũ iuriũ, ac priuilegiorũ tuendorũ gratia factas es- " esse ꝓtexunt, cũ tamẽ interim veriꝰ in his suis sub- " seruiãt intestinis odiis, & simultatib. mutuis, aut " ꝓpriis cõmodis, cũ ex iis deputati quotidie suas di- " tas ꝑsolutas accipiãt, aut in causa occupati, ad cõ- " potationes cõueniant. Sic Rempub. suam expoli- " ant, sicq; patriæ Principi illudunt, & nõ conside- " rant quantum natiuę suæ patriæ obsint, cui vitæ " suæ potiorem partem debent, ꝓ qua vel mortẽ- " oppetere deberẽt, si qua ingrueret necessitas, nũc " vero ab eo patriæ amore tam sunt alieni, vt ipsam " dulcissimã patriã suã, potiꝰ quantũ in ipsis est, ne- " farie exugãt, eneruent, & pene deglubant, adeo "

Digitized by Google

„vt cum ipsa ad hostibus inuaditur, impetitur, &
„conuellitur, tam sit facta elumbis, & exhausta,
„vt vix habeat, quibus sese contra hostis assultum
„tutari valeat; quod vel clarus euĕtus nuper com-
„monstrauit, dum Gallus perpetuus hostis noster
„subito (vt solet) inexpectato adortu Dunkercā,
„& Bergas hostiliter cœperat. Prius enim illæ ciui-
„tates, & conuicini pagi, ita inter sese litibus con-
„tenderant, seseq; ita mutuis damnis affecerant,
„& exhauserant, vt sibi mutuo auxiliares copias
„sufferre nequiuerāt. Et quando à Principe ad sub-
„sidia mutua rogabantur, suorum impotentiam,
„& sumptuum perpessorum magnitudinem, cum
„mulctis longis prætexere non erubuerant. Po-
„stea vbi Rex noster clementissimus ingentem o-
„pum vim in dicto bello producendo exhausisset,
„& vel subsidia à suis ad bellicos sumptus perpes-
„sos, vel ad sumptus domesticos iuuandos, vel ad
„grauamina bellorum causa passa, & ad ea libe-
„randa expeteret, eandem cantiunculam audiit,
„ciuitates scilicet maioribus grauatos, omnibus,
„quam vt Principis nostri clementissimi necessi-
„tatibus opitulari vllo modo valeant, & vt ipsius
„honestis scilicet votis, ac petitionibus, gratificari
„possint. Sic in rebus seriis aliquando à populo lu-
„ditur, optimis principibus illuditur & patria ho-
„stium latrociniis exponitur. Et quæ quæso sunt tā-
„dem illa ciuitatum grauamina indigniora, quam
„quæ ex litibus, & mutuis dissidiis orta conspiciū-
„tur. Sed Deus talium fucorum pertæsus subdito-
„rum proteruiam, & insulsa ipsorum ludibria
„subinde, aut fame, aut peste, aut bellorum mise-
„randis cladibus vlciscitur, & posteris non negli-
genda-

Digitized by Google

gẽdarum Principis neceſſitatũ exempla commõ" ſtrat. & Principi (qui patriæ parens eſt, & tutor)" in neceſſitatibus alacrius ſubueniendum eſſe, mi-" ſerandis cladibus perdocet, & manifeſtis exem-" plis iudicat, longe tutius eſſe paci, & tranquillita-" ti, cum priuatæ, tum publicæ intendere quam ra-" paciſſimis per omnem vitam æſtuare litibus, quæ" tot (vt dixi) familias extirpant, tot viros præcla-" ros ſternunt, totque ciuitates, & regna aut ener-" uant, aut funditus euertũt. Sed hic quæſierit quiſ" quam, quænam ſit huiuſmodi litium cauſa, vnde" eæ naſcantur, quidque eas ita alat, aut promoue-" at. Dicam breuibus, quod mihi viſum, & comper-" tum eſt. Prima naſcentium litium cauſa in ipſis" litigatoribus reſidere conſpicitur, qui hoc noſtro" infœlici ſæculo, tum ardenti litigandi atq; rixan-" di titillantur prurigine, imo furioſis quibuſdam" percelluntur litium æſtibus, vt ab iis aut intentã-" dis, aut refellendis, nullorum quantumlibet ſa-" nis conſiliis deterreri, aut abduci poſſint, tamque" ſint proterui, & implacabiles, vt pene mori, & ſu-" os chariſſimos liberos, & vxorem in extremam" penuriam adigere malint, quam conceptam litẽ" prudenter deponere; atq; huiuſmodi proteruiæ," & malitiæ cauſam eſſe exiſtimo, ſolum fidei, &" Chriſtianæ charitatis defectum. Certo enim cer-" tius eſt huiuſmodi litigioſos Chriſtianos, non fru-" ctuoſa, nec iuſtificatrice fide ſcilicet quæ per di-" lectionem operatur, ſed tantum vmbratili qua-" dam fide, quæ in ſolo ore hæreat, non quæ in cor-" de radices egerit, & Chriſto dignos fructus pro-" tulerit eſſe præditos, neque item eos, ea triplici" Chriſtiana dilectione vllo modo eſſe exornatos:"

„ primo, qua à Christo iubemus diligere Deum ex
„ toto corde, ex tota anima, & ex omni mente no-
„ stra. Deinde qua iubemur diligere proximum si-
„ cut nosmetipsos. Et postremo quo mandat no-
„ bis, vt confratres, hoc est, fidei domesticos dili-
„ gamus, sicut ipse Christus dilexit nos. Quisquis e-
„ nim hac triplici dilectione accensus esset, non vi-
„ deo quomodo ipsi litis studium vllo modo cor-
„ di esse posset, nam talis omnem amoris curam,
„ primo in Deum diriget, & terrena quæque ob a-
„ morem Dei libenter negliget, saltemq; in his pe-
„ culiare studium non conferret, minusq; litibus v-
„ niuersam operam impendet. Qui proximum a-
„ mat, hoc est, quęcunque hominem tã incognitũ
„ quam cognitum, tam inimicum quam amicum,
„ in quo subuentionis dandæ offertur necessitas &
„ ipsi opitulandi manifesta monstratur occasio, is
„ priuato cõmoditatis studio neglecto, statim ac-
„ cinget se ad succurrendum necessitati proximi,
„ quale exemplum nobis commõstratur, in Sama-
„ ritano illo Euangelico Lucæ 16. Et præterea si
„ Christus nobis mandat, vt diligamus inimicos
„ nostros, & benefaciamus his, qui oderunt nos
„ Math. 5. multo magis bene mereri studebimus
„ de amicis, notis, ac vicinis nostris, quibus nostra
„ ope opus esse cognouerimus, multoq; minus ri-
„ xosis indulgebimus litibus. Tertio si quis ex prę-
„ cepto Christi diligat confratres, & domesticos fi-
„ dei, sicut Christus dilexit nos, hoc est, vt non tan-
„ tum terrenam substantiam, sed & vitam (si opus
„ esset) vt Christus pro fratribus impendere pa-
„ ratus esset, non video, quomodo is hac dilectio-
„ ne fultus confratrem indignis, ac barbaricis po-
tius

tius litibus sit exagitaturus, & ad extremam per- "
niciem sit profligatur⁹. Obserua hæc quę totus a- "
uide litigator, quisquis es, & teipsum metire tuo "
pede, vide quando tuas lites intentas, quantum "
huiusmodi Christianæ dilectionis habeas, sine "
qua frustra tibi salutem in Christo polliceris, qui "
te sine hac commemorem nō agnoscet, quantū- "
cunq; fidei, & charitatis titulo timet ostentaueris. "
Altera huiusmodi processuum causa mihi in ipsis "
Aduocatis, & Procuratoribus residere putatur, "
qui non minus Christiana charitate frigidi, & iu- "
ramenti præstiti immemores, clientulis suis bonā "
perpetuam causam asserunt, ad litis intentationē, "
aut progressum incitant, & (vt ante dixi) pene vi- "
ctoriā promittunt; vnde clientes tum alacriores, "
tum audaciores effecti, certius in voracem illum "
litigandi tanquam descendunt, in quem omnia "
sua falso persuasi defodiūt, satius ac Christo gra- "
tius facerent, si hisce verbis clientulos admone- "
rent. Amice accepi, & intellexi causam tuā, quæ "
mihi talis videtur, vt in vna parte tibi iuris ęqui- "
tatem polliceri videatur, in altera autem parte, "
dum varias personarum, locorum, temporis, & "
priuilegiorum circumstantias considero, non o- "
mnino scrupulo causam tuam nauare comperio, "
& processus erit long⁹, molestia pro te intollera- "
bilis, & sumptus infiniti. Quare ex fraterna chari- "
tate suaserim, ne in hanc litem temere descendas "
aut vt à cœpta desistas, omnēq; cōtrouersiā cū ad- "
uersario, poti⁹ amice trāsigas, ad q; (si placet) ego "
velut de tua hic volūtate ignar⁹, libens meā plē- "
to operā, & aduersariū tuū cum ipsi⁹ aduocato si- "
mul inflectere conabor, id si feceris rē tibi iucūdā, "

„ nedum perutilem feceris, & meis consiliis pa-
„ ruisse non pœnituerit. Hisce sermonibus, si alter
„ aduocatus suum quoq; clientulum adhortaretur,
„ & ad concordem transactionem suadere potius,
„ quam ad litis institutionē pauciores haud dubie
„ passim effetuescerent lites, minusq; perstreperent
„ vbiq; litibus fora, pauciora comperirentur aduo-
„ catorum, & procuratorū examina, & passim sin-
„ ceriores conspiceremus Christianos. Sed quid
„ isthæc cōmemoro? certe surdis cano, ob id quod
„ hoc Christianum exemplum, pauci metuo imi-
„ tabuntur, quodq; tam ad incitandum, quam ad
„ dissuadendum propensiores videantur. Illud e-
„ nim plus ad farinam facere intelligunt. Quocir-
„ ca, vt maius lucri aucupium faciant, res paruas
„ magnis scripturis explicāt, multasq; paginas im-
„ plent, sed distantibus lineis, distantioribusq; ver-
„ bis ac literis, ita vt in singulis paginis certæ ali-
„ quot duntaxat conscribantur regulæ, & singulæ
„ regulæ certas aliquot contineant vocularum. Ita
„ opplentur multæ paginæ paucis lineis, pauciori-
„ busq; verbis, sed cum non exiguo lucro, cum sin-
„ gulis paginis suę constituantur ordinaria pręmia,
„ ex quibus ipsi incrassentur, & miselli litigatores
„ prorsus extenuentur: quanto enim plures pagi-
„ næ, tanto plus exurgit lucri: quia iidem vt incau-
„ tius fallant, iubent sibi comparari papyrum par-
„ uæ formæ, quæ vix præscriptas lineas, totidéq;
„ voculas capiat, vt decentius omnia completa ap-
„ pareant, & lucrum habeatur excusatius. Tandem
„ clientulos suos sic multis scripturis multisq; sua-
„ sionibus in processuū tricis, ita inuoluunt, vt ne-
„ sciant ipsi quomodo in eas perplexitates corrue-
rint,

rint, quid ipsis agendum restet, & quomodo tan- "
dem sese, ex iis tricis explicare poterint: Si enim à "
lite cœpta supersedeant, perdunt causam, & sum- "
ptus, si in lite pergant, terrentur futuris sũptibus, "
& litis dubium formidant exitum, *l. quod debetur.* "
& ibi Bart. ff de pecul. Constituuntur igitur inter sa- "
crum, & saxum, & lupum auribus cõtinent Chri- "
sti. Hoc deniq; aduocatoriatus, ac procuratoria- "
tus compendiosum officium, tantum multis cõ- "
fert lucri, vt eius spe non pauci alliciantur, vt suos "
liberos eo libẽtius iurium studiis addicere velint "
cognoscẽtes eorum praxin, & peritiam annuum "
certumq; culinæ parare prouentum, imo certio- "
rem, quam quiuis Reipub. stylus alius. Solet dici, "

Dat Galenus opes dat Iustinianus honores.

Nunc vero dicendum videtur, Iustinianus o- "
pes, nunc dat Galenus honores. Hæc omnia dum "
multi considerant, quoties alicui mala quæpiam "
imprecari cupiunt, tria potissimum mala illi ex- "
optare solẽt, nempe vxorem rixosam, & mœchã- "
tem, extructionem assiduam, & litem perpetuam. "
Vxor enim mœcha, & rixosa, quantam crucem "
marito prudenti imponat, norunt qui huiusce- "
modi incommodo quotidie diuexantur: exem- "
plis multis ista nobis certius commonstrantur, "
quam scriptis edocentur, quibus fabricandi assi- "
dua cura incumbit, quibusq; quotidiana res est "
cum fabris, latomis, cæmentariis, ferrariis, regula- "
riis, incrustatoribus, & id gen⁹ assiduis molestiis, "
ipsa experientia norunt, quantis curis nocturnis, "
& diurnis exagitentur, quot vexationibus exer- "
ceantur, quãtaq; illis opus sit patientia. Sic quoq; "
qui in processuum labyrinthis implicantur, re i- "

„ psa experiuntur, quot incommodis imperantur,
„ quot molestiis crucientur, quot curis macerētur,
„ quotque sumptibus exhauriantur, eneruentur, ac
„ tandem prorsus conficiantur, sicuti hic paulo an-
„ te commōstrauimus, & quotidianis exemplis ex-
„ perimentum facimus, adeo vt non immerito no-
„ stros processus purgandi vim quandam obtinere
„ putem. Animam enim ipsam ab impatientiæ
„ humoribus purgant, & vel inuitis patiētiæ phar-
„ macum, quasi per clysteres potenter litigantibus
„ infundunt, & velint nolint, omnem impatienti-
„ am in processibus aut euomant, aut excernant,
„ aut prorsus concoquant oportet. Corpus item à
„ torpidis, ac lentis, tardisque humoribus prorsus
„ purgatum efficiunt: non enim processus tales
„ sunt, vt litigantibus, per torporem aut ignauiam
„ languescere, & quasi musco obduci permittāt,
„ quin potius eā habent acrimoniam, vt omnē cor-
„ poris torporem procul dispellant, mentis stupo-
„ rem soluant: & corpus ad omnem sedulitatem
„ exacuant, & ad omnem agilitatem instruāt, vt il-
„ lis merito competat illud Horatii,

„ *Nunc agilis fio, versorq; in ciuilibus vndis.*

„ Vsque adeo, vt litigantibus nihil æque sit ne-
„ cessarium, quam interdiu noctuq; de suis proces-
„ sibus cogitare, aduocatos esse, procuratores assi-
„ duis precibus & pecuniis sollicitare, aperto ca-
„ pite cum geniculatione, cumq; nullis non blan-
„ diciis assidue post illos cursitare, seseque tum il-
„ lis, tum consiliariis passim exhibere supplices, ar-
„ tus corporis omnes, in iis officiositate continen-
„ ter exercere, & torpidos humores ex nulla non
„ corporis parte huiusmodi, nunc ad hunc, nunc
ad il-

Digitized by Google

ad illum cursitationibus quam longissime profligare. Hinc etiam fit vt qui hanc triplicē purgationem litigatoribus accidere cōspiciant, non præter rationem asserere soleant, & prætermissis nōnullis aliis, de quibus ibidem Author antedictus verba agit, quæ videre ad libitū potes tandem infrascripta profert, videlicet: Sed pręter iocum omnē, dum ita cum processibus agitur, nō abs re omnibus litigaturiētib⁹ tres sacculos ipsis necessarios ex animo & benignissime, & precor, & opto. Vnum quidē saccū papyris & scripturis plenum, alterum saccū plenum patientia nusquam nō ipsis maxime necessaria, & tertium saccum plenum pecunia, qua quosuis famelicos ad causæ suę fauorē prudenter, aut imprudenter inescent. Sed dum ita iocor processus encomium declamo, nemo aliter intelliget scio, quin per obliquum eosdem ex dictis effectib⁹ maxime serio cōdemnē, & vitupeiē, vt ex supradictis cuiuis est notissimum. Sed hic mihi quispiā occinet lector, commonstras (inquient) processuum ineuitabilia incommoda, & mala, & quasi pestem Reipub. maximā, cur nō pariter & litium commonstras remedia, quibus tam magis Reipub. malis occurratur. Deinde cur ipse de ipsis litibus Praxin ciuilem excudere pergis, quæ litigatoribus litigandi materiam suppeditat, & ad lites quandam methodum indicat. Hic tibi ad primum respōsum accipe. Remedia quibus rixosis litibus, aut repagulum obiiciatur, aut quibus eæ aut mitigentur, aut prorsus deponantur, mihi illucescunt quadrifaria, quæ item cōmonstrare, quā cōferre mihi lōge erit facilius. Primum enim & pręcipuum hisce malis remedium, nobis largitur à causa prima, & absoluta, nempe à Deo in cui⁹

„ manu sunt mortalium corda, & cuius nutu vel „ mitigantur, vel inclinãtur voluntates omnium, „ quique absoluta potestate omnium corda,& stu- „ dia quocunq; voluerit inclinat,& dirigit, sic vt, „ cum suos punire atque castigare voluerit, eos nõ „ minus litibus & dissidiis, quam morbis, ac reli- „ quis aduersitatibus coerceat. Cum vero eosdem „ ad mutuam cõcordiam & fœlicitatem terrenam „ pronehere volet, ipsorum animos à litium studi- „ is absterret, & ad fraternam concordiam infle- „ ctit. Sed hic requiritur, vt ipsius diuinis & placi- „ dis instinctibus morem geramus & obsecunde- „ mus, sic vt ad ipsius mitem inspirationem, corda „ non obduremus. Hoc itaque remedium à nobis „ commonstratur, à solo Deo autem misericordi- „ ter, cui vult, contribuitur. Alterum remedium „ est vt litigaturi ipsi iterum atque iterum despici- „ ant quid inceptent, antequam in litigiosam de- „ scendant arenam, vt omnes futuras molestias, sũ- „ ptus & dispendia prius expendant,& ne quid su- „ is indulgeãt affectibus, nec malesuadæ pertina- „ ciæ obtemperent; Sed potius rectæ rationi, amicis „ pie suadentibus,& Christianæ charitati, q̃ cuiuis „ Christiano omnibus temporalibus commodis „ gratiorem,& chariorem esse conuenit. Hoc au- „ tem remedium cum gratia Dei quibusuis est pa- „ rabile, qui obseruant, quid Deus eis mandauerit, „ quidque Deo, & proximo hac in re præstare te- „ neantur, si Christi discipuli, & membra Christi, „ non tam dici, quam haberi voluerint. Tertium „ remedium apud ipsos Aduocatos, & procurato- „ res consistere arbitror, qui (vt ante dixi) litibus „ aut inchoandis, aut abrumpendis, aut cito ter-

minandis

Digitized by Google

minandis breue (si vellent) compararent cōpen-" dium, & præsentaneum huic Reipublicæ malo " adferrent remedium, quod vt faciant ex animo, " vtque suorum iuramentorum suæ salutis di-" gnam rationem habeant, eosdem iterum atq; i-" terum rogo, & per omnia sacra obsecro intentis-" sime. Postremum autem remedium in ipsis Ma-" gistratibus, & superioribus iudicibus hærere cen-" seo, per quos non raro stat, vt processus, qui nec " euitare nec dissuaderi possunt, citius aut tardius " absoluantur; si enim per ipsos curarentur (vt in " Francia) processus omnes, intra triennium à litis " contestatione terminari, aut ab instantia decidi, " profecto minus tædii, minusque dispendii in Rē-" pub. nostri proferrent processus, & cum maiori " commodo, tum instituerentur, tum peragerentur-" tur, quos vel ipsa iura statuunt quam citissime fie-" ri possit absolui & terminari *l. properandum. in prin-* " *cip. C. de iud.* cui occinit Bal. *in prooem. o Cod in §. quib.* " *in 2. colum. versicu. quaro* . vbi dicit quod processu-" um prolixitatem, & inuolutionem amputare ad " publicam vtilitatem pertineat, & cum hoc quo-" que concordat D. Bartholom. Chassaneus Com-" mētator cōsuetudinum Burgundię super prooe-" mio, in verbo, *Nous eussent ertez. numero primo. fol. 6.* " sed quid hic authoritatibus insisto, cum res ipsa " palam clamitet, & aperto sit indicio, quātum cō-" modi processuum breuiatio conferat, quantum-" que mali in Rempub. ex diuturna processuum " prorogatione prosiliat, dum hi non intra trienni " um quidem, aut tricennium, imo aliquando vix " intra 60. annos terminari valeant. Quis quæso in " huiusmodi longinquis processibus ęquam iusti-"

tiam

tereſſe & proprii inordinati commodi intuitum, ſed ad ſalutem animæ principale ſtudium acquirendum, nam vt habetur Math. *cap.* 26. quem pariter refert Marian. Socin. *in conſ.* 93 *incip. circa prædicta lib.* 1. *per me allegatus in tract. de Author. Notar cap.* 38. *numer.* 29. *part.* 1. Homini nihil prodeſt ſi totum mundũ lucretur, & animæ ſuæ detrimentum patiatur, ne alias in horrido campo ſeipſum conſtituere paratum videatur, & in quo non elementa, ſed elementorum magis defecationes reſident, nebula, & caligo, tenebra & vmbra mortis ſæculo incubant, fletus & ſtridor dentium habitantes nunquã deſtituent, deducente etiam Pſalmiſta, *Pſalm.* 10. Dominus pluet ſuper peccatores laqueos ignis, ſulphur, ſpiritus procellarum, pars calicis, id eſt, paſſionis eorum: & Eccleſiaſtic. *cap.* 40. Furor, zelus, tumultus, fluctuatio, & timor mortis, iracundia perſeuerans, & contentio, ſanguis & rumphea, oppreſſiones, fames, contritio & flagella ſuper iniquos creata ſunt, hæc omnia, & ſuper peccatores ſeptuplum: & alibi *cap.* 39. addit beſtiarum dentes & ſcorpii, & ſerpentes, & rumphea vindicans in exterminium impios; & denique ex diuo Gregor. hæc habentur, ſcilicet, in inferno erit frigus intolerabile, ignis inextinguibilis, vermis immortalis, fœtor intolerabilis, tenebræ palpabiles, flagella cędentium, horrida viſio dęmonum, cõfuſio peccatorum, deſperatio omnium bonorum; erit enim miſeris mors ſine morte, defectus ſine defectu, quia mors ibi ſemper incipit, & deficere neſcit. Hæc per me allegata videas ex Gregor. Reiſch. *de princip. anima intellect. cap.* 46.

Denique patrocinanti ſubueniat dictum illud: Quid-

Quidquid agas, prudenter agas, & respice finé: si enim D. N. Iesv Christo quidquid à nobis peragendum sit animo æquo nostro destinabimus, ex eius sententia vitam æternam nobis præparatam cognoscemus, iuxta illud Euangelicum dictum secundum diuum Ioan. *cap.* 5. Et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ, qui vero mala egerunt in resurrectionem iudicii. Et sicuti ideo salus animæ, vt supra, corporis desiderio præferenda, sic & gaudium paradisi, cruciatui sempiterno anteponendum esse omnes mentis compotes fateri profitentur, ita vt gloriam potius cœlestem, quam tristitiam infernalem nos omnes appetere debeamus, & quam nobis omnipotens & misericors Devs, Pater, Filivs, & Spiritvs Sanctvs, Trinvs Et Vnvs, indulgere propitiusq; concedere dignetur. Amen.

Laus Deo sit data, à quo omnis elargita est gratia. Amen.

„tiam consistere putabit? certe & si talium processuũ „finis, & definitio ęqua censeatur, ipse tamen pro-„cessus, & processus tam diuturna productio, non „video quomodo dici debeat iniquissima, in qua „causæ notitia plurimum deperiit, partes interim „obierint, iustam habentes causam ad paupertatẽ „redacti sint, vxores & liberi sumptib. exhausti, & „à proprio bono reiecti, inedia & squaloribus pe-„rierint, quibus malis obsistere magistratus potu-„issent, diligentius ad causæ terminationẽ institis-„sent. Verũ in sese expurgare solent, quod in causa per-„agere non tenentur, dum partes ipsæ in causa nõ „procedunt. Verum quam iuste id ab ipsis citetur, „dies Domini aliquando declarabit, dũ vident al-„teram partem opib. ad procedendũ destitui, aut „penuria intermori, aut ob aliam occasionem li-„tem suspensam teneri, cur ex officio partes ad pro-„gressum non compellunt? cur ad causæ decisionẽ „non omnia acturum vrgent? cur hac in re tam „Deo iustitię fonti, quam indignæ consuetudini „gratificari student? Verum de his plus satis.

Pręmissa igitur & alia quę ad quemlibet Christi fidelem pertinent diligenter & accurate obseruentur, Aduocati † namq; siue patrocinantis offi-

5 cium periculosum esse dixit Tiraquel. *de retract. linguag.* §.1.*glos.* 9.*num.* 267. Quocirca felicissimæ Recordationis Illustrissimus Cardinalis Beatus CAROLVS BORROMEVS apud Deũ Beatissimamq; sẽper Virginẽ Mariã pro me indigno Aduocat⁹ atq; Protector in suis admonitionibus, Cõfessoribus in Ciuitate Mediolani suaq; Diœcesi factis, atq; in ipsa Ciuitate impressis de anno 1574. fol. mihi 24. à tergo cum fol. seq. hortatur dictos Confessores vt diligenter aduertant circa ea, quæ in mundo corru-

Digitized by Google

ptionem afferre ſolent,& præcipue circa
Militiam,
Mercimonium,
Magistratus,
Advocationem,
Procurationem,

Et ſimilia in quib. hominem ſæpe mortaliter ad peccandum habituatum proſpiciunt in blaſphemiis,furtis , iniuſtitiis,calumniis, odiis, fraudibus, periuriis,& aliis ſimilibus apud Deum læſionibus, nec tales ipſum hominem omiſſurum pro certo ſciunt,non abſoluere ſic facile debeant,niſi prius, circa illius emendationẽ aliquo tempore experti non fuerint,imo admonet quod huiuſmodi exercitores tenentur vel tale illorum exercitiũ dimittere quoties ſciant ſine peccato illud exercere non poſſe, aut ſaltem illud ſine licentia, & obedientia boni, & diligentis ſacerdotis illud proſequi, qui quidem ſacerdos ad omnia ſupraſcripta diligenter aduertere debet.& vt latius ibidẽ dictum Illuſtriſſimũ Cardinalẽ ſancte loquentẽ videre poteris.

Si igitur officium periculoſum eſt,periculum euitet Cauſidicus, & ordinem iuris non omittat multa afferentem commoda,& cuius energiam explanat M.R.I.V. & Sacræ Theolog. Doct. Protonot.Apoſt. Canonicus Eccleſiæ Cathedralis Papiæ vir prudētiſs.atque integerrimus D. Rodobaldus Parinus in eius Tract. *de recuſa. omn. iud.* typis dando, in princip. primæ partis, & priuſquam ad huiuſmodi officium quis vel promoueatur, vel aſpiret , ſeipſum conſulat,ſe ipſum experiatur, exindeque in arenam deſcendat, non principaliter ad pecuniarii immoderati intereſſe

teresse & proprii inordinati commodi intuitum, sed ad salutem animæ principale studium acquitendum, nam vt habetur Math. *cap.* 26. quem pariter refert Marian. Socin. *in cons.* 93 *incip. circa prædicta lib.* 1. *per me allegatus in tract. de Author. Notar. cap.* 38. *numer.* 29. *part.* 1. Homini nihil prodest si totum mundũ lucretur, & animæ suæ detrimentum patiatur, ne alias in horrido campo seipsum constituere paratum videatur, & in quo non elementa, sed elementorum magis defecationes resident, nebula, & caligo, tenebra & vmbra mortis sæculo incubant, fletus & stridor dentium habitantes nunquã destituent, deducente etiam Psalmista, *Psalm.* 10. Dominus pluet super peccatores laqueos ignis, sulphur, spiritus procellarum, pars calicis, id est, passionis eorum: & Ecclesiastic. *cap.* 40. Furor, zelus, tumultus, fluctuatio, & timor mortis, iracundia perseuerans, & contentio, sanguis & rumphea, oppressiones, fames, contritio & flagella super iniquos creata sunt, hæc omnia, & super peccatores septuplum: & alibi *cap.* 39. addit bestiarum dentes & scorpii, & serpentes, & rumphea vindicans in exterminium impios; & denique ex diuo Gregor. hæc habentur, scilicet, in inferno erit frigus intolerabile, ignis inextinguibilis, vermis immortalis, fœtor intolerabilis, tenebræ palpabiles, flagella cędentium, horrida visio dęmonum, cõfusio peccatorum, desperatio omnium bonorum; erit enim miseris mors sine morte, defectus sine defectu, quia mors ibi semper incipit, & deficere nescit. Hæc per me allegata videas ex Gregor. Reisch. *de princip. anima intellect. cap.* 46.

Denique patrocinanti subueniat dictum illud:

Quid

Quidquid agas, prudenter agas, & respice finē: si enim D. N. Iesv Christo quidquid à nobis peragendum sit animo æquo nostro destinabimus, ex eius sententia vitam æternam nobis præparatam cognoscemus, iuxta illud Euangelicum dictum secundum diuum Ioan. *cap.* 5. Et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ, qui vero mala egerunt in resurrectionem iudicii. Et sicuti ideo salus animæ, vt supra, corporis desiderio præferenda, sic & gaudium paradisi, cruciatui sempiterno anteponendum esse omnes mentis compotes fateri profitentur, ita vt gloriam potius cœlestem, quam tristitiam infernalem nos omnes appetere debeamus, & quam nobis omnipotens & misericors Devs, Pater, Filivs, & Spiritvs Sanctvs, Trinvs Et Vnvs, indulgere propitiusq; concedere dignetur. Amen.

Laus Deo sit data, à quo omnis elargita est gratia. Amen.

INDEX

RERVM ET VERBORVM IN HOC OPERE

contentorum locupletissimus, vbi prior numerus paginam, posterior vero marginem denotat.

A

Aduo-

Digitized by Google

Digitized by Google

Auxilio

Calumnia-

Causidi-

nuncupa-

Digitized by Google

Consilio

Digitized by Google

Digitized by Google

Demon-

D[illegible]

Digitized by Google

Dolus

L
Dolus,

Facere

F

Firma-

Digitized by Google

Imperi-

Instantia,

Iudex

Iudex

Digitized by Google

Menda-

Pacem

P

Patro-

Christo-

Prote-

S.

Scien-

Digitized by Google

Soler-

Google

Testis

Digitized by Google

Digitized by Google

FINIS.

Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google